


25-3-
85-39



25-a-

8-29



8-29



#141.



R 2764

PAV S A N I A E

Q-VIN Q V E R E G I O-

N V M V E T E R I S G R A E C I A E

descriptio , Romulo

Amasao inter-
prete.

TOMVS SEC VND VS.

Huit accessit rerum singularium
Index locupletissimus.



L V G D V N I,

Apud Sebastianum de Honoratis.

M. D. LIX.

Jelotte de la Sangu de Joss de
Granada L. 6.

Quinque regionum in hoc
Tomo à Pausania lucu-
lentissimè descri-
ptarum elem-
chus.

ELIACORVM POSTERIOR.

ACHATICA.

ARCADICA.

BOEOTICA.

PHOCICA.

PAV S A N I A E
ELIACORVM
POSTERIOR
SIVE LIBER
SEXTVS.
*

POSTVLAT dehinc suscep-
ti operis ordo, vt post vo-
tuorum donariorum expo-
sitionem, equos certaminis
bus nobiles, & athletas, vel
ordiuarios etiam homines persequamur.
Et eorum quidē, qui victores ē ludis Olym-
picis discessere, non omnium posita sunt
statuae. Nam illos mihi qui vel certantes
praeclarè se gesserunt, vel virtutis quoquis
alio modo specimen aliquod dedere, sta-
tuarum tamen honorem non sunt conse-
cuti, prætereundos intelligo: Neque enim
athletas omnes, qui vel in Olympicum sta-
dium descendere, quibūsve palma delata
est, persequi mihi propositum, sed cum in
reliquis donis, tum verò maximè in sta-
tuis exponendis hæc fuit opera sumenda.
Quin ex iis etiam, quibus posita statua
fuit, multos mihi prætermittendos censui,

cum scirem illos non virtute, sed sortis
fraude oleastrum adeptos. Eorum enim tan-
tum meatio mihi facienda qui vel merito
fio, vel hominum opinione cæteris præsti-
terunt. Ad dexteram Iunois templi palæ-
stæ ieci hominis imago est: Patria eleus fuit,
Aeschylus socius, prope quem ex Pheneo-
Arcadiæ Neolæidas est Proxeni filius, qui
è puerorum pugilatu palmam tulit. Post
hoc Archidamus Xenij pueris in palæstra
superatis, ipse etiam Eleus, horum, quos
iam nominaui, imagines fecit Alypus Si-
cyonius Argui Naucidis discipulus. Sale-
ni verò filium Cleogenem inscriptio ex
indigenis vnum esse testatur: Hunc dossua-
rio equo de ipsius grege vicisse memorat.
Adhæret Cleogeni: Dinolochus, Pyrrhus
que, & Troilus Alcioni filij, quibus est iti-
dem ex Elide genus. Non omnibus autem
eiusdem ludicri palma obtigit. Nam Pyrr-
bus de ludorum præfectura, & equiriis
præmia tulit: Troilus bigis integræ æta-
tis equorum, & pullorū curru vicit, secun-
da supra centesimam Olympiade. Lege
verò post Pyrrhi victoriā cautum ab Eleis
est, ne quis ex ludorum præfectis in poste-
rum equos in certamen mitteret. Huius fe-
cit statuam Lysippus. Dinolochi quidem
mater per visum inquiete videre sibi visa-
est.

est, filium se coronatum in complexum
suum recepisse. Eo somnio monitus puer
strenue se ad gymnicoru certamina exer-
cuit: Cum autem pueros competitores cur-
su antevertisset, ei statuam posuere, quam
fecit Cleon Sicyonius. De Cinysca verò
Archidami filia, eiùsque genere, & Olympi-
cic palmis, omnia sunt ea in parte expli-
cata, qua in enumerandis Lacedæmonio-
rum regibus historiæ operam sumpsimus.
Prope Troili statuam crepido quædam la-
pidea extat, supérque ea equorum bigæ, &
auriga ipsius etiam Cynisca statua, cum
aliquot in eam inscriptionibus: Proximi
sunt Lacedæmonij aliquot deinceps posi-
ti, qui equis vicere. Horum primum An-
axander de curuli certamine renuntiatus
est: Testatur inscriptio Anaxandri auum
primum omnium quinquertij coronam
cepisse. Est hic quidem in modum deo vo-
ta nūcupantis ornatus. Succedit Polycles,
cui Polycalco cognomen fuit: De quadri-
gis hic coronam accepit: tñiam dextera
tenet. Assistunt pulsiones duo, eorum alter
trochum præfert, tñiam alter appetit:
Idem verò Polycles eodem certamine è
Pythicis Isthmicis, & Nemeis victor re-
diit. Pancratiaſtæ verò, quæ proxima est,
statuam elaborauit Lysippus. Primus ille

quidem ex Acarnania palmam pancratij tulerit, Xenarges ei nomine Philadridæ filius fuit. Lacedæmonij certe post irruptionem Persarum in Græciam Græcis omnibus equos alendi studio præstitere. Quare præter eos, quorum superius mentionem feci, hi propemodum è Spartavis equis alendis nobilitati, quorum imagines post Acarnanis effigiem posita sunt: Xenarges, Lycinus, Arcesilaus, & Arcefila filius Lychas. Et Xenarges quidem Delphica post hanc, Argolica, & Corinthiaca victoria claruit. Lycinus cum ad ludos in Olympiam pullos adduxisset, & eorum unus dexteror visus esset, ad equorum iam adulorum curationem animum adiecit, & per eos victoriæ est adeptus. Dedicavit ille quidem in Olympia statuas duas, quas Myron Atheniensis fecit. Arcesilao, & Lichæ eius filio Olympiæ victoriæ duæ obtigerunt, Lichas certe, cum Lacedæmoniis ludorum aditu interdictum esset, Thebani populi nomine currum introduxit, victorēmque aurigam sua ipse manu tænia redimivit: Eius temeritatis flagris cæsus, ædilibus poenas luit. Et ea quidem belli inter Lacedæmonios, & Eleos causa illius extitit, quo bello intra Altin prælium cōmissum est. Positis autem armis hoc in loco statuam

utram Lichas posuit. Indicant Eleorum literæ non Lichæ, sed Thebano populo eam palmam decretam. Non longe à Licha statua posita est Thrasibulo Eleo vati, qui suam Mantinenibus contra Agidem Lacedæmoniorum regem, Eudamidæ filium, operâ nauauit, de quo agam pluribus cum ad Arcadum res venero. Per vatis dexterum humerum feles repit. In proximo canis est bipartito disiectus nudato iocinore. Vetus est, & ab initio instituta ex hœdis, agnis, vitulis atuspiciна. Suem primi omnium Cyprij addidere. Cane verò ad extorum significationes nullæ omnino gentes vsæ sunt. Peculiarem itaque credi facile potest caninorum viscerum diuinationem sibi Thrasybulum instituisse. Vates qui Iamidæ nuncupantur ab Iamo oriundi sunt, quem Apollinis satu ortum, & à patre diuinandi peritiam accepisse carmine prodidit Pindarus. Prope Thrasybuli effigiem Timosthenes Eleus positus est, qui pueros in stadio vicit. Milesius deinde Antipater, qui in pugilatu Clinopatti filios perculit. Huius Antipatri patrem, Dionysij Syracusani legati ad Olympium Iouem cum muneribus missi, pecunia definitum adduxerunt, ut filium Syracusa-

num renuntiari vellet: At Antipater ipse contentis tyranni donis Milesium se esse, & ex Ionibus primum suam in Olympia statuam dedicasse elogio restatus est. Fecit eam statuam Polycletus: Timothenis effigiem elaborauit Eutychides Sycionius. Lyssippi discipulus. Hic idem Eutychides Syris Orontae accolis Fortunae signum fecit, quod magna cum religione apud eas gentes colitur. Proxime ad Timothenis statuam, in Altis Timon positus est, & cum eo Aesypus filius tener adhuc equo insidens, qua scilicet artate equo iniuge' vicit. Timon quidem de curuli certamine vicitor renuntiatus est: Eius & filij effigiem fecit Dædalus Sicyonius, qui victis prælio Laconibus trophæum Eleis in Altis eretum elaborauit. Posita etiam est Samio pugili statua cum inscriptione, quæ dicata est testatur à Mecone gymnicorum magistro: eadēmque Samiis in ludicris certaminibus, & naualibus pugnis præ cæteris Ionibus laudem summam tribuit. De pugile quidem ipso nominatim nulla mentio. Positus ibidem est à Messeniis Damiscus, qui annos natus duodecim, palmam ex Olympicis Iudis tulit. Fuit autem ea mihi res haud minus quam alia quævis admirationi, quod eadem fermè Fortuna Messe

Messeniis, & patriam, & Olympicorum ludo rum gloriam eriperit: Neque enim postquam e Peloponneso electi sunt, aut e Sicilia, aut ex Naupacto, præter Leonticum, & Symmachum freti accola, quisquā vicitor declaratus est: Cum ramen Siculi hos non Messenios, sed Zanclæos priscos fuisse contendant. Vbi primum in Peloponnesum rediere, pristinam, hac etiam in parte, quasi postliminio fortunam receperè. Siquidem uno, postequam Messene restituta est, anno, ludos Eleis facientibus, hic ipse de quo nunc agimus Damiscus, pueros de stadio vicit. Et quinque post hanc ei partim Nemeæ, partim verò Isthmicæ victoriæ obtigere. Damisco proxima est viri nescio cuius statua, nomen certe inscriptio non declarat: Dedicavit Ptolemaeus Lagi filius, qui se Macedonem inscribens curauit, cum Aegypti rex esset. Chærean Sicyonium pugilem puerum titulus docet adolescentulum palam meruisse, Chæremone patre genitu: Nominat irem statuæ opificem Asterionem Aeschylifilium. Post Chærean Sophius Messenius puer, & Eleus vir, Stomius collocati sunt: In cursu ille pueros anteuererit, hic quinquerū Olympicis Iudis vnam, tres Nemeis palmas tulit. Hoc

amplius ei inscriptio tribuit, Eleorum equitatum duxisse, & hoste fuso trophæa erexisse, hostium ducem ex prouocatione occidisse: Fuisse verò illum ex Sicyone, & Sicyoniis imperasse Elei referunt, Arma verò se cepisse contra Sicyona adductos Thebanorum amicitia, & Bœotiorū tunc auxilia præsto sibi fuisse. Bellum cum Sicyoniis ab Eleis gestum existimari potest, post Lacedæmoniorum Leuctricam cladem. Positus deinceps est Labax, Eufronis filius, pugil è Lepreo Eleorum. Thrasidis præterea filius Aristodemus, vir palaestrita, ex ipsa Elide, cui totidem etiam Pythicæ obtigere victoriae. Effigie Aristodemi fecit Sicyonij Dædali discipulus, & filius Patrocles. Hippomen Eleū, qui ad quintum à se retro magistrum Atticum Critian refertur. Prolichus enim Corcyraeus ab ipso didicit Critias: Is Amphionem docuit, cuius discipulus fuit Pison è Calaurea, à quo artem Democritus didicit. Positus etiam Cratinus ex Aegira Achæi conuentus ciuitate, qui cum sui temporis omnium esset formosissimus, luctandi etiam arte Jongo interuallo omnes vicit: Is pueris in palestra deiectis, obtinuit ab Eleis ut ludicræ exercitationis magister proximo sibi lo-

eo statueretur: Statuam eius fecit Sicyonius Cantharus Alexide genitus, artem ab Eutychide edoctus. Eutolemi Elei imaginem Dædalus idem Sicyonius elaborauit: Indicat inscriptio, viciisse in studio ludis Olympicis viros: E Pythicis verò coronas duas, unam è Nemeis reportasse. De Eupolemo proditus est sermo, cum ad curriculi metam ædiles tres assedissent, ex iis duos palmam Eupolemo dedisse, tertium Leonti Ambraciotæ. Leontem eorum vtrunque, quorum sententia inferior discesserat, cum ad Olympicum senatum prouocasset, ære graui condemnasse. Oebotæ statuam Achæi ex Apollinis Delphici responso posuere, cui Olympiade sexta & octogesima palma de stadio est adjudicata. Qui verò Oebotas potuit in Græcorum acie ad Platæas præliari, quod nonnulli scriptum reliquere, cum Olympiade Lxxv. ad Platæas Persæ duce Mardonio fusi fuerint? Ea quidem quæ vulgarint hac de re Græci necesse habeo commemorare, credere verò omnia nulla me res cogit. At Oebotæ eiusdem casus non prætermittam, quo loco Achæorum res persequear: Antiochi statuam Nicodamus quidem fecit: Fuit Antiochus ex Lepreo. Is in omnium membrorum quod Panca

Pancratium appellant, palæstra, viros in Olympia semel, in Isthmicis, & Nemeis bis eodem certamine superauit. Neque enim Lepreatas, quominus ad Isthmia accederent, quidquam deterrebat, vti Eleos Hysmone Eleo florente. Prope Antiochum Hysmoni huic erecta statua est. Hic cum ad quinquertij certamen venisset, Olympicis vnam, Nemeis alteram palmam tulit. Ab Isthmicis certe æquè hic, atque alij Elei, exclusus est. Hic cum puer adhuc neruorum imbecillitate tentaretur, ad quinquertium animum adiecit, è qua exercitatione cum morbum depulisset, multas ex in eo certamine, & insignes accepit coronas. Statua eius Cleonis opus est, & halceres, qui salientium libramenta sunt, tenet. Secundum Hysmonem positus est palestrita puer, ex Heraa Arcadum ciuitate Nicostratus. Pantias hanc statuam fecit, qui ab Aristocle Sicyonio per manus traditam artem septimo eius discipulorum gradu accepit. Dicon Callibroti filius quinque è Pythico curriculo, tres ab Isthmico, quatuor è Nemeis vnam de pueris, duas de viris ex Olympicis palmas tulit. Atque ei quidem totidem statuæ, quot vitoriae fueræ, erectæ sunt in Olympia. Et puer sanè Cau

Caulonates (sicuti fuit) renunciatus est. At vir iam factus Syracusanus ut nominaretur pretio obtinuit. Est Cauloniam in Italiam ab Achæis Colonia deducta: Dux eius Coloniæ fuit Typhon Aeginensis. Bellò autem à Pyrrho, & Tarentinis contra Romanos suscepto, multæ Italiae ciuitates, à Pyrrho aliæ, aliæ verò à Romanis ad vastitatem, & solitudinem redactæ sunt. Inter eas Caulonia fuit à Campanis deleta, quorum maximè auxiliis Romani nitebantur. A Diconis statua non longe dicitat Xenophon Menephylī filius, ab Aegio Achiorum pancratiasta, & Ephesius Pyrilampes in longiore curriculo victor. Illum fecit Olympus, hunc cognomen Pyrilampes Sicyone oriundus, Messenæ ad Ithomen natus. Lysandrum Aristocriti Spartanum in Olympia posuerunt Sami, è duobus inscriptionibus altera id testante. Supremi lous hæc decora in prædiuite templo.

Publicitas Sami constitutere viri.

Hæc qui dedicarint docet. Altera Lysandrum ornat inscriptio.

*Quod tua Aristocratum, & patrium virtute
beasti.*

Lysander meritis stant monumenta tuis
Ex quo quidem facile intelligas, Samios.

& Ionas reliquos, de vna fidelia, vri ipsorum verbum est, parietes duos dealbasse. Etenim cum Alcibiades classem instrutam, & ornatam Atheniensium circa lonium haberet, Samij statuam ei aeneam in Iunonis erexerunt. Superatis vero nauali prælio ad Aegos flumen Atheniensibus, iidem Samij Lysandro in Olympia statuam posuere. Quin & Ephesij in Diana, Lysandri, Eteonici, Pharacis, & aliorum Spartanorum, minimè clari inter Græcos nominis, imagines dedicarunt. Iam vero commutata fortuna cum ad Gnidon, & Dorion montem ab Atheniensibus Cononis ductu classe victi fuissent Lacedæmonij eousque Ionum studia in diuersa abierrunt, ut Cononem ex ære, Timotheum etiā Sami positos videas. Et profecto eadem quoquis tempore fuit omnibus gentibus quæ Ionibus mens, vt hominum studia ad eos qui oīibus, ac viribus præstarent, propensiora essent. Proxima est Lysandri statuæ effigies Ephesij pugilis, qui de puerorum certamine victoriam est adeptus, nomen ei fuit Athenæus. Adiicit etiam Sostratus Sicyonius nobilis pancratistes, cui cognomen fuit Acrocherites, quod aduersariorum summas manus tam fortiter apprehendebat, vt non prius eos dimitteret, quæm

quam elisis digitis dolore confectos inteligeret. Duodecim ei partim Nemeorum, partim verò Isthmiorū palmæ datae sunt. Pythicæ duæ. Olympicæ tres. Qua tam certe supra centesimam Olympiadem, qua Sostratus primum coronam cepit, non conscribunt in suis commentariis Elei. Pro illis enim eius Olympiadis authores celebrandæ Pisai fuere. Prope Sostratum positus est palæstrita Siciliensis Leontiscus, è Messana, quæ ad fretum est, Coronā is ab Amphictyonibus, & Eleis accepit. Et in lucta quidam Leontiscus haud alio more quam Sostratus in pancratio aduersari os percellebat. Neque enim colluctantes sternebat, sed victorians summis digitis collidens extorquebat. Statuam ei fecit Pythagoras Reginus, fingendi peritia, solers haud minus, quam qui usq; aliis: Didicisse eam artem ferunt à Cleaichō Regino, Eucherij discipulo: Eucherus Corinthius fuit: Is præceptoribus est usus Syadra, & Charta Spartanis. Puer tenui redimitus, Phidiae causa, & eximia eius in fingendo solertia, nobis non sicut prætermittendus, quod scilicet neminem alium nouimus, cuius effigiem expresserit Phidas. Satyrus quidem Eleus Silanione patre genitus, ex Lamidarum gente, è Nemæa quin

quinq; de pugilatu, duas è Pythicis ludis, & ex Olympicis toridē palmas tulit. Eius fecit statuam Atheniensis Silanion. At Polycles factōr, Stadici Atheniensis discipulus, Amyntam fecit pancratiaſtem, Hellanici filiū. Chilon Achaeus Patrēfis Olympicis duabus de luſta virorum, Delphica, vna quatuor Isthmicis, tribus Nemiacis nobilitatus est coronis. Sepulchrum ei publica impensa Achæi erexere. Et prælians quidem mortem appetiit. Testata res his versibus.

Solum laſta virū bis Olympia, Pythiaq; ornat

Ter Nemea, atque Isthmus, me quater nudis
ſenus.

Chilonem patria est Pare, virtutis Achæi.

Cesum acie memores, hoc posueri loco.

Hæc quidem inscriptio est. Quod si quobello ceciderit, ex ætate Lysippi, qui statuam eius fecit, coniectandum est: Vel ad Cheroneam in acie stetit cum Achæis omnibus, vel solus præ cunctis Achæis prælio ei interfuit, quod ad Lamiam in Thessalia cum Antipatri Macedonum regis exercitu commissum est. Post Chilonem duæ deinceps statuæ erætæ, Olympioni vna, quem ab Eleis coronā cepisse testatur inscriptio. Alterius nullus est titulus, sed eam Aristocalis esse memorant, Stagirita è Thracia.

Sive:

Sive discipulus ei, sive milles quispiā, gratia apud Antipatrum florenti, & ante apud Alexandrum, honorem hunc habuerit. Sodamas quidem ex Afso, in Troade ad Ida montem, primus Aleolensium pueros in Olympico stadio vicit. Prope Sodaman Archidamo Lacedæmoniorum regi, Agesilai filio statua posita est. Ante hunc nulli cuiquam extra fines statuam à Lacedæmoniis erætam compéri. Archidamo verò, & ob alia merita, & mortis causa statuam in Olympia dedicandam censuerunt: quod & inter Barbaros occubuit, & vnu ex omnibus Spartanorum regibus sepulturæ honore caruit. Quod ipsum plenius à me in commentario de rebus Laconicis expositum est. Euanthi Cyziceno pugilli palma vna euuenit Olympica in virorum certamine, in puerorum Nemiacis, & Isthmica. Iuxta Euanthen vir est equorum studiosus, & puella currus conscendens, viro Lampo non men: Patria ei Macedonia ciuitatum recéssima, cui à Philippo Amyntæ filio nomen. Cynisco è Mantinea puero pugili statuam Polycletus fecit. Ergoteles quidem Philanoris filius, qui duas longioris curriculi in Olympia, totidem in Isthmicas, Pithicis, Nemeis palmas est adeptus, non Himeræus fuit, quod inscriptio indi- bb

18 PAVS. ELIA C. POST. SIVE
cat, sed Cretenis è Gnoſſo, vnde ſeditione
pulſus, ab Himeræis, ad quos profugerat,
erit in ciuitatem receptus, & aliiſ item ho-
noribus affectus: Quare merito victor
Himeræ adſcibitur. Iam verò qui è cel-
ſa pia eminet, quem Lysippus fecit is om-
nium hominum, heroibus, & si qua fuit
alia hominum ante heroas natio, exceptis,
omnium certe ætatis noſtræ hominum sta-
tura corporis maximus fuit, Polydamas
Niciæ filius, cuius patria Scotusſa planè de-
leta eſt: Alexander enim Pheræorum ty-
rannus fœderibus, quibus erat cum illo
coniuncta, violatis, de improuifo vrbeſ ce-
pit: Facta que in theatrum irruptione, quo
habendæ concionis cauſa conuererant na-
tu maiores, circundati ſque cetratis, & fa-
gittariis, omnes ad vnum vt iaculis congi-
gerentur imperavit: Idemq; puberes, quo
quot eſſent trucidados curauit: Fœminas,
& pueros ſub corona vendidit: De preio
mercenario militi stipendium dedit. Op-
preſſit exitium hoc Scotusſeos Phrasycæ-
de ſummum Athenis magistratum geren-
te, alterius & centesimæ Olympiadis, qua
ſecundum palmam Damon Thurius tulit,
anno ſecundo. Ructus verò cum ſua Græ-
cos vniuersos fortuna, altera iam clade fra-
dos, Macedonum armis perculifer, Sco-
tuſſeos

LIBER VI. 19
tuſſeos ad extremam imbecillitatem re-
dactos, quos Alexandri crudelitas reliquos
fecerat, belli metus eiecit. Fuerunt & alij
quidem maximè illuſtres de paocratio vi-
ctoriis: Verum ad Polidamantis titulos
peculiaris quædam accessit fortitudinis
gloria, cuius iam exempla aliquot refe-
ram. Montana Thraciæ regio, quæ intra
Neſtum eſt, qui fluuius Abderitarum fines
præterlabitur, & alias immanes belluas,
& Leones alit. Tam verò multi illuc gi-
gnuntur, vt in Xerxis camelos, qui comi-
meatus conuectabant, imperu facto, ma-
gnam eorum ſtragem fecerint. Errant hi
plerunque per ſubiacentem Olympo mon-
ti agrum: Eius enim montis latus alte-
rum in Macedoniam, in Thessaliā alterum,
& quem ante diximus amnem, con-
uerſum eſt. In hoc ipſo monte Polydamas
prorsus inermis ingentem, & præferocem
leōnem confecit, cum in hoc ſe periculum
Herculis incensus æmulatione demifislet:
Illum enim ad Nemeam Leōnem trauiſ-
ſe, fama vulgavit. Alterum edidit eximiæ
fortitudinis miraculum, apprehenſum è
grege medio maximum, & ferociſſimum
taurum pedibus posterioribus resiliētem,
& contranitentem, tam obnixe detinuit,
et xix, & relictis quidem vngulis, effuge-
b b 2.

20 PAVS. ELIA. POST. SIVE
re potuerit. Aiunt eundem Polydaman-
tem incitante equos auriga, altera tantum
manu retractos à tergo currus sistere soli-
tum. Hac fama impulsus Darius Arta-
xerxis ex Palaca filius, is qui multitudi-
nis Persarum studiis fretus Isogæum legi-
timum Artaxerxis filium regno expulit;
Polydamanem magnis per legatos do-
nis, & promissis inuitatum Susa ad se euo-
cauit. Quòd cum venisset, unus ex prouo-
catione tris de cohorte regia, qui immor-
tales vocabantur occidit. Quæ com-
memoraui facinora, partim in statuæ basi spe-
stantur, partim verò inscriptione testante
cognoscuntur. At enim Polydamanus vi-
rium suarum fiducia, quæ exitio multis
esse solere Homerus carminibus vaticina-
tus est, perniciem attulit. Nam cum per
æstatem speluncam intrasset cum aliquot
sociis in opaco accubitus, fors minus
æqua ita tulit, vt superior speluncæ pars la-
te fatisceret, Polydamas cæteris imminen-
tis periculi metu dilapsis, quasi unus tan-
tam labem sustinere posset, sublatis mani-
bus montem fulcire conatus, ruinæ mole
oppressus est. Prope Polydamanem sta-
tuæ erecta Athletis tribus: Eorum unum,
Mantinensem scilicet Protolaum Dialcis
filium, qui pueros in pugilatu vicit, Rhe-
ginus

LIBER AVI. LV A.D. 21
ginus Pythagoras fecit: Naucydam Dama-
reti filium palæstritam è Phigalia, Sicyo-
nius Dædalus: Callian Athenensem, Mi-
con pictor, & ipse Atheniensis. At Mæna-
lium pancratiasten, Androstenen. Lochæi
filium, qui duas tulit viriles palmas, Mæ-
nalius item Nicodamus fecit. Post hos
Eucles statuæ honorem habet Calliana-
ctis filius Rhodius è domo Diagoridarum
materno genere, quippe qui è Diagoræ fi-
lia genitus est. Olympicam hic coronam
cepit de virorum pugilatu: Naucydes opi-
fex fuit. Palæstritam verò puerum Theba-
num Polycletus Argius elaborauit, non
idem sane, qui Iunonis signum fecit, sed
omnino aliis qui Naucydes discipulus fuit:
Huic Phocenum commune statuam po-
suit, quod in Theopompi patris fuit clien-
telæ. Idem certe Nicodamus è Mænalo
fictor, cuius paulo ante mentionem feci,
Damoxenidam pugilem Mænalium fin-
xit. Est ibidem Lastratidæ Elei pueri ima-
go, qui de lucta coronam cepit, cum idem
de impuberibus alteram à Neineis tulis-
set: Paraballonti quidem Lastratidæ hu-
ius patri, de curriculo iterato palma decre-
ta est. Traditus verò posteris mos est, quo
famæ perpetuati consuleretur, ut vi-
torum nomina in Olympicō gymnasio con-
b b 3

scriberetur. Nō præterierim hoc loco quæ de Euthymii pugilis victoriis, dēq; reliqua eius gloria memorię prodita sunt. Patria ei fuit Locri in Italia ad Zephyriū promun torium. Pater Astycles: Et si ciues cum sui Cæcini amnis satu genitū memorant. Fluuius hic Locrensem agrum à Regino diuidens, cicadatum miraculo est memora bilis: Citeriores enim Locridis accolæ atque atque aliae omnes argutæ sunt: At in Reginorum finibus trans Cæcimum nulla est omnino cicada vocalis. Huius itaque amnis Euthymus filius fuisse dicitur. Is cū ex Olympia de pugilatu palmam tulisset, quarta & septuagesima Olympiade, haud quaquā pari euētu ea quæ consecuta est Olympia certauit. Theagenes enim Thea sius vnis ludis pugilatus, & pancratij pal mam appetens, Euthymū quidē cæstibus vicit. Oleaginā verò de pancratio nō accepit, quod fraude aduersariū circumuenisse iudicatus pugna superiore, ædilium sententia talentum vnum Ioui, sacram multam, alterum item talentum Euthymo ad luendam contumeliaz noxam iussus est pendere. Et in Olympia de quidem sexta supra septuagesimam Ioui Theage nes quod erat imperatum argenti exoluit.

Reliq

Reliquum multæ recusans in pugilatum non descendit. Illa itaque, & altera dein ceps Olympiade Euthymo pugilatus corona decreta. Statua ejus Regini Pythagoræ opus fuit, cum primis quæ spectetur dignissima. In Italiam is cum transmisisset, pugnam cum heroë commisit: De quo quæ suut memoriae prodita sic propemodum se habent. Vlyssen aiunt errantem euerso iam Illo tempestatibus huc illuc ad alias Italiae, ac Siciliæ vrbes, & Themessiam etiam appulsum, ibi de naualibus sociis eius vnum virgine per vinum violata ab oppidanis contumeliam vindicantibus lapidibus obrutum: Vlyssen quidem nulla factum vlciscendi inita ratione, inde profectum. Perempti verò socij manes finem nullum sanguini in cuiuslibet ætatis homines fecisse, priusquam cogitantes patriā relinquere, Temessenses, quo eam pestem effugerent, Apollinis respōso heroëm placare iussi sunt, & cōsecratio ei solo templū excitare. Deuouère ei præterea quotannis virginū vnam quæ ipsis formosissima visa esset: Quod cum illi ex oraculo facere pergeret, nihil omnino grauius dehinc passi sunt. Forte verò cum venisset Euthymus Temessan, eo ipso tempore, quo solenne sacrum fiebat, re tota coguita, se istromitti

bb 4

illum aiunt in templum postulasse: Ibi virginem conspicatum , primo misericordia comitorum, deinde etiam amore incensum: Ac puellam quidem , si ab eo seruata esset, se in eius manū conuenturam fidem dedisse: Arinis igitur captis cum genio congressum, illum victum micebūs, & agro excelsisse: Sublatumque prorsus ex hominum cœtu in mare se demersisse. Fuisse memorant , ciuitate vniuersa fœdissima calamitate liberata, maximè illustres Euthymi nuptias: De eodem verò Euthymo & illud ex antiquitatis monumentis acceperimus: Longissimam eum ætatem viuendo implesse, neque omnino mortuum, sed alio quodam modo hominem esse desisse. Habitari hac etiamnum ætate Temessan ex nautici negotiatoris oratione cognoui. At ex quodam priscarum literarum exemplo hac ad verbum descripsi. Adolescentulus, Sybaris. Calabrus fluuius, Calyca fons, Heraque, & Temessa vrbes fuere. in iis genus. quem elect Euthymus: Colore fuit is vehementer atro. cætera specie maximè formidabilis, amictus, lupi pellis erat. Lybantem nomen eæ literæ produnt, sed hæc haftenus. Post Euthymi statuam, sive sunt Pytharcho Mantinenhi stadij decursori, & Charmidi positæ Eleo pugili , pueriles

vriq

vtrique palmas adeptis. Hos vbi spectaueris , in conspectu erunt Rhodij Athletæ Diagoras , & eius omnis proles perpetua serie collocati. Primus eorum est Acusilaus de pugilatu accepta corona. Succedit Dorieus natu minimus , cui de Pancratio Olympiadibus continuis tribus victoria adiudicata est: Sed ante Dorieum Demageetus pancratij competitores vicerat: Atque hi quidem fratres fuere Diagoræ filij: Postremus est ipse Diagoras , virilem is pugilum palmam meruit. Eius statuam elaborauit Callicles Megarenſis , Theocofmi filius , eius nempe , qui signum Iouis Megarenſis fecit. Diagoræ etiam è filiabus nepotes Olympiacas coronas de pugilibus meruere. Virilem Euclæ è Callianaçte, & Callipatera Diagoræ filia genitus: Puerilem Pisidorus : Huic mater ipsa in gymnici magistri modum ornata, ad ludos tyrocinio deduxit. Positus hic est proximè ad aui materni statuam. Diagoram ipsum tradunt Acusilaum , & Damagetum in Olympiam deduxisse, quem vñtores iam declarati iuuenes , per medium, & confertissimam , turbam humeris exportarunt , conicentibus in eum flores Græcis, & liberum causa cum plausu beatum prædicantibus. Duxit mater-

bb 5

num genus Diagoras è Messene , atque a-
deo ab ipsis Aristomenis filia . Eius filius
Dorieus præter Olympiacas palmas , octo
continuatis victoriis Isthmicas , vna pau-
ciores è nemicis abstulit : Pythicam etiam
intacto puluere coronam cepisse dicitur:
Renuntiati sunt hic & Pisidorus precon-
nis voce Thurij , quod illi Rhodo factio-
ne pulsè , Thurios in Italiam commigra-
serunt . Verum Dorieus aliquot post annis
Rhodum postliminio reuersus omnium
apertissimè Lacedæmoniorum studia est
professus , quo circa & propriis triremibus
nauali bello cum Atheniensibus pugna-
uit : Quo tempore cum viuus in potesta-
tem hostium venisset , & Athenas pertra-
ctus esset , Athenienses qui ante vehementer
ira impulsì extrema omnia illi fuerant
comminati , simulatque in concionem
captiui habitu productum conspexerunt ,
tanti viri , cuiusque nomen tam insigni
gloria fuisset , miseratione adducti , con-
uersa ad mansuetudinem sententia , in-
columnen dimiserunt , cum tamen multas
haberent iusti in eum odij causas . Quæ
ad eius vitæ exitum pertinent , prescripta
sunt ab Androttone in rerum Atticarum
commentariis . Cum ad Caunum inquit
esset regia classis , & Rhodij Cononis im-
perat

peratoris suasu à Lacedæmoniis defectio
ne facta , in regis , & Atheniensium ami-
citiam venissent , Dorieum peregrinan-
tem circa Peloponnesum comprehensum ,
ac Spartam in vinculis deductum , ibique
à Lacedæmoniis maiestatis damnatum ,
noxam capitali supplicio luisse . Quòd
si vera omnino exposuit Androttion , vi-
detur mihi voluisse eiusdem temeritatis
Lacedæmonios arguere , cuius criminis
obligarunt Athenienses , cum Thra-
sillum , & collegas , qui ad Arginussas
classe pugnauerant , capite damnarunt . Et
Diagoras quidem , & eius posteritas hac
ad ipsorum gloriam quæ commemora-
ti possent reliquerunt . Sed enim & Alce-
netus Lepreates , Theanti filius , cum suis
liberis Olympicas palmas tulit : Pater
vitilem è cæstuum certamine , cum ante e-
tiam puerilem inter secundarios cepisset .
Hellanicus , & Theantus eius filij victo-
res de puerili pugilatu renuntiati sunt :
ille nona & octogesima Olympiade , hic
proxima posteriore : Et horū suæ spectan-
tur in Olympia statuæ . Succedunt Alce-
neti filii Gnatho Dipensis ex Mænaliorū
finibus , & Eleus Licimus . Vterque victor
puerili pugilatu ex Olympia discessit .
Gnathonem quidē valde puerū palma po-
titum

titum inscriptio testatur. Hunc effinxit Megarensis Callicles. Adsistit Stymphalius Dromeus congruenti sanè cum exercitatione nomine: De longiore enim curriculo Olympicas duas, tótidem Pythicas, Isthmicas tres quinque Nemicas meruit. Primum carnis vesci cœpisse ferunt, cum Athleta ante ipsum casu è scissulis alerentur: Hunc Pythagoras: Loco ei proximum Pyrhoclem quinqueritionem Eleum, Polycletus expressit. Socratis verò Pelleuenis, à quo pueri cursu superati, & Amertæ Elei, qui pueros item in Olympia palestra constrauit, idēnque Pythicis ludi viros perculit, deinceps positas imagines videoas. Superiorem qui fecerit non traditur: Amerta effigiem fecit Phradmon Argiūus. Euanoridas Eleus puerilis luctæ victoriam adeptus, cum unus de ludorum præfectis esset, ipse etiam eorum omnium, qui ludi Olympicis vicerant, commentarium conscripsit. De pugile verò Parrhasio ex Arcadia, cui nomen Demarchus, quæ memoria prodita sunt, præter Olympicam victoriam, fabulatorū hominum figura esse arbitror. Quod scilicet in Iouis Lycae sacris in lupum se verteret, ac decimo rursus anno pristinam recipere hominis figuram. Quod certe com-

mentum

mentum ex Arcadum ipsorum sermone neutiquam ortum videri potest. Eius enim rei nulla est in statuè inscriptione mentio: Ea sic se propemodum habet. *Dinytta genitas Demarchus, dedicat hancce.*
In Effigiem Arcadicu Parrhasius genere.
 At Ebotas Cyreneus, cum ei Ammonis oraculum victoriam è curriculo prædixisset, statuam ante ipse faciundam sibi curauit, eamque, quo die palmam est adeptus, dedicauit. Viciisse eundem etiam curuli certamine ea ipsa Olympiade memorant, quam tamen, quod Iudis Arcades præfuerint, rataam Elei non habent: Cleoneo quidem Timanthi, qui virilem coronam Pancratij accepit, Myron Atheniensis: Bacidi verò Troëzenio, qui luctatores vicit, Nauçydes statuam fecere. Et ipsi quidem Timanthi vitæ exitium id hunc modum contigisse tradunt. Abiunxerat se ætatis causa ab Athletarum certaminibus. Quo vires tamen pristinas exercitationibus tueretur, magnum & robustum cotidie arcum intendebat. Verum cum peregrè profectus consuetudinem intermisisset, eam, reversus domum, voluit repetere: Sed enim cum sensisset non satis iam ad arcum tendendum virium sibi superesse, rogo extrusum

æto

eto seipsum in ignem coniecit: Hocverò qui fecerit, mei profecto sententia, insaniae potius affinis videri possit, quam laudem fortitudinis assequatur. Post Bacchidis, imagines sunt Athletarum ex Arcadia. Euthymenes primum è Mænalo palma accepta de virili palæstra, cum prius etiam de puerili vnam cepisset: Ex Pella na deinde, Azan Philippus de pugillatu inter pueros victor: Tum Critodamus è Clitore, & ipse è cæstum puerili ludicro victor renuntiatus. Horum imagines fecerunt Euthymenis Alypus, Damocriti Cleon, Philippi Azanis Myron. Nam de Promacho Pelleneo Dryonis filio pancratias tunc erit agendus locus, cum ad Achæorum res gestas deducta fuerit oratio. Non longè à Promacho, Timasitheo Delpho statua posita est, Ageladae Argui opus. Duas hic Olympicas de pancratio, tres Pythicas palmas abstulit. Eiusdem fuit & belli gloria insignis, tum virtute, tum felicitate. Extremi tamen prælij, fatalis ei fuit conatus. Cum enim Ifigoras Atheniensis ipsam Athenarum arcem dominandi cupiditate incitatus occupasset, parvus fuit eius facinoris Timasitheus, quem iis oppressis qui se in arcem conluerant, capitis damnatus, Atheniensibus iniuriae

E LIBR VI. 31
iniuriae penas dedit. Theognetus verò Aegineta è lucta puerorum palmam est adeptus: Eius fecit statuam Polichus Aegineta. Magister quidem Polichus fuit pater Synnoon, illi Aristocles Sicyonius Canachii frater, neque multo eo inferior gloria. Cuius autem rei causa satiæ panus, & punicae mali fructum Theognetus præferat, non facile mihi fuerit coniicere. Ipsi fortasse Aeginetæ hac de re habent patriis aliquid historiis proditum. At secundum eius hominis statuam, quem Elei iccirco non fuisse in victorum numerum relatum tradunt, quod de bigis equarum victor fuerit renuntiatus, sed post illius effigiem, luctatori Mænilio Xenocli statuam posuere. Pueros hic in lucta perculit. Adstat Alcetus Alcinoi filius Arcas, & ipse è Clitore, pueros in pugillatu superauit. Et huius quidem statuam Cleon fecit, Xenoclis Polycletus. Proximus loco est Aristaeus Argivus è Longiore is curriculo palmâ tulit: pater verò Chemon in lucta vicit. Modico eorum statuæ distant interullorū: fecit Pantias Chius, qui artem à patre Sostrato didicit, Chemonis duce de nobilibus, meo iudicio, sunt Naucyde operibus, cum scilicet ea quæ in Olympia est, tum quæ Argis Romam in pacis templum est deportata.

A Che

A Chemone in lucta stratum Taurostheni Aeginetam memorant: ipsum Taurosthenen in sequenti Olympiade omnes deieicisse, qui in luctæ certamen descendenterant: Eodem, quo coronatus est die, spectrum Taurostheni persimile, Aeginæ, victoriam eius nuntiasse dicitur. Iam Philen Eleum, qui pueros in lucta vicit, Cratinus Spartanus finxit. Quæ verò ad Gelonis currum spectant, non longe dissidentia mihi videri solent ab iis, quæ alijs ante me prodidere. Ajunt enim currum illum Gelonis, qui in Sicilia tyraunidem obtinuit, donum fuisse. Et sane testatur inscriptio Gelonem Dinomebis filium Geloum dedicasse. At enim vicit hic Gelon, de quo nunc sermo est, Olympiade tertia supra septuagesimam, cum Syracusis Gelon tyrannus rerum potitus fuerit. Olympiadis septuagesimæ secundæ, anno secundo, quo itidem anno summæ rerum præfuit apud Athenienses Hybrilides, qua scilicet Olympiade vistor discessit è stadio Tisicrates Crotoniata: Syracusanum se certe Gelon renunciandum, non Geloum curasser. Credi igitur facile potest priuatum hominem hunc Gelonem fuisse, cuius pater tyranni patri, ipse tyranno cognomen fuit. Glaucias quidem Aegineta, & currum,

& sta

& statuam Gelonis fecit. Superiore Olympiade Cleomeden Astypalæensem, memoria proditum, in pugillatu Iccum Epidaurium interemisse: Eo crimine erupta palma damnatum ab Aedilibus, animi ægritudine, mentis impotem factum. In de Astypalæan reuersum, cum in ludum litterarium introisset, in quo puererant ferme L. x. columnam, qua testum fulciebatur, cœuellisse: Quare oppressis ruina pueris, cum ciues ipsum cum lapidibus infestarentur, cœfugisse in Mineruæ, móx que se in arcam, quæ in templo erat, conclusisse: Eius arcæ operculum Astypalæenses cum diu conati tollere non potuissent, postremò arcam effregisse: Cleomeden neque viuum, neque mortuum intus visum. Missis ad oraculum de rei miraculo consuloribus, his versibus responsum redditum.

*Vltimus herorum Cleomedes Astypalensis,
Quem iam immortalem superum dignamini
honore.*

Et Cleomedi in sequentibus deinceps temporibus Astypalæenses tanquam heroi honores habuere. Prope Gelonis currū Philonis ercta statua est: Aeginetæ Glauciae opus: In hanc satis appositos ad rem exprimentam elegos fecit Simonides Leo-

prepis filius.

Glaucus mi genitor,patria est Corcyra, Philoni Nomen, vincu pugilium bis Olympiadæ.

Stat ibidem Mantinenis Agametor pueris pugilatu viætis. Præter eos, quos iam percensuimus, videoas & Glaucum Carystium, quem ex Anthedone Bœotiorum, oriundum à Glauco marino Deo memoran. Pater huic fuit Carystius Demylus. In agro verò colendo à puero versatum tradunt: Cùmque forte resixum vomerem manu pro malleo vsus restituisset in pristinum aratri locum, patrem cum id antimaduertisset, puerum in Olympicum pugilatum duxisse: Vbi cum Glaucus ab aduersariis male multaretur, quippe qui prorsus erat artis eius inscius, cùmque congressus cum eo, cui extrema obtigerat sors certaminis, vulneribus iam prope cōfectus succumberet, in clamasse dicitur pater: Illam fili ab aratro: Ea itaque voce puerum excitatum, acri plaga aduersario perculso mox viætorem iudicatum. Coronas idem cepisse dicitur Pythiorum duas, octonas Nemeorum, & Isthmiorum. Glauco filius statuam posuit, opifex fuit Glaucias Aegineta: Vmbratilis pugnæ habitu præse fert, quod omnium suæ ætatis manus ad certam legem mouerit aptissimè. Cum decess-

cessisset à Carystis, in ea insula sepultum tradidit, quæ ætate etiam nostra Glauci dicitur. Demarato Heræensi Demarati filio, & nepotibus binæ Olympiorum victoriæ obrigerunt. Ipsi quidem Demarato, quinta supra l. x. Olympiadæ, qua primum inductu est armaturæ grauis, cursus: Et ea item, quæ cōsecuta est. Statua eius clypeū more nostrorum militum præ se tenet, galea caput, crura ocreis armata sunt. Eum in cursu ludici morem, posteris deinde temporibus Elei, & reliqui item Græci sustulerunt. Theopompus deinde Demarati filius, & huius item filius patri cognomende quinquertio palmas adepti sunt. Minori Theopompo de lucta etiam viætoria obligit. Luctatoris huius, à quo facta fuerit statua, planè ignoratur. Patris verò, & aui, statuas Eutelide, & Chrysosthemidis Argivorum opera fuisse testatur inscriptio. A quibus verò illi didicerint, non docet. Inscriptio eius versus hi sunt.

Argui Eutelidas, & Chrysosthemis fabricarū, Maiores artem quos docuere sūi.

Iccus Nicolaïda filius Tarentinus, Olympicam coronam de quinquertio cepit: Ac deinde in sequentibus Athletarum fuit magister, sui temporis præstantissimus. Post Iccum Pantarces viætis in lucta pue-

36 PAVSAN. E LI. POSTE. SIVE
ris erexit est: Fuit hic Phidias in amori-
bus. Proximo loco Cleosthenis viri Epi-
damni currus, Ageladae opus: A tergo po-
sus est Iouis, quem Graeci post Platæen-
sem pugna dedicarunt. Vicit Cleosthenes
Olympiade sexagesimæ sexta: Neque verò
suam vnius, sed equorum etiam, & aurigæ
fimulachra posuit. Inscriptæ equorum no-
mina sunt Phoenix, & Corax. Et qui eodem
sunt iuncti iugo ad dexteram Cna-
cias, ad laevam Samus. Elegi ad currum ad
scripti sunt.

*Cleosthenes posuit me Pontius ex Epidamno
victor equis, palma clarus Olympiaca.*

Et omnium quidem Græcorum, qui equo-
rum alèdi studio clari fuere, primus Cleo-
sthenes statuam Olympiæ posuit. Sunt cer-
te, & Miltiadis Atheniensis, & Spartani
Euagoræ similia dona verum non insistit
in curru Euagoras. Iā quæ ac qualia Olym-
piæ dona Miltiades curauerit statuenda,
alio instituti operis loco exponetur. Agrū
Epidamni tenent quem iam ante ab ini-
tio: oppidum non idem quod priscis tem-
poribus, sed quod à vetere vrbe non lon-
ge abest, & à conditore Dyrrachium
appellatur. Consequuntur Athletarum su-
periorum ordinem Lycinus Herænsis,
Epicratus Mantinenis, Tellon Thasius,

&

& Eleus Agiadas, qui victores de puerili-
bus ludicris coronas cepere: Lycinus qui-
dem è cursu, reliqui de pugilatu. Epicra-
dium fecit Ptolichus Aegineta. Agiadan
Serambus & ipse Aegineta. Lycini statua,
Cleonis opus. Tellenem quis fecerit, non
est memoria proditum. Proximæ sunt his
ab Eleis Philippo Amyntæ, & Alexandro
eius filio statuæ dedicatae: Cùmque his
Seleuco, & Antigono: Equestres aliorum,
Antigoni pedestris est. Ab his regibus
non longe abest Timosthenis filius Thea-
genes Thasius: Et si Thasi Timosthenis
filium Theagenem negant fuisse. Nam
cum sacrificulus Herculis, qui Thasi colitur,
Timosthenes esset. Cum vxore eius vi-
sum quoddam Herculi persimile congres-
sum aiunt puerum inde natum, hunc cum
annum iam fermè nonum ageret, dum è
ludo domum rediret, dei incertum cuius
æneum signum, quod in foro fuerat ere-
ctum, eius pulchritudine allectum, è sede
sua auulsum, & alteri humero impositum,
ad suos deportasse: Incitata verò ob id fa-
ctum in eum multitudine, virum quen-
dam summa inter ciues existimatione, ma-
gno iam natu sententia sua puerum mini-
me occidendum censuisse. Imperasse tan-
tum ut signum in pristinum locum repor-

38 PAVSAN. ELL. POSTE. SIVE
taret. Idcum ille fecisset, eius fortitudinem, longelatèque per totam Græciam hominam sermone celebrati cœptam.
Et facinora quidem Theagenis maximè illustria, quæ ad Olympicos ludos pertinuerunt, ante exposuimus: Quo loco etiam commemorauimus Euthymo pugile per eulso quæ mulcta ei ab Eleis fuerit imposta. Ac tunc quidem palmā tulisse de pancratio primus dicitur Dromeus, sine puluere, patria Mantinensis. Ea deinde, quæ consecuta est, Olympiade, ex eodem certamine Theagenes ipse. Adeptus idem est de pugilatu Pythicas coronas tres, Nemias eas nouem. De mixtis pugilatus & de pancratij certaminibus in Isthmo decem. Phthia verò in Thessalìs, omisso pancratij studio, ut in cursu etiam ad nominis celebritatem perueniret, operam dedit. Quare & in longiore curriculo palmæ competitores vicit: Et cum Achille fuit ei mea sententia æmulatio, quod in patria heroë omnium præstantissimi, victorem se cursus declarari cōcupierit. Fuerunt numero coronæ eius omnes quadringentæ. Cum è vita iam deceſſisset Theagenes ex eius ob trectatorum numero quidam ad eius statuam nocte qualibet accedens eam flagris cædebat: Non alter quām si in eo ære ipsum

ipsum viuentem vlcisceretur. Cum autem hominem statua subito casu oppressisset, eius filij statuam de cæde postularunt. Estque ea Thasiorum sententia in mare abiecta. Draconis scilicet lege, qui anima etiam carentia, vrbe, agrōque exterminanda, cum Atheniensibus leges scriberet, sanxit: si quid forte eorum torruens hominem percimeret. At enim cum per multos deinceps annos frugem ferè nullam terra Thasiis redderet, qui sciscitatum Delphos missi fuerant, responsum tulece, exules reuocando. Neque tamen exilibus reuocatis finem sterilitatis reperere. Quare cum iterum per legatos questis essent, se quidem dicto audientes fuisse, non esse verò Deorum iram vlla ex parte placatum, respondit rursus Pythia.
Theagenis vestri at nullam rationem habuistis.
Ibi cum ea cogitatio sollicitos haberet quanam arte statuam Theogenis recipieren, pescatores aiunt in altum proiectos inter pisces rete comprehensam effigiem Theagenis in litus exposuisse: Ea cum in suum locum reposita fuisset, à Thasiis diuinis celebratur honoribus. Multis verò etiam aliis in locis, tum Græcorum, tum Barbarorum Theageni, positis simulachris, diuini honores ab indigenis haben-

tur, existimantibus ægris, & quopiam affectis morbo, salutare eius numen esse. Statua hæc in Altis posita Aeginetæ Glaucriæ opus est. Proximè est æreus currus, in quem vir ascendit. Vtrinque veredi singuli, pueris insidentibus. Sunt etiam sua de Olympicis victoriis Hieronis monumenta Dinomenis filij, qui fratri Geloni in Syracusanorum tyrannide successit. Hæc dona non sunt ab Hierone missa, sed votum deo persoluit Dinomenes Hieronis filius. Currus Onatae Aeginetæ, Calamidis, qui vtrunque stant equi, & equestres pueri opera sunt. Prope ad Hieronis currum vir est eodem quo Dinomenis filius nomine, & ipse Syracusanum tyrannus Hieron Hieroclis filius. Is post Agathoclis, qui primum tyrannidem occupavit, mortem, alter est Syracusanis tyrannus exortus: Dominatu potius centesimæ tertiaræ ac vicesimæ Olympiadis, anno secundo: ea verò Olympiade viator è stadio discessit Idæus, patria Cyrenæus. Fuit huic Hieroni cum Pyrrho Aeacidæ filio hospitum prius, deinde afferitas, quod Pyrrhi filia Nercis fuit cum Gelone eius filio. Et idem sanè Hieron cum bellum Punicum in Sicilia geretur, & eius insulæ pars maior in Carthaginien

ginienium officio esset, ad illorum se studia adiunxit: Mox cum Romanorum copias maiores, & affirmorem esse amicitiam intelligeret, ad eos descivit. Hunc Dinomenes, Syracusanus ille quidem, sed tyrannidi infensissimus, de medio sustulit. Neque multo post Hippocraten Epydæ fratrem, qui cum paulo ante ab Erbysslo Syracusas venisset, multitudinem seditionis fuerat vocibus solicitare aggressus, stricto telo est adortus: Verum cum praesenti se ille animo tueretur. Dinomenes satellitum impetu oppressus, occubuit. Hieronis statuas equestrem unam alteram verò pedestrem, Olympiæ dedicarunt Hieronis ipsius filij: opera fuere Miconis Syracusani Nicocratis filij. Post Hieronis, Arei, Acrotati filij, Lacedæmoniorum regis, & Arati Cliniæ filij eræta sunt statuæ. Et Areum quidem in equum ascendentis habitu dedicarunt Elei, Aratum Corinthij. Arei sanè, & Arati mentio non est in superioribus commentariis prætermissa. Renuntiatus est Aratus de curuli certamine viator. Timoni Aegypti filio, homini Eleo, à quo ad Olympicum ludicrum missi equi sunt, positus est æneus currus: in eum victoriaræ, quantum coniicio, ro-

bur ascendit. Callonem deinde Harmonij filium, & Machaonis Hippomachum Eleos patria, qui cætu pueros vicere, ibi positos videas. Illum Daippus finxit: Hippomachi opifex ignoratur. Is aduersarios tres dicitur perculisse, neque plaga, neque vulnere in villa corporis parte accepto. Erecti ibidem sunt. Theochrestus Cyrenæus, qui equos Afrorū more ad curulia certamina studiose aluit, & avus paternus, etiā ei cognomen: Tulere vterque Olympiacas de equorū ludicra palmas. Isthmicā præterea avum coronā cepisse, indicat currus inscriptio. Hegesarchi Hæmostrati filij Tritænsis de virili in Olympia pugillatu, in Isthmo etiā. & Nemea victorias elegite stantur, quibus cum Arcades Tritænses appellantur, nō esse id à vero alienū cōperi. Nam cū illustrissimis Arcadiæ ciuitatē non sint omnino origenes incognitæ, quæ cum ab initio essent obscuriores, propter imbecillitatē in Megalopolitanū nomē irrepseræ, ex nō omnino cōmuni Arcadū nomine cēsæ fuere. Quare nullā omnino aliā Tritæam, quā quæ Achæorū fuit, inuenias. Tūc autem cū versus illi scripti fuere, facile quis existimarit, Arcadici Tritænses nominis fuisse quēadmodū & nūc Archades habentur, qui se Arguiis cōtribuerūt. Hegesarchi

chi statuā Polyclis discipuli fecere, de quibus & posterius mentionē faciemus. Astylos autem Crotoniata, Pythagoræ opus fuit. Is Olympiacas deinceps tris de cursu repetito palmas tulit. Et huius quidem, quod Hieronis Dinomenis filij studio ductus Syracusanum se renunciandum curasset, infamiaz causa, domum Crotoniatae ad publici carceris usum destinarunt, & statuam in Lacedæmoniæ Iunonis dedicatam euerterunt. Extat Olympiæ pila, in qua Lacedæmonij Chionidis victoriae incisæ sunt. Parum autem quid dicant attendunt, qui dedicatam ab ipso Chionide, non publicè Lacedæmoniis eā pilam arbitrantur: Nam cum testatum in ea sit, nondum fuisse armaturam grauem in curriculum productam, quā diuinare Chionis potuisset, Eleorum lege hoc etiam ludicri genus aliquando sanctum iri? Ac multo sunt quidem hebetiores, qui harentem pilæ statuam, Chionidis esse censent, cum sit Atheniensis Myronis opus. Accessit prope ad Chionidis gloriam Lycius homo Hermogenes Xanthius, qui ludis trinis Olympiacum oleastrum octies abstulit: Quare equi cognomento à Græcis celebratus est. Possunt iure Politis etiam victoriae cum admiratione audiiri,

diri. Fuit hic è Ceramo Thraciæ oppido: omnémque in Olympia pernicitatis laudem est meritus. Quod enim curriculi spatium ante lentius multo confici solitum fuerat, ad summam ipse breuitatem, & celeritatem temporis contulit: Eodemque die de longiore curriculo, deque stadio, & repetito cursu coronam cepit: & alterum quidem iterum curriculum ingressus: Neque enim vniuersos, sed quatuor, ut quibuscque primis fors obtigerit, è carceribus emittunt: Quique ex ordinibus singulis vicerint, iis rursus, cum aliorum ordinum victoribus de eodem præmio decertandum: Quo sit, ut cui fuerit corona decreta, is palmarum duplēm auferat. In eo cursus genere excelluit Leonidas Rhodius: Is enim quatuor Olympiadum præmia consecutus: Nempe qui cum nulli aduersariorum succubuisse, duodecim palmas unus abstulerit. Non longe à Chionidis pila stat Duris Samius de puerili pugilatu victor. Opus ea statua Hippiæ est. Vicisse illum testatur inscriptio, cum Samij ex insula eiecti sunt: Dedicatam statuam, cum in suas iam pristinas fuissent sedes restituti. Iuxta tyranni effigiem Diallo Pollidis filio statua posita est: fuit hic patria Smyrnæus,

&

& Ionici nominis, primum, de puerili pugilatu coronam cepisse tradunt. Iam verò Thersilochum Corsyraum, & Aritionem Epidaurium Theophili filium, quorum hic pueros castibus, ille viros, vicit, Polycletus Argiūus fecit. At Bycellus, qui primum è cunctis Sicyoniis pueros in pugilatu vicit, finxit Canachus. Sicyonius Polycleti discipulus. Prope Bycellum est Mnaseas Cyrenæus graui accinctus armatura, vir Libys cognomento, cuius finxit statuam Pythagoras Argiūus. Factam item Argis Cyziceno Agemacho è continenti Afriæ terra testatur apposita inscriptio. Naxi quidem quam in Sicilia condidere Chalcidenses, Euripi accolæ, ne ipsa quidem ætate mea extant ruinarum fragmenta. Quod verò eius nomen ad posteros proditum fuerit, iure Tisandro Cleocriti filio fuerit ea laus tribuenda: Is enim quater Olympiæ viros pugilatu vicit: quoties Pythicas etiam palmarum abstulit. Neque verò tunc omnibus aut Isthmiorum, aut Nemeorū victoribus à Corinthiis, & Argiūis monimenta ponebantur. Phidolæ Corinthiæ equa prætereunda non est. Hæc ab ipsis statim carceribus sessore suo colapsò, & cursu pri-
stinum æquè ac si rectorem habere tenuit.

46 P A V S . E L I A . P O S T E R . S I V E
nuit, & circa metam se conuertit: Audito
verò tubæ sonitu concitata est vehemen-
tius, cùmque ad ludorum præfectos ante-
uertisset, iam victoriæ se quasi compotem
intelligens constitit, Elei Phidola victore
renuciato, ei, vt equæ simulachrum dedica-
ret, concesserunt. Contigit & Lyco Phido-
la filio, & eius filiis de equiriis victoria. In
sistit pilæ vñctor equus cum inscriptione.
Acer equis Lycus hic semel Isthmia vicit: & idē
Phidole Eleo cinxit honore demum.
Non tamen huic inscriptioni cum literis
Eleorum, quibus Olympiorum vñctores
celebrantur, satis conuenit: Ad octauam
enim & sexagesimam Olympiadē, & eam
quæ consecuta est, Eleorum monimenta
Phidolæ filiorum vñctoram referunt. Sed
hæc qui volet curiosius exquiret. Stant de-
inceps Elei viri Agathinus Thrasybuli fi-
lius, & Telemachus. Vñctor hic extitit de
equorum cursu, Agathinum ex Achaia Pel-
lenenses posuere. Posuit & Atheniensium
ciuitas Aristophontem Lycini filium, pan-
cratiasten: Vicit is ludis Olympicis viros.
At Pherias Aegineta (proximus enim is
est ad Athenensem Aristophontem) octava
supra septuagesimam Olympiadē, quod
erat adolescentulus, neque in luctandi cer-
tamine videbatur vñlo pacto par aduersa-
rio

110 fore, de medio est iussus recedere: An-
no deinde sequenti admittus, pueros in lu-
cta vicit. Dissimilis fuit Hylli Rhodij in
Olympici ludis fortuna, Annū enim duo-
deuicesimum natus, reiectus ille quidem
est, quominus cum pueris lucta congrega-
tur: Verum de viris palmā adeptus, idem-
que postea acceptis Nemeorū, & Isthmio-
rum coronis, annū cum ageret vicecimum,
præpropera eruptus est morte, priusquam
patriam Rhodium, & penates suos revise-
ret. Sed Rhodij palæstritæ laudes mea sen-
tentia Arremidorus Trallianus vicit: Qui
cum tener admodum pancratium puerile
inisset, amissa ob ætatis infirmitatem pal-
ma, mox in Ioniam ad Smyrnæos, cum lu-
dos agitarent, venit: Tantum verò ei iam
roboris accesserat, vt eodē die & eos quos
in Olympia aduersarios habuerat, & in
puerili ludicro quos imberbes appellabāt,
& iam tertio loco virorum optimū quen-
que superarit: Et impuberum quidem in
certamen, ex gymnici hominis prouoca-
tione, in virorum autem, conuictio pancra-
tiastæ laceſſitum descendisse ferunt. Viri-
lem certe palmū cepit Olympicam, Olym-
piadē c c x i i. Prope Hylli statuā equum
ex ære posuit Crocon Eretriensis, accepta
de equo desultorio corona. Equo proxim-
mus

mus est Telestas Messenius puerilis pugilatus victor, hunc Silanion fecit. At Milonem Crotoniatem Diotimi filium, Damas, & ipse Crotoniates finxit: Palmas Milo Olympicas adeptus est sex, de lucta omnes, ex iis puerilem vnam, sex Pythicas è virorum, vnam è puerorum certamine: Cum septimum in Olympiam luctaturus venisset, cum Timasitheo ille quidē, quod ciuis erat, & peradoleſcens, ac certamen recessabat, non est congressus: Suam quidem ipsius statuam dicitur Milo intra Altin suis humeris deportasse. Traduntur de Punico malo, & disco hæc memoratu digna. Punicum malum ita manu compressa tenebat, ut neque qui conatus esset extorqueret, neque ipse tamen illud elideret. Peruncto disco cum institisset, omnes ludibrio habebat, qui se detrudere quantois impetu facto conarentur. Magnum illud fuit roboris documentum. Caput neruo non aliter quam redimiculo, aut corona incingebat, intercluso, deinde quanta maxima vi poterat, compressis labiis spiritu, cum venæ capitis sanguine plurimo intumuissent, neruum rumperebat. Idē vbi porrecta dextera cubitum lateri admonisset, sublatoque pollice reliquos digitos iunctim intendisset, minimum nemo erat

qui

qui villo nisu posset à cæteris abiungere. Ferarum hunc laniati periisse memorat. Conspicatus enim hiante immisso cuneis quercum, in Crotoniarum finibus, robore suo pristino fretus, truncum illum manibus dicitur rescindere conatus. Ibi cum relaxatis cuneis, comprehensus manibus Milo detineretur, à lupis, quæ fera frequens est in Crotoniarum agro, discerptus est. Fuit illi fatalis virium suarum fiducia. Pyrrhum Aeacidæ filium, Epiri regem magnis, & admiratione dignissimis rebus gestis, quas exposui in libro de rebus Atticis, in Altis posuit Thrasybulus Eleus. Prope Pyrrhum vir quidam pusillo corpore super pila stat tibiast tenens. Huic Pythica palmae de tibiariū cantu, primo post Sacadā Argium, decretæ sunt: Sacadas verò ludis iis, quos Amphictyones instituere, neq; dum essent coronarij, ac deinde binis coronariis vicit. Pythocritus deinde post hos Sicyonius Pythicas tulit palmas sex, solus tibiis cum cecinisset. Satis cōstat eundem Olympicæ in quinquertio senis ludis præcinnuisse. Honoris ergo pila ei erecta cum titulo: Pythocriti Callinici tibicinis monumenta, Aetoli concilij sui decreto, Cydonei statuam dedicarunt, cum Eleos Ari-

dd

50 PAVS. ELIA. POSTER. SIVE
stotimi tyranni dominatu liberasset. Nam
Gorgum Eucleti filium, Messenium, victo
rem quinquertij, Baetius Theron, Dema
retum verò, & ipsum Messenium, de puer
rum pugilatu coronatum, Atheniensis, Si
lanius finxit. Enim vero Anachidas Phi
lysi filius Eleus de puerili lucta coronam
cepit, mox de virili etiam: sed quis eius sta
tuam fecerit, compertum utique mihi non
est. Anochus enim Adamata filius, Ta
rentinus, qui de stadio, & repetito curri
culo vicit, Agelada Argui opus
fuit. Puerum equo insidente, a sosten
te viro, testatur inscriptio. Xenobrotum
eile ex Coo Meropidis terræ, equestris vi
ctoris præconio nobilem: Eam statuam
finxit Philothimus Aegineta, Xenodicum
verò in puerorum pugilatu victorem, Pan
tias fecit. At Pythi Andromachi filij, pa
tria Abderitæ, statuam, Lysippus elabora
uit: Sui duas ei statuas milites posuere: Du
cem enim mercenariorum, & bellicis re
bus clarum Pythum fuisse, facile iudices.
Positi etiam sunt decursu victores pueri,
Menepolemus ex Apollonia, qua in Io
nio est, & Corcyraeus Philon. Ad hos
Hieronymus Andrius, à quo deiectus est
Olympico quinquertio nobilis Tisame
nus: Is nempe, quo postea in Platæensi

præ

LIBER. VI.

51

prælio contra Mardonium Persarū ducē au
gure Græcivisi sunt. Proximus Hieronymo
est puer palæstrita, & ipse Andrius, Procles
Lycastidæ filius: Illum Stomius, hunc So
mis factores fecerit. Aeschini Eleo duæ
quinquertij palmae eueneret, & totidē ere
ctæ fuerunt statuæ. Archippo Mityli
nao, qui viros cæstibus vicit, ad nominis
celebritatem tribuunt & alias ciues sui vi
ctorias: Coronas enim tradunt eū Olympi
cas, Pythicas, & Isthmicas cepisse, cum
annum nondum excessisset vicesimum,
Zenonem autem Calliteles filium, è Le
preo Tryphylia victorem è puerorum sta
dio, Pyrilampes Messenius finxit. Nam
Clinomachum Eleum, quinquertij victoria
nobilitatum, quis fecerit plane igno
ro. Pantarcen quidem Eleum, ab Achæis
dedicatum ipsa testatur inscriptio: Quod
scilicet pacis inter Achæos, & Eleos se
quester fuisset, quodque inter eos, vt capri
ui permutarentur curasset. Quare cum
desultorio equo in Olympia vicesisset, hoc
ei Achæi monumentum posuerunt. Eleum
Olidan dedicauit Aetolorum natio. At
Charinus Eleus de repetito cursu, deque
armatorum ludicro victoriae monumen
tum habet. Prope ipsum Ageles Chius,
victis pugilatu pueris Theomnesti Sardia

dd 2.

52 P A V S . E L Y A . P O S T E R . S I V E
 ni opus . Clitomachi Thebani effigiem
 statuit Hermocrates Clitomachi pater
 eius maximè illustria opera hæc fuerunt.
 Ad Isthmum viros palæstritas perculit, eo
 démque die de pugilatu palmam tulit, &
 eos qui in pancratium descenderant lu-
 stando vicit. de pancratio Pythicæ eius pal-
 mæ fuere numero tres. In Olympia se-
 cundus hic Clitomachus Thasio Theage-
 ni de pancratio, & pugilatu victor renun-
 tiatus est. Et pancratij quidem palmam
 centesima & quadragesima Olympiade est
 adeptus : Nam ea quæ consecuta est pan-
 cratio, & cæstibus depugnauit. Prodiit
 eodem die Eleus Caper, palæstram & pan-
 cratium professus (delata verò iam Capro
 de palæstra palma) docuit Clitomachus
 ludorum præfertos ius esse pancratium
 committi integris corporibus, priusquam
 vulnus ullū ex pugilatu acciperetur : Quo
 facto in pancratio quidem Capro succu-
 buit : Contra pugiles verò, summa animi
 præsentia, & corpore usus est firmissimo.
 Erythræi ex Ionia Epithersen Metrodo-
 ri filium bis Olympiæ, toties in Pythicis,
 Isthmici, & Nemeis de cæstibus victorem
 declaratum dedicarunt. At Syracusani
 duas Hieroni publicè, vnam eidem ipsius
 filij statuam posuere. Paulò quidem su-
 perius

perius ostendit, & hunc Hieronem idem
 cum superiore nomen habuisse, & Syra-
 culis itidem dominatum. Posuerunt etiam
 Palenses, quarta Cephaleniorum tribus,
 Timoptolin Eleum Lampidis filium : pri-
 sco certe nomine Palenses Dulichij sunt
 appellati. Et suus ibidem honos est ha-
 bitus Archidamo Agesilai filio, Iuxta quæ
 est vir nescio quis venatoris in modum or-
 natus. Demetrium certe, qui contra Seleuc-
 um bello suscepto, in pugna captus est,
 eiisque filium Antigonum norit, qui ani-
 maduertat Byzantiorum dedicationes
 esse, Spartano quidem Eutelidæ, octaua
 & tricesima Olympiade de puerili palæ-
 stra vna, de quinquertio palma altera dela-
 ta est. Tunc enim luctatorum prius, ac
 deinde quinquerionum ludicrum com-
 mittebatur. Eutelidæ effigies peruetu-
 sta est, quæque in basi incisæ literæ, sunt
 ipsa iam vetustate penè abolitæ. Post
 Eutelidan est Areus Lacedæmoniorum
 rex : Eique proximus Eleus Gorgus, cui
 ad meam usque ætatem vni Olympicæ
 palmæ de quinquertio quatuor, de repeti-
 to cursu, & grauis armatura singulæ de-
 creta. Virum illum, cui adsistunt pue-
 ri, Ptolemaeum esse aiunt Lagi filium.
 Proximo loco statuæ duæ Capri Pythago-

ta filij, qui palæstræ, pancratioque eodem die palmancepit: & ei quidem primo omnium binæ de illis certaminibus palmae eodem die euenerat. Et in pancratio sanè quem habuerit aduersarium superius exposui: In palestra verò Eleum Pænium strauit, qui superiore Olympiade vñctor de eadem palæstra renunciatus fuerat, idēmque Pythicis ludis pueros in pugilatu vicerat, rursusque in virorum certamine eodem die cæstuum, palæstræque coronam acceperat. Capro igitur hancqnaquam patuo negotio, aut labore leui suæ obtigere victoriæ. Sunt etiam Olympiae Anauchidæ, & Pherenici statuae: Elei fuere, & in puerorum lucta victoriam sunt adepri. Plitœnum Eurydami filium, Aetolorum contra Gallos ducem Thespientes dedicarunt. Eleus verò Tydeus Antigonum Demetrij patrem, & Seleucum posuit. Seleuci cum ob alias res gestas, tum præcipue ob captiuum bello Demetrium illustre fuit apud omnes gentes nōmen. Timoni de quinquertio ludis Græciæ omnibus delatae sunt palmae: Isthmicis tamen exceptis, quibus ei, sicuti cæteris Eleis, interdictum fuit. Indicant tituli cum alias eius laudes, tum verò Aetolis illam stipendia fecisse

fecisse aduersum Thessalos; præsidioque, amicitia Aetolorum ductum, Naupacti præfuisse. Non longe à Timonis statua, veteris Græciæ, & Elidis signa sunt. Et Græcia quidem Antigonum Demetrio tutorem à Philippo patre datum, vna Philippum ipsum altera manu coronat. At Elis Demetrio, qui Seleuco, & Ptolomæo Lagis filio bellum intulit, coronam impoñit. Aristidi autem Eleo Olympicam palmarum de cursu grauis armaturæ, & de iterato curriculo Pythicam decretam inscriptio indicat. E Nemeis etiam victorem reddit de equestri puerorum curriculo: Est id spaciū duo iterata curricula. Hunc cur rendi morem Nemiacis, & Isthmicis ludis intermissum, Argiuis restituit Adrianus imperator, eumque hybernis Nemeorum ludis celebrari iussit. Proximè ad Aristiden Menalces Eleus Olympici quinquertij vñctor extat, & Philonides Zoti filius. Patriæ is quidem è Cretensi Chersoneso, Alexandro verò Philippi filio, ex eo cursorum genere, qui, quod die vi no ingens emierintur spatium sunt Hemerodromi, id est Diarij cursores, appellati. Post Philonidam Brimias Eleus, & Leonidas è Naxo Aegei maris insula à Psophidiis Arcadum gente dedicati.

Asamonis deinde statua, qui viros pugilatu vicit. Tum Nicaudri, qui de repetito cursu Olympicas duas, è Nemeis alternas de cursu & repetito cursu sex palmas abstulit. Fuere Asamon, & Nicander Elei. Huius Daippus, illius Pyrilampes Messenius effigiem fecere. Proximi sunt Eualcias Eleus, & Seleadas Lacedæmonius, quorum ille cæstuum pueros, Seleadas luctæ certamine viros vicit. Ibidem currus positus est non magnus Polygnus Polypithis Laconis. Et super eadem pila Calliteles Polypithis pater palæstra clarus. Lucta hq equis filius coronam promeritus. Ordinarios verò, & priuatos homines Eleos, Lam pum Arnisci, & Aristarchum vel hospitiij vel aliorum causa meritorum Psophidij posuerunt. Medio stat inter eos loco Lysippus Eleus, vicitis, qui in luctæ certamen descenderant, pueris. Andreas Arginus Lysippi statuam finxit. Dinosthenes Lacedæmonius è stadio viris deuictis palmarum tulit, sibi que in Altis pilam, & statuam posuit. Ab ea quidem pila, via, qua ex Olympia Lacedæmonem iter est, ad pilam alteram, quæ Lacedæmone erecta est, stadia intersunt DC LX. Theodorum qui Pyttalo superato in quinquertio victoriam est adeptus, & Pyttalum ipsum Lampidis filium

filium, qui cæstibus pueros vicit: Nelaidan præterea, qui de stadio, & armatorum cursu coronam cepit, neminem fugiat Eleos fuisse. De Pyttalo amplius hoc tradi-
tum est, quod fuerit Arcadibus, & Eleis de agrorum finibus disceptantibus, arbiter dat us. Est eius statua Olynthijs Sthenidis opus. Succedit Ptolemaus in equum ascen-
dens: Prope eum Eleus Athleta, Paanius Demetrij filius, de lucta Olympiae ynam, de Pythicis duas abstulit palmas. Cleare-
stus deinde Eleus, qui de quinquertio corona donatus est. Spectatur & Atheniensis viri Glauconis Etheoclis filij currus: Re-
nuntiatus vicitur est de curuli certamine integra ætate equorum. Quæ adhuc com-
memorata sunt, qui in Altis introierint, maximè insignia spectare possint. A Leonida verò monimento rursus ad aram ma-
ximam accendentibus digna quæ literis mandentur hæc sunt. Primi ante oculos sunt Damocrates Tenedius, & Crianus Eleus, hic de cursu armatorū, ille de viro-
rum lucta præmia tulere: Et Damocratis Milesius Dionysicles, Crianj Lysus Ma-
cedonius statuas fecere. At iis, qui loco sunt proximi, Herodoto Clazomenio, &
Philino Coo Hegepolidis filio, sua v-
trique patria statuæ honorem habuit. Cla

¶ 8 P A V S . E L I A . P O S T E R . S I V E
 zomenij Herodoto, quod primus ex ea ci-
 uitate Olympicorum Judoram victor est
 declaratus, vicit in stadio pueris. Philino
 Coi, quod illustri admodum fuit gloria:
 De cursu enim Olympicas quinque, Py-
 thicas quatuor, Nemeorum totidem, ab
 Isthmo unam amplius quam decem pal-
 mas abstulit. Jam vero Ptolemaeus Ptole-
 maei filius, Lagi nepos, Aristolai Macedo-
 nis donum fuit. Eo ipso in loco & pugil-
 positus est Butas Milesius Polynicis fi-
 lius, Callicrates etiam e Magnesia ad Le-
 chrum, vicit bis in armatorum cursu: Im-
 ago haec Lysippi opus est. Spectantur dein-
 de Emantion de puerili stadio, & Alexi-
 bius de quinquerrio victores: Fuit huic pa-
 tria Hera Arcadum oppidum: Imaginem
 Aestor elaborauit: Emantionis effigiem
 quisquam fecerit non indicat inscriptio, ex
 Arcadia tantum fuisse illum plantum facit.
 Colophonij exin Hermesianax Agonei si-
 lius, & Icasius Lycini ex Hermesianactis
 filia, pueros utique in palestræ certami-
 ne superarunt: Et Hermesianacti quidem
 publicè Colophonij statuam posuere. His
 proximi Athletæ duo Elei, à quibus
 pueri in pugilatu vici: Sthenis, Olynthijs
 Charilis opus: Dætona Sicyonij Theo-
 timus. Hic cum patre Moschione Alexan-
 dro

dro contra Darium, & Persas bellanti si-
 pendia fecit: Iam duo item ex Eliide: Archi-
 damus quadrigis, & Theogoni filius Epe-
 rastus graui armatura victor. Posteriorem
 hunc vatem etiam fuisse e Clytidarum
 familia extrema indicat inscriptionis
 clausula.

*Fatidico cretus Clytidarum e sanguine, rates
 Atque idem soboles dia Melampodidum.*

Melampus enim Amythaonem vatem
 patrem habuit: Filium ipse Ioclen gebuit:
 Ioclis nascitur satu Amphiaraus. Cuius
 Alcmæon fuit qui Clytium suscepit e Phœ-
 gei filia. Hic Elio migravit ab auunculis
 secedens, quod eos cædem sciebat Alc-
 mæoni machinatos. Statuas deinceps non
 valde illustribus videoas permistas donis:
 Alexinicum Elei Sicyonij Canthari opus:
 tulit hic de puerili palestra palmam. Tum
 Leontinum Gorgiam, quem dedicati tradi-
 dunt ab Eumolpo Deicratis pronepote,
 cum quo soror fuerat Gorgiae. Natus est
 Gorias patre Carmantide. Et primus ne-
 glectam adhuc dicendi ex arte rationem
 excitasse dicitur, & ab hominum obliuio-
 ne vindicasse. Dedit magnum eloquentiæ
 specimē Gorias, & in quinquenali Olm-
 pix celebritate, & in ea legatione, qua fun-
 dus est Tisiæ collega apud Athenienses.

Nam

Nam & Tisias orationis facultate omnes antecelluit sui temporis oratores: Cui rei fuit perspicuum argumentum oratio ea subtilis hercule & peracuta quam in lite Syracusanæ mulieris habuit: Sed enim multo fuit apud Athenienses clarior Gorgias. Et hunc sanè Iason, qui in Thessalia tyrannide potitus est, pluris multo fecit, quam Polycratem, qui nulli fuit in Atheniensium scholis eloquentiæ laude inferior. Vixisse autem Gorgiam annos ferunt haud minus quinque amplius quam centum. Leontinorum certe vrbs olim deleta à Syracusanis, ætate mea restituta est. Spectatur eo in loco & Cratisthenis Cyrenæi currus æreus, in quem ascendit Victoria, tum ipse etiam Cratisthenes, ex quo facile coniicias, equis illum viciisse: Dicitur verò Mnasci Cursoris, quem cognomento Libyn Græci appellarunt, filium fuisse. Huius Olympici doni Pythagoras Rheginus opifex fuit. Reperi eodem etiam in loco Anaximenes effigiem: Is & priscas Græcorum, & Philippi, atque Alexandri res gestas diligenter præscripsit.

Hunc ei honorem Lampsacenorum ciuitas habuit, meriti in se gratiam referens. Eam enim ab exitio ciuitatem calliditate sua vindicauit. Erat Alexander Philippi

Illi filius implacabili plerunque ingenio & ad iram proclivior: Hunc Anaximenes irascentem vehementius Lampsacenis, & extrema omnia comminantem, quod ad Persarum regem, vel iam defecissent, vel deficere cogitarent, huiusmodi leniuit do-lo. Cum illi de liberis, aris, atque focis, & vniuersa planè patria solliciti, hominem etiam ante tum Alexandro, tum Philippo probe cognitum, deprecatum misissent & Alexander cognita aduentus causa verbis conceptis iurasset, Græcorum Deos te-status, facturum se omnia contra quam ille rogasset, hac eum est Anaximenes oratione adortus: Hoc à te rex precibus con-tendo, vt Lampsacenorum coniuges, & liberos in seruitutem redigas, vrbum to-tam excindas, & Deorum templa exuras: His Alexander ambagibus circumuentus, cum se iuratum meminisset, contraria iis qua precaretur Anaximenes omnia se fa-eturum, Lampsacenis inuitus pepercit. Idem etiam Anaximenes inimicum suum non minus vafre, quam inuidiosè vltus dicitur. Nam qui ingenio sophista esset, cum sophistarum orationem aptissime imitaretur, suscepta cum Theopompo Damastriati filio simultate, historiam conscripsit maledictorum in Athenienses,

62 PAVS. ELIA. POSTER. SIVE
Lacedæmonios, & Thebanos plenissimam: Ad vnguem verò cum Theopompi stylum expressisset, supposito eius nomine, per Graciæ ciuitates librum diuulgandum curauit: Quæ res Theopompo magnam apud omnes planè Græcos iuvidiam concitauit. Ante Anaximenem quidem nemo subita oratione conatus est dicere. Iam qui in Alexandrum scripti versus eius nomine circumferuntur, mea quidem sententia falso Anaximeni attribuuntur. Sotades longioris curriculi viator Olympiade nona supra nonagesimam, Cretensis, ut fuit, renuntiatus est: Ea verò quæ consecuta est Olympiade, accepta publicè ab Ephesij pecunia, Ephesium se prodi maluit, quo crimine ei exiliij pena est à Cretensisibus inflicta. Primi Athletarum omnium Olympiæ statuas dedicauit suas, Praxidamas Aegineta, qui cæstibus vicit Olympiade vnde sexaginta, & qui l. x. i. pancratistas perculit Rhexibius Opuntius: Positæ sunt ante Oenomai columnam, lignea utraque est: Sed Rhexibij è fico, è cypresso Praxidamantis, & multo sanè minus elaborata. Est in Altij crepido topacea, ad eam Iunonis templi partem, quæ ad Aquilonem spectat: Nam quæ ad Austros conuersa est, ad Saturni ædem pertinet;

Super

LIBER VI. 63

Super ea crepidine thesauri locati sunt, quales Græci Delphico Apollini fecerunt. Sunt autem donariorum cellæ, Vnum quiete deorum, qui Olympiæ sunt, Sicyoniorum appellatur: Dedicauit Myron Sicyoniorum tyrannus, parta curali victoria, Olympiade tercia & xx. Thalamos duos iustus fecit, Dorico alterum, alterum opere Ionicæ: Vtrunque ex ære fabricatos ipse conspexi. Neque verò è Tartessiaco sint çres, necne quod Elei affirmant satis competrum habeo. Tartessum certe flumen Hispaniæ esse tradunt, hostiis duobus in mare descendente, amni cognominem urbem inter vtrunque alueum sicam: Omnia verò Hispaniæ fluminum maximum, & præ altis vorticofum gurgitibus, Baetin huius etatis homines nominant. Sunt & qui prisco nomine Tartessum Carpian vociratum dicant. Quod ad thalamos attinet, pondus indicat minoris inscriptio talentum quingentorum, dedicatum publicè à Sicyoniis, opificem fuisse Myronem. In thesauro dilci collocati sunt tres: quos ad quinquertij ludicum promunt. Est etiam ibidem scutum ærea Iamia constructum varia interius exornatum pictura: Galea præterea, & ocreæ. Testatur armorum inscriptio Ioui manubias à Myoni

Myonibus dedicatas. Qui populi sint hi,
variat hominum coniectura. Mihī certe in
memoriam rediit Thucydidē inter Lo-
cros, qui Phocidi finitimi sunt, & alias e-
numerare ciuitates, & Myonenses. Quare
qui in scuto nominantur Myones, mea
quidem sententia non alij sunt, quām Lo-
crensum continentis terræ incolæ Myo-
nenses. Literæ inscriptionis illius ipsa ve-
ritate iam exesæ, ac iam prope abolitæ
sunt. Et alia quæ recenseantur digna eodē
posita sunt loco. Pelopis ensis capulo au-
reо, & ebore elaboratum, cornu Amal-
theæ, Miltiadae Cimonis filij donum, qui
primus ex ea domo in Thraciæ Cherrho-
neso imperium obtinuit: Est in cornu in-
cisa priscis Atticis literis inscriptio.

*De Ioui Olympiaco posuit donum Chero-
nesus*

Miltiadis ductu cum mænia cepit Arati.

Simulachrum etiam Apollinis capite
inaurato eodem in loco positum est: De-
dicatum à Locris memorant, qui sunt ad
Zephyrium promontorium, opificem
fuisse Patroclen Crotoniaten Cratylli fi-
lium. Prope Sicyonium, thesaurus est
Carthaginensium. Pothæi, Antiphili, &
Megaclis opus. In eo dona sunt Iupiter
ingenti magnitudine, & linteæ lorice tres

Gelon

Gelonis, & Syracusanorum victis classe,
sive pedestri pugna Pœnis. Tertius deinde,
& quartus thesaurus donum est Epi-
damniorum: In eo Atlas cœlum sustinet,
Hercules ad Hesperidas venit, de Hespé-
ridum arboribus malum draco spiris in-
uoluit: Ecedro sunt omnia, Theoclis Ety-
li filij opus. Autonomum certe filio feci-
se aiunt eas, quæ in polo incisæ sunt, litera-
ras. Hesperides ipsæ cum inde fuissent ab
Eleis amotæ, in Iunonis mea ætate sunt.
Thesaurum Epidamniis Pyrrhus, & La-
crates, & Hermon eius filij fecere. Aedi-
carunt & Sybaritæ thesaurum suum, qui
proximè ad Epidamniorum thesaurum
constitutus est: Et sanè qui de Italia, eiūs-
que ciuitatibus aliquid sibi inuestigadum
putarunt, Lupiam memoria prodiderunt
oppidum esse inter Brundusium, & Hy-
druntem, quod prisco nomine Sybaris fue-
rit. Portus in eo manu extat factus, Adria-
ni Cæfaris opus. Contingit Sybaritarum
thesaurum, is, quem dedicarunt Cyrenæi
Libye ciuitas: In eo sunt imagines Roma-
norum regum. Selinuntios è Sicilia expu-
lere Carthaginenses, sed ante eam cala-
mitatem thesaurum Olympio Ioui dedi-
carunt, in quo est Liber pater ore, pedi-
bus, & manibus eburnis. At in Metapon-

ee

tinorum thesauro (nam & hi suum iuxta Selinuntiorum thesaurum dedicarunt) Endymion est: Signi eius præter vestem ex chore sunt omnia. Et Metapontinis quidem quæ fuerit exitij causa competum certe non habeo. Aetate sanè mea eius urbis reliquæ tantum extant theatrum, & murorum ambitus: Reliqua ad solum eversa. Megarenses quoque, Atticæ terræ finitimi thesaurum ædificandum curarunt: In eo reposuerunt è cedro signa superinducto auro, Herculis cum Acheloo pugnam: Adiistant Iupiter, & Deianira: Mars Acheloo, Minerua (vti semper antea) Herculi adest: Sed hæc in lunonis, ad eum locum ubi Hesperides sunt, translatæ est. Circa thesauro fastigium gigantium cum dis bellum cernitur, & supra fastigij partem, scutum affixum est, cum inscriptio: Thesaurum Megarenses posuisse de Corinthiorum manubiis. Potitos eavi Cereria Megarenses coniicio, cum Phorbas summa reipu. apud Athenienses præfuerit: Et præfuit ille quidem dum vixit: Non dum enim annui erant Athenis magistratus: Quin & ab Eleis ipsis nondum xatares per Olympiadis cœptæ fuerant numerari. Fuisse dicuotur eius expeditionis participes Arguii: Thesaurum certe aliquot post

post pugnam annis Megarenses faciundum curarunt. Signa qua in eo sunt par est vetustiora fuisse, cum ea fecerit Duntas Lacedæmonius Dipœni, & Scyllidis discipulus. Postremus omnium thesavorum stadio proximus est, Gelensium donum esse, & thesavorum, & signa indicat inscriptio. A signis ramen adhuc vacuus est. Saturnius mons crepidini, cui sunt impositi thesauri, imminet. In vertice rem diuinam Saturno faciunt qui Basilæ appellantur, verno & quinoctio mense, qui ab Eleis Elaphius dicitur. Ad montis radices Se- prentzionem versus, medio inter montem, & thesauros spatio, Lucinæ fanum est. In eo Sosipolis patrius Eleorum geniū certis celebratur honoribus. Ipsam certe Lucinam Olympiam nuncupant, quæque ei sacra faciat annuam sacerdotem diligunt. At aliæ ea quæ Sosipolia placat, Eleorum ritu operatur: Piamina infert, & apponit Deo nische subactas offas. In antica sanè templi parte est Lucinæ ara, & ad eam duplex hominibus aditus. Foris Sosipolis colitur. Neque ad eum aditus patet cuiquam, præterquam vni illi sacrificula, quæ capite, & facie candido textili velata, ad numinis simulachrum accedit. In Lucinæ virgines, & nuptæ remanentes

hymnum Sofipolidi decantant, odores quoduis genus adolescent, vino libandi ritum his sacris alienum ducunt, iusurandum certe ad Sofipolidis aram magna religione concipiunt. De eo hæc sunt memoriae prodita. Cum in Eleorum fines hostiliter Arcades inuasissent, contraque eos aciem Elei direxissent, mulierem aiunt in fanti pueru mammam præbētem ad Eleorum duces venisse, sèque cum puerum eum peperisse diceret, addidisse monitam per somnium, ut eum pugnæ socium Eleis adiungeret. Ibi eos, qui summæ rei præerat, (quod mulieris verbis fidem habendam censuissent) puerum nudum ante signa collocandum curasse. Impressione ab Arcadibus facta, puerum in eorum conspectu in anguem mutatum. Eo prodigio hostes exterritos, in fugam se protinus dedisse: acri ter Eleos institisse. Parta verò insigni Victoria, à seruata ciuitate nomen Sofipolidi inditum: Quoque loco in cauernam visus fuerat se anguis abdidisse, confecto prælio fanum erectum. Idcirco verò honores Lucinæ decretos, quod ab ea in lucem puerum illum sibi editum interpretati sunt. Cæsis in pugna Arcadibus, sepulchrū extrectum est in ulteriore Cladei amnis ripa, quæ ad Occidentem spectat. Proximè ad

ad Lucinæ, ybi Veneris cœlestis cognomento templum fuit, rudera monstrant. Sacra certe & nunc fiunt ad Aras, quæ reliquæ sunt. Intra Altin, in ea, qua pompa transmittuntur, semita, quæ est, quod Hippodamium appellant: Area iugeri spatio maceria circumsepta: Patet huc fæminis aditus statu quo tānis die: Faciunt hæ Hippodamiæ rem diuinam, & aliis eam honoribus prosequuntur. Hippodamiam tradunt Midean, quod in Argiuorum agro oppidum est, cum Pelops ob Chrysippi cædem ab ea in primis pœnas expeteret, cōfugisse: Ipsum postea Pelopem eius ossa ex oraculo in Olympiam reportanda curasse. Eo loco, quo postrema sunt signa, ex eo signorum numero, quæ de multatatio Athletarum ære dedicata sunt, Porticus est, quam Occultam nominant: Per eam & ludorum præfectis, & Athletis ad stadium accessus est. Ipsum certe stadium terræ agebat est, & in eo ludis prælectorum sessio extrecta. E regione sessionis illius aræ eminet è candido lapide: In ea sedens ludos mulier spectat sacerdos Cereris cognomento Chanynes. Huic & alij ab Eleis honores habentur. Neque verò virginibus interdictum ludicra spectare. In extremo stadio, ybi sunt cursorum carceres,

Endymionis Elei sepulchrum monstrant. Si pra ea stadij partem, in qua ludis praefecti confident, destinatus est equi: iis campis. Et ibi sui sunt equorum carceres. Formam illi eandem prope præ se ferunt, quā nauis prora obuerso in curriculum rostro. Qua parte autem cum porticu, cui nomen Agnampo, quod est quasi Flexu carentem dicas, prora ipsa iungitur, ibi utrinque dilatatur. In regula summa rostri, Delphinius æneus prominet: A rostro hinc à dextera, illinc à leua, excurrit pedum quadrigenum spatum: In eo pari magnitudine cellule: Eas inter se sortiuntur, qui vel e quos priuos, vel currus in certamen producant. Intenditur verò à fronte funis pro repagulis: Ara ad medium ferè proræ partem è crudo laterculo erecta est: Hanc teftorio recenti singulis oblinunt ludorum conuentibus. Super ara ænea aquila latè passis alis extat. Ea, cum machinulâ quandom is commouerit, cui id negotij datum est, statim se in spectatorum conspectum quā subuolatura attollit: Cum interea ad imam soli aream alia machina delphinus demittitur. Prima omnium ea submittuntur repagula, quæ utrinque, iuxta quam paulo ante nominauimus porticum, intenta fuerant: Tum qui ea in par-

te sustinebantur equi, statim se in pedes dant: Ij cum ad alterum equorum ordinem accesserint, eodem modo & illis remittuntur repagula. Idem fit omni ex cursorum parte, usque dum ad ipsum prore rostrum exæqua fuerit cursus conditio. Ibi, equis in liberiorem se iam campum effundentibus, & aurigarum se ostentat solertia, & quadrupedum pernitas. Primus qui eam excogitauit carcerum formam. Cleetas fuit, cui tanta est huius operis causa laus tributa, ut hi fuerint vetus ad eius, quæ Athenis est, statuam adscripti.

*Carcere ab Eleo docuit qui mittere currus
Mi author Cleetas natus Aristocleo.*

Post Cleetan Aristiden memorant aliud machinæ genus excogitasse. Alterum cursorum latus aliquanto longius excurrit: In eo ad ipsum aggeris exitum ara est figura rotunda: Ad eam Deus colitur, quem Taraxippum ab incutiendo equis paore nuncupant: Solent enim inieicto terrore, circa aram hanc equi tam vehementer consternari, ut incertum unde coorta trepidatione, sæpe illisis curribus affligantur aurigæ: Quo igitur æquo, & propicio utantur Taraxippo, ad eam aram aurigæ vota nuncupant. Variat de Taraxippo Græco-

rum sententia: Sunt qui indigenæ hominum sepulchrum illud esse dicant, præstans equos regendi scientia, Olenium nomen produnt, à quo sit in Eleorum finibus Olenium saxum appellatum. Alij Damoneonem fuisse, qui in Augean expeditio-
nis Herculi socius, à Cretato Actoris filij vna cum equo, quo vehebatur, sit interfe-
ctus: Ab Eleis eo in loco, & ipsi, & equo inanis habitum sepulchri honorem. Non desunt qui hoc inane monumentum heroi cum illud ipsum esse autument, quod Myrtylo Pelops posuerit, cum à se perempto parentaret, quo eius iram placaret: Taraxippum verò vocasse, quod Myrtyli dolo Oenomai equæ consternatae fuerint. Ple-
rique etiam Oenomaum illum esse dicti-
tant, qui in curuli certamine equos, & au-
rigas illo exagitet pauore. Audiui etiam qui Porthaonis filium Alcathoum esse di-
cerent, qui cum inter procos Hippodamię ab Oenomao fuisse occisus, & eo ipso in loco humatus, iniuriæ suæ, quam in ipso curriculo passus esset, atrox, & infestus vindex ob equitantibus exoriatur. At Ae-
gyptius quidam Pelopen aiebat acceptum nescio quid ab Amphionē eo in loco de-
fodisse, cuius arcana vi conterriti fuissent Oenomai equi: Et omnes deinde equi eo-
dem

dem afficerentur modo. Et censembat ille quidem Amphionem, & Orpheum (& si Trax diceretur) Aegyptios fuisse, propterea verò alteri feras alicere, alteri verò faxa ad muros extruendos mouere attributum, quod vterque magorum scientia excellerent. Mea verò sententia, eorum est maximè probabilis oratio, qui Taraxippum cognomen esse dicunt Neptuni equestris. Est etiam in Isthmo Taraxippus, qui Glaucus fuit Sisyphi filius, ab equabus disceptus ludis funebribus, quos patri suo fecit Acastus. In Argiorum Nemea nullus omnino est Herois genius, qui equis pauorem immittat: Saxum tantum eminet in ipso curriculi flexu, colore ru-
tilo, cuius fulgore concitantur equi haud aliter multo, quam si immixtis ignibus iniecta esset trepidatio. Sed qui ab Olympico existit Taraxippo, longè est acerri-
mus terror. Ad metarum vnam ænea Hip-
podamia statua est, tñiam præ se fe-
rens, iam prope victori Pelopi coronam impositura. Altera Hippodromi pars non agger, sed collis est minimè arduus, ad cuius extreum finem ædes condita est Ce-
teri cognomento Chanyne: Fuit autem quidam priscum esse nomen: Ibi enim cum Plutonis currum reciparet, terram disces-

74 PAVSAN. ELI. POSTE. SIVE
fuisse, & ad se statim redisse. Alij verò Chanynū Pisæum hominē memorant, à Pantaleonte Omphalionis filio, qui Pisæ tyranidei occuparat, quod acrius illi aduersaretur, & ad defectionem Eleos impelleret, interemptum: De Chanyni verò pecunia templum Cereri ædificatum. Pro veteribus signa reposuit deæ ipsius, & filiæ è pentelico lapide Hèrodes Atticus in gymnasio, quod Olympiæ est, in quo certamina meditantur sua quinquaginta. & cursores: Crepido sub diuino lapidea eminet, in qua fuit olim erectæ trophæum de victis Arcadiis. Ad Ieuam aditus eius gymnasij minor est ambitus, in quo Athletarum palestræ. Porticum eam gymnasij, quæ ortum Solis prospectat, attingunt Athletarum diuersoria in Africum, & Occasum cōuersa. In ulteriore Cladei amnis parte sepulchrum extat Oenomai, terræ tumulus lapide circunseptus: supra tumulum ruinæ se ostendunt tectorum, quæ equorum Oenomai stabula putant fuisse. Fines regionis Arcadiam versus in præsentia ad Eleos, iam tum ab initio ad Pisæos pertinuerunt. Extant verò & illi hoc etiam tempore. Trans Erymanthum fluuium ad Sauri iugum (sic enim locus ille appellatur) Sauri ipsius sepulchrum est, &

Her

Herculis ruinosum temporibus nostris templum. Infestum fuisse viatoribus, & accolis Saurum ferunt, ab Hercule verò interfictum, loco nomé dedisse. Fluuius à Meridie in Alpheum influens, contra Erymanthum montem Pisæum agrum ab Arcadicō diuidit. Nomen amni Diagon. A Sauri tumulo stadia ferme xii. progressis, Aesculapij ædes est: Cognomen Deo Demænetus à conditore. Extant templi duntaxat ruinæ: Erectum fuerat in edito supra Alpheum loco. Ab hoc templo modico distat interruillo Liberi patris, Leucanitæ cognomento, ædes: Præterlabitur amnis Leucyanas, & ipse etiam in Alpheū illabens. Descendit hic à Pholoë monte. Hinc qui Alpheum transferint, Pisæorum fines ingrediantur: Intra eos primum se vertex montis ostendit præacuto fastigio: In eo Phrixæ verbis ruinæ cernuntur, & Mineruæ ædes cognomento Cydoniæ. Hæc ad aræ formâ ætate mea redacta est: Dedicasse templū tradunt Clymenum de posteris vnum Idæi Herculis: Venisse verò eum è Cydonia Cretæ regione, & ab Iardane amne: Pelopē etiā Elei dicunt, priusquā in curule certamen cum Oenomao descederet, Cydoniæ Mineruæ rem diuinâ fecisse. Qui processerint paulò longius, ad Parthen

76 PAVS. ELIA. POSTER. SIVE
theniae fluuium veniant, in cuius ripa se-
pulchrum extat Marmacis equorum. Huc
Marmacem procorum omnium primum
ad petendam Hippodamiam venisse aiut,
atque adeo primum omnium ab Oeno-
mao interfectum: Eius verò equas, qua-
rum alteri Partheniae, alteri verò Eriphæ
nomē fuerit, ad Marmacis tumulum Oe-
nomai iussu mactatas, & ibidem humatas:
A Parthenia itaque equarum alteram flu-
uium nomen accepisse. Est in eadem regio-
ne Harpinnatis fluuius prope Harpinnam
vibem: eam vibem cōdidiſſe Oenomaum
narrant, & de matri Harpinnæ nomine
appellasse. Hinc paruo interiecto spacio
præcelsus terra agger est, & in eo Hippo-
damiae procorum tumulus. Neque verò il-
los Oenomaus insigni honestabat sepultu-
ra, sed satis habebat, si eorum cadauera hu-
mi defodienda proximis tumulis curasset.
At Pelops commune omnibus monumen-
tum operis magnificentia spectandum ere-
xit: Cum vt ipsis eum procis honorem ha-
beret, tum vt Hippodamiae ipsius nomen
illustrius celebraretur. Mea verò senten-
tia non alia magis de causa, quām vt argu-
mento esset opus illud, quot, & qualium
virorum cæde exultatēm Oenomaum ipse
perculisset. Occubuerunt autem sicuti iis

carm

ZIBER VL 77
carmenibus proditū est, quæ magnæ sunt
Eoēæ appellatae, ab Oenomao occisi. Post
Marmacem, primus Alcathous Parthaonis
filius: Euryalus deinde, Eurymachus, &
Crotalus: Horum ego trium parentes, &
eorum vniuersiūque patriam compertam
omnino non habeo. Sed qui post hos occi-
sus est. Acriam, facile coniici posset Lace-
dæmonium fuisse, Acriarum conditorem.
Ad hos interfectos ab Oenomao recēsent
Capetum, Lycurgum, Lasiū, Chalcedon-
tem, & Tricolonum: Postremum hunc ne-
potem, & cognominem Arcades numerat
Tricoloni Lycaonis filij. Cōtigit post Tri-
colonum in cursu mortem oppetere Ari-
stomachum, Priantem, Pelagontem, Aeoli-
um, & Cronum. Sunt qui recēsent etiā
Erythrum Leuconis filium, Athamantis
nepotem, à quo Bœotorū oppidulum Ery-
thræ appellatae fuerint, & Eiones Magne-
tes Aeoli. His omnibus cōmune erexit
fuit monumentum, ad quod parentasse Pe-
lopem tradunt, quām diu Pisæorum impe-
rium tenuit. Hinc stadium fermè vnum
progressis, reliquæ templi sunt Dianæ,
cognomento Cordaces: Quod Pelopis co-
mites aiunt cum deæ huic pro victoria vo-
tos ludos facerent patriam saltationem
Cordacem, ad Sipylum celebrari solitam,

vñsc

vsurpasse. Ab eo templo non longe ædes est non vtrique magna, in qua Arca, & in ea Pelopis osla conseruantur. Murorum nullæ extant amplius reliquiæ. Sed vndique vitibus confitus locus est, ybi olim Pisa incolebatur. Eius vrbis conditorem nominant Pisum Perieris filium Aeoli nepotem. Ipsū quidem Pisai vehementer irritatis Eleis, dum sibi Olympicorum ludoru[m] condendi autoritatem cupidius vindicare student, exitium struxerūt. Olympiade enim octaua Elei Phidonem Argiuum impotens tyrannum, & cunctæ Græciae inuidia laborantem, aduocarunt, eiusque maximè præsidio subnisi, ludos cōmiserunt. Quarata deinde & tricesima Olympiade Pisai comparatis vndique finitimorum cōpiis, regem suum secuti Pantaleōtem Omphalionis filium, submotis Eleis, Olympicis ipsi ludis præsuerunt. Has omnes Olympiadas, & præterea quartā & centesimam, quam Arcades condidere Anolympiadas, ac si dicas itirras Olympiadas, vocantes Elei, in fastos suos non referunt. Octaua verò supra quadragesimam Olympiade Damophon Pantaleontis filius, in prodictionis suspicionem ad Eleorum multitudinem venit, quod cum armari in Pisaeorum fines excurrissent, re infecta precibus,

bus, & obtestationibus domum vt redirent persuasit. Cum in regnum autem sic cessisset post Damophontem fratrem, Pyrthus Pantaleontis filius, Pisai vltro arma Eleis intulerunt: Quo tempore coniuratione facta, ab Eleis defecerunt Macistij, & Scilluntij: Hi quidem è Triphylia, ex alia verò vicinitate Dyspontij: His enim cum Pisais optimè conueniebat, nempe qui vrbis suæ primordia ad Oenomai filium Dyspondeum referebant Eelum Pisaeorum, & omnium, qui cum ipsis conspirauerant populorum, internitione terminatum est. Pyli ruinæ in conspectu sunt, ab Olympia per montanā viam Elidem contendentibus. Abest à Pylo Elis stadia lxx. Hanc vrbem, sicuti multo superius commemoraui, condidit Megarenis Pylon, Clesonis filius. Excisa verò ab Hercule, ac posita ab Eleis restitura, iampridem ab inquilinis infrequens, & deferta est. Præter ipsam labitur Ladum amnis in Peneum. Ad hanc Pylon disputant Elei Homerii veſtis pertinere.

genus deduxit ab amore

Alpheo Pylium qui præterlabitur arna.

Ac mihi sanè id facile persuaserunt. Hanc enim præterfluit Alpheus, nam per Pyliorum fines, qui supra Sphaeteriam insulam

fulam sunt, certe non decurrit Alpheus,
Neque omnino ullam nouimus in Ar-
cadia terra urbem eodem hoc nomine
fuisse. Distat L. fermè stadia ab Olym-
pia Eleorum, vicus Heraclea. Adlabi-
tur Cytherus fluvius. Supra fontem, ē
quo amnis manat, Nymphaeum tem-
plum est. Sua sunt propria Nymphis no-
mina, Calliphæa, Synallaxis, Pagæa, &
Iasus. Communi quidem vocabulo Io-
nides nuncupantur. Saluberrimæ sunt
lauantibus aquæ ad Iasitudines, & cæte-
ros corporis dolores leuandos. Appel-
latas autem Nymphas putat ab Ione Gar-
getti, cum is Athenis profectus in hunc lo-
cum Coloniam deduxisset. Quod si per
campos malueris viâ tenere, stadiis c x x.
confectis. Letrinos pertenies: Centum
enim, & octoginta hinc Elidem intersunt.
Iam tum ab initio oppidum fuere Letri-
ni, quod à Leteo Pelopis filio conditum
est: Mea verò ætate domorum pauca-
rum extabant reliquæ, & Alpheiæ Dia-
næ cum simulacro ædes. Deæ ob cau-
fam huiuscmodi cognomen impositum
memorant. Alpheum, amore captum
Dianæ, postea quam ad nuptias eius con-
ciliandas nihil se aut gratia, aut precibus
profe

profectum intellexit, vim ei offerre co-
natum: Verum cum illa fugiēs, in sequen-
tem amatorem Letrinos usque ad nocturnos
choros pertraxisset (interesse enim
Nymphaeum Iusibus consueuerat) ibi
deam tibi suisque comitibus cœno os oble-
uisse: Quare cum Alpheus à Nymphis
Dianā discernere nequisset, elusum abiisse.
Ab hoc Alphei amore Alpheiam Dia-
nam Letrinæos nuncupasse. At Elei, qui-
bus cum Letrinæis peruetus est amicitia.
Elaphiææ Dianæ ceremonias accepisse af-
firmant se à Letrinæis: & Alphiææ quidem
nomine religionem primum sanctum,
sed voce corrupta temporis longinqui-
tate, dictum postea Elaphian. Acei uo-
rum tamen venatione Elaphian appellata
ego ab Eleis existimo. Traditum ta-
men ab ipsis etiam est, nutricem fuisse Dia-
næ Elaphiam indigenam mulierem, à qua
Deæ fuerit nomen inditum. A Letrinis
nihilo quam stadia sex lōgius lacus abest,
per lineam rectam stadia tria excurrens.
In Elide memorata digna sunt, gymna-
sium vetus, in quo athletas, prius quam in
Olympiam descendant, omnia facere insti-
tutum est, quæ ante certamen fieri mos, ri-
tusque maiorum postulat. Intra mace-
ff

82 PAVS. ELLA. POSTER. SIVE
riam in ambitum curruculi , platanū consti-
tæ sunt. Sepsum illud Xystus ex eo appelle-
latur, quod Hercules Amphitryonis filius
ad laborum patientiam cotidianis exerci-
tationibus se confirmans , fentes omnes,
qui pullularent eo in loco, vellere , ac era-
dere sit solitus. Aliud est ab hoc sciu-
tum curruculum , Sacrum incolæ appelle-
lant. Seorsum & illud est, in quo curso-
res , & quinquetiones certamen meditan-
tes , decurrunt. In gymnasio locus est,
quod vocant Plethrum. Area est iugeri
vnius amplitudine : In eaper æctates , &
exercitationum genera sorte ductos Athle-
tas committunt ludorum præfecti. Sunt &
Deorum in eo gymnasio aræ , Herculis
Idæi, Auxiliaris cognomento, Cupidinis,
& contrarij numinis , quem eodem Elei,
quo Athenienses nomine , Anterotem
nuocuant. Cereris etiam , & filiæ Achil-
li non ara , sed inane monimentum est, ex
oraculo dedicatum. Ad illud Eleæ matro-
næ, primis ludorum initiis, die statio, incli-
nante iam in vesperum Sole, inter ceteros,
quos Achilli habent honores, soleani ritu
pectus plangunt. Et & minor alias gym-
nasij ambitus maiore contentus, ab ipsi si-
gura quadrangulum nominant : Eo pro-
palæstra vtūt ad exercitationes athleta:

Ibid

Ibidem athletas eos committunt, qui cum
à lucta iam vacationem habeant, loris col-
cludunt mollioribus. Est eo in loco alter-
rum eorum signorum positum, quæ de So-
saadri Smyrnæi, & Polyctoris Elei multa
dedicata fuere . Est & tertius gymnasij
ambitus, nomine Malthò, à soli leuitate,
patet hic puberibus per omne ludoru tem-
pus. In eius angulo signum positum est
Herculis extans humeris tenus: Forma
etiam vnius de tæniis , quibus palæstræ
vtuntur. Cupido in ea , & Anteros carlati
sunt. Hic illi palæstra termitem de mani-
bus extorquere conatur. In utraque pri-
mi aditus parte , ad eum ambitum , quem
Malthò diximus appellari, stat effigies pu-
gilis pueri. Hunc, qui apud Eleos legibus
conseruandis præfectus est (Nomophylax
dicitur) mihi narravit , patria Alexandri-
num fuisse, ab ea scilicet Alexandria , quæ
supra Pharum insulam est, Sarapionem no-
mine. Honorem hunc ei habitum, quod in
summa annonæ caritate , ad ludos veniēs,
magnum frumenti numerum Elidem sub-
portandum curarit. Huius in Eleos meri-
ti, & acceptæ corona tempus , numeratur
Olympias decima septima supra ducento-
simam. In eodem hoc gymnasio curiam
suam habent Elei, & hoc prudeunt qui vel

subitæ, vel meditatæ orationis cuiusvis generis copiam profitentur: Lalichmum locus hic, de eius qui dedicauit nomine, vocatur. Affixa sunt circunquaque scuta, ad operis ornamentum, non ad belli usum. A gymnasio ad lauaca tendentes, via accipit, quæ Silentij dicitur, & Dianae Philomiracis, quod est ac si dicas Adolescentulorum amicæ, templum: Cognomen dea quidem sumpfit à gymnasij vicinitate: Viam vero ex eo silentij appellatum hominum sermo prodidit, quod ab Oxylo speculatores misi ad exploranda hostium consilia, mutuis in itinere cohortationibus usi, cum proprius iam ad moenia accessissent, voce compressa, subfuscando propugnatorum sermones excipientes, per hanc ipsam viam intra oppidum irrepserunt. Cognitis vero, & perspectis quæ volebat omnibus, impunè ad Aetolos redierunt. Ab hoc speculatorum silentio viam nomen accepisse affirmant. Exitus alius ad forum excurrit à gymnasio, & ad comitiū, quæ Hellanodiceonē vocat. Est id supra Achillis tumulū: Hinc ludorum præfetos, qui Hellanodicæ dicuntur, in gymnasii venire more maiorum traditū est. Et ante Solis quidē ortum cursores cōmittunt: Dimidiato vero iā die quinqueriones, & grauiora quæ vocant certa

certamina. Forum autem Eleorum, non eadem est descriptione, qua Ionum, & Ionicarum urbium fora, sed antiquiore multo. Porticus modicis interuallis exædificatae sunt semitis pluribus interfescantibus. Recentissime nomine Hippodromus forum ipsum appellatur, erudiunt enim hic maximè equos indigenæ. Quæ porticus ad Meridiem est, Doricam præ se fert descriptionem, eam trifariam columnæ diuidit: Statio ea diurna est ludis præfectorum: Multas in ea porticu Ioui aras erigunt, & in aprica fori parte multæ item aræ sunt: Remouentur autem non magno utique negotio: sunt enim tumultuario opere constructæ. Per hanc porticum ad forum accedenti, ad lauam, circa extremam porticus partem, est Hellanodicæon medio calle à foro diuisus. In eo perpetuos decem menses habitant ludorum præfeti, rotumque illud tempus in cognoscendo de legum conseruatoribus, omnique agonali iure consumunt. A porticu ea, in qua statio diurna est, ludis præfectorum, aliam porticum callis unus disiungit: Eam porticum Corcyraicam nominant, ex eo nomine indito, quod cum Corcyrenses ex Eleo agro, appulsis nauibus, prædā egissent ipsis mox Elei Corcyra populationibus

peruastata, multis partibus plura domum reportarint, quām quæ erupta fuerant. De prædē itaq; decima porticum erectā prædicat. Est operis Dorica forma, duplice sūr gente columnarum ordine: Eorum vnu ad forum, alter ad eas, quæ ultra forū sunt, partes pertinet. Mediæ porticus lacunar non columnæ, sed continens paries sustinet, cuius tam aduersa quām auersa pars inclusas habet imagines. Ad eam porticus partem, quæ ad forum conuersa est, Pyrrhonis Pistocratis filij statua cernitur. Sophistæ hominis, in omni re, atque oratione assensionem sustinentis: Est verò eiusdem sepulchrum non longe ab Eleorum mœnibus: Saxum locus appellatur, & priscus hoc nomine fuisse dicitur Eleorum vicus. Habent Elei in fori area sub diuo hæc maximè insignia opera. Aedes est Apollinis Acesij: hoc nimirum cognominis nihil diuersum ab Auerruncatoris, quod Atheniensibus numen est, significare videri possit. Alia in parte Solis & Lunæ lapidea posita sunt signa: E Luna capite cornua è Solis radij existunt. Suum habent & Gratiae templum: Simulachra ligea sunt, veste inaurata, facies, manus, & pedes è candido marmore: Earum vna rosam, talum altera, myrtum tertia præfert.

Quz

Quæ sit insignium ratio facile coniiciet, qui attenderit rosam & item myrtum Veneri sacram, quod stirps vtraque eximiam habeat pulchritudinis speciem: Gratiae vero Veneri præ ceteris dis attributæ sunt: Talus quidem adolescentiolorum, & virginum lusionem significat, quæ à natu grandioribus aliena, teneræ etati non indecora est. Insistit eidem basi Cupido. Templum ibi Silenus habet, non ut multis in locis cum Libero patre commune: Ei Ebrietas vinum è poculo porrigit. Mortales verò ortu Silenos esse, ex eo facile coniicias, quod apud Hebræos, & Pergamenos monstrantur Silenorū sepulchra. Nouam etiam quandam apud Eleos templi formam vidi. Modicæ est aedes altitudinis sine parietibus, testum è queru dolatis fulcientibus tibicinibus. Sepulchrum id esse inter omnes populares conuenit: Ecquisnam verò in eo sit conditus nō memoriāt. Quod si vera senex quidam, quem sum pericōtatus, mihi exposuit, Oxyli esse monimentum statuendum fuerit. In ipso etiani foro, sedecim sc̄minarum (tot enim sunt, & sic appellantur) domus est, quæ Iunoni peplum contexunt. Continenti cum foro traclu coniungitur antiquæ edes circunquaq; porticibus incincta,

Qz

ff 4

88 P A Y S . E L I A . P O S T E R . S I V E
tectum vetustate collapsum corruit; neque
inter ruinas reliquum ullum signum est.
Romanorum imperatoribus fuit hæc o-
lim ædes dedicata. Est autem ad posticum
eius porticus, quæ de manubiosis Corcira-
rum erecta fuit Veneris ædes: Area templo-
sa: rata, sub diu non longe abest. Quæ ibi
colitur, cœlestem Venerem vocant: Eius
erebore, & auro signum est Phidiae opus,
altero quidem pede testudinem premit.
Area ipsa maceria est circuncepta: Intra-
miceriam crepido, super qua Veneris, quæ
Popularem nominant, signum ex ære, ca-
pro insidet ex eadem fabricato materia,
Scopæ opus. Quæ vel testudinis, vel ca-
pri ratio sit, quibus hæc perscrutari curæ
est quærendum relinquo. Iam verò Suma-
ni ambitum, & ædem (vtrunque enim Elei
Sumanus dedicarunt) semel quotannis ape-
riunt, neque tunc introire cuiquam præ-
terquam sacrificulo fas est. Soli omnium
ex cognitis gentibus Elei. Ditem patrem
ob huiusmodi causam venerantur. Cum
exercitum ad Pylon, quæ in Elide est, op-
pugnandam Hercules adduxisset, opem ei-
ferente Minerua, præsto etiam sibi ad fe-
rendum auxilium Sumanum fuisse dicunt,
quod ei honores habuissent: ut qui in Her-
culem offensione animo essent. Testes ve-
rò

L I B R . VI . 89
rò citat huius rei Homeri ex Iliade versus.
Pertulit & securi volueris mala vulnera teli
Dis pater idem illum tunc, cum Ioue natus ad
alta
Tecta Pyli miserum cruciatu affixit acerbo.
Quod si belli Troiani temporibus, vt
ab Homero traditum est, auxilio Græcis
venit Neptunus, non alienum à vero vide-
ri possit ex eiusdem poëtæ sententia, Di-
tem etiam patrem Pylios ope sua adiutos
voluisse. Elei igitur Sumano de se bene me-
rito Deo, quique esset in Herculem ani-
mo infensissimo ædem erexerunt, quam
quotannis iccirco semel, (vtr mea fert opi-
nio) recludunt, quod semel ad inferos pa-
tet hominibus via. Suum est etiam apud
Eleos Fortunæ templum. In eius porticu
eximia magnitudine signum dedicarunt:
Ligneum illud quidem, sed inauratum vn-
dique præter summas tamen manus, & pedes,
hæc enim partes è marmore sunt. De-
creti etiam in modica cella, ad Fortunæ
laevam Sosipolidi honores. Hunc Deum
ad similitudinem pinxerunt imaginis cu-
iusdam, quæ fuerat, nescio cui per nocturnum
in somnis visum obuersata. Aeta-
te puerili est, chlamyde amictus varia, &
stellata, præ se gerit manu altera copiæ
cornu. In celeberrima vrbis parte signum
editum
ff 5

ex ære erectum est: iuuenis, nihilo magno
hotnino procerior, facie impubi, pedem pe-
de premens, vtraque manu hastæ innixus:
Lanca eum veste, interdum linteæ, & byf-
sina induunt. Neptunum esse autumaot,
qui cum ante in Samico Triphyliq colere-
tur, deportato Elidem signo, vel maiore
multo in honore esse cœperit. Satrapen
tamen ipsum non Neptunum vocant, ac-
cepto scilicet à fioitimiis Patrēsibus Sa-
trapæ nomine: Est verò Corybantis co-
gnomen Satrapes. Inter forum, & Dia-
nium theatrum, est vetus cum templo Li-
bero dedicatum. Deorum omnium vnum
maximè Liberum venerantur Elei, &
cum sacri sui, quam Thyan nominant, ad
eum locum qui stadia ab vrbe distat cir-
citer octo, diem obire dicitant. Nam
cum in facello Lagænas tres inanes to-
tidem sacerdotes deponant, præsentib-
us & ciuibus, & peregrinis si quos for-
tè adesse contigerit, mox verò templi fo-
res, vel sacerdotes ipsi, vel alij, quibus cu-
ræ sit huius rei periculum facere, suo
quisque obsignant annulo: Postremo ve-
rò die agnitis signis, ingressi, vini ple-
nas reperiunt lagænas. Hęc, vti à me com-
memorata sunt, ex Eleis fide spectatissi-
ma viri, & aliquot item exteri ita se habe-
re mihi

re mihi sancte deierarunt. Neque enim
res tulit vt ipse ad essem cum solenne illud
celebraretur. Ferunt etiam Andrij apud se
perfectos Liberi patris dies, vinum quo-
tannis sponte sua manare. Quod si hęc,
Græcis vt credamus, adduci possumus, ni-
hil iam prohibet quin & quæcunque Ae-
tiopes, qui supra Syenem sunt, de Solis
mensa fabulantur, vera putemus. In arce
Elidis Mineruę signum est auro & ebore
fabricatum: Phidia: aiunt opus fuisse. Ins-
tit deæ cassidi Gallus gallinaceus, quod
(opinor) hęc est avis omnium pugnacis-
fima, vel fortasse quod Mineruæ, cui co-
gnomen Ergane, sacra est. Ab elide Cy-
llenen spacium interest stadiū x x. Sita
est Cyllene contra Siciliam maritimis na-
uium appulsibus opportuno prædicta por-
tu: Nauale ea est Eleorum, ab Arcade verò
homine sumpsit nomen: Et in delectu qui
dem Græcorum eam planè prætermisit
Homerus, verum in operis progressu
non dissimulauit scire se Cyllenen opi-
dum esse.

*Polydamas, datus est à quo Cyllenus erco,
Phylide socius, magnorum duclor Fpem.*

Cyllene duo sunt deorum delubra, Ae-
sculapij vnum, Veneris alterum, Mercurij
quidem, quem egregiè incole corum finiū

venerantur, arrectum est super basi fascinum. Est enim uero Eleorum ager & cetera ferax, & byssum educat felicissime. Canabem, quidem liuum, & byssum ferunt, quæ gentes idoneum ad hæc ferenda soli colunt: sed enim quæ fila ad textrinam usurpant Seres, ea nulla è stirpe sunt. Nascitur in eorum terra vermis, quem serem Græci, ipsi longe alio appellant nomine, magnitudine est id insectum dupla maximis scarabæi, cetera araneo simillimum. Hoc Seres accurate nutriunt, cellas illis cum astiuas, tum hybernas apte fabricantes: Pedibus (habet verò octo, quot & aranea) sub arboribus textile opus facit. Annos fermè quatuor panico alitur. Quinto demum (neque enim longior contingit vita) viridem apponunt arundinem: quo paulo bestiola illa maximè delectatur, eo satur sagina rumpitur. Educunt inde è viscibus staminum volumina. Satis constat Seriam insulam sitam in rubri maris recessu. Audiui verò qui dicerent Serē amnem insulam illam facere, non aliter quam Nilus eam, cui Delta nomen, neque enim maria vlla ex parte incingi. Qui insulam hanc quique proximas Abusan, & Sacæan colunt, vno Aethiopum nomine censentur, & si non desunt qui non Actiopas, sed Scythas

thas Indis permistos esse eos dicant. Sed hæc haec tenus. Qua verò in Achaiam ex Eli de iter est, stadium circiter centum, & quin quaginta septem, via ad fluuim Larisum dicit. Et hi quidem fines aetate nostra sunt inter Achaim, & Eliacum agrum, Præcis enim temporibus utriusque gentis terminus fuit Araxus promontorium.

PAVSANIAE ACHAICA SIVE LIBER SEPTIMVS.



VAE terra inter Eleos, & Sicyonios media ad mare Orientem versus excurrit, Achαιa hoc tempore dicitur, prisco nomine Aegialus appellabatur. Et incolæ Aegialenses nominati, ab Aegialeo Sicyoniarum rege ipsi dicunt Sicionij. Alij à regionis situ, quæ Aegiali tota, hoc est litoris, formam habet. Iam verò Hellene mortuo. Xuthum reliqui Hellenis filij è Thessalia eiiciunt etenimpe crimine, quod paternam sibi solus

lus pecuniam vindicasset. Is cum Athenas confugisset, ab Erechtheo dignus est habitus, cui filiam despōderet, ē qua Achaeus, & Ion nati. Mox cam ē vita decepsisset Erechtheus, eius filii de regno dissidentibus, disceptrator Xuthus fuit: Quicunq; Cecripi natū maximo regoum adiudicasset, eū alij Erechthei filij ē finibus exegerunt. Quare cum in Aegialū migrasset, ibique se īem constitisset suam, ibidem etiam ē vita excessit. E filiis Achaeus, assumptis ex Aegialo, & Athenis auxiliis, in Thessaliā veniens paternum recepit imperium. At Ion cum bellum esset Aegialensibus, & eorum regi Selinunti illatus, per legatos ei Selianū vocām filiam Helicen despondit, sibi que eum adoptionis iure filium fecit. Quod cum Ioni ex animi sententia euenisset, & Selinunti in imperium successit, & à se conditam urbem vxoris suā de nomine Helicen nominauit: Gentem ipsam Ionas nuncupauit: Mansit tamen priscum regioni nomen, quod Homerūs in delectu Agamemnonis copiarum, versu illo testatum reliquit.

Aegialon, latāque Helicen tellure iacentem.

Ionem Aegialensibus imperantem, Athenienses belli contra Eleusinos gerendi ducem delegerunt: Qui cum diem in

Attica obisset suum, in Potamiorum curia (vbi eius extat monumentum) sepultus est. Mansit penes Ionis posteros imperium, vñque dum ab Achæis, quos & ipsos Lacedæmonij tunc, & Argis Dorientes exegerant regno spoliati, cum unigenito populo profugeruot. Quæ autem inter Ionas, & Achæos gesta sint bella mox exponam, cum docuerō quæ res effecerit, vt soli Lacedæmonij, & Argiui ante Dorientium reditū, ex omnibus Peloponnesi incolis Achæi sint appellati. Archander, & Architeles Achæi filij ē Phthiotide Argos comiigrarunt. Is Danaus filias duas nuptum dedit: Architeli Autonomen, Scæan Archandro. Et Argos quidem illos venisse argumento esse potest, quod filio Archander nomen imposuit Metanastræ, quod perinde est, ac si Profugo dixeris. Confirmato autem imperio obtinuit vñsus, vt ab Achæi liberis communī nomine Achæi tam Lacedæmonij, quam Argiui, proprio Danai soli Argiui appellarentur. Mox iidem à Dorientibus Argis, & Lacedæmonie pulsi, certis conditionibus in domicilijs partem ab Ionibus, & Tisameno Orestis filio eorum rege, sine ullo belli certamine recepti sunt. Ibi Ionum ducibus incessit suspicio, ne vterque populus iam in vñū conuenies-

regem sibi cū ob virtutes, tum ob generis claritatem Tisamenum declararent. Verum cum in ea re Achæis minimè assentientur Iones, res ad arma deduxta est, & Tisamenus quidem in prælio occubuit: Ionas verò Achæi Helicen, quo se illi è fuga receperant, persecuti, abire eos impune ex pacto conuento suerunt. Tisameni sàne cadauer, cum Achæi Helice sepelissent, Lacedæmonij, Delphici oraculi monitu, eius ossa Sparten deportarunt, & hoc ipso tempore monstratur Tisameni sepulchrum, quo loco epulum celebrant Lacedæmonij, quę Phiditia nuncupant. Cum venissent in Atticam Iones, ab Atheniensibus, rege suo Melantho Andropompi filio authore, in ciuitatem recepti sunt. Ioni, & eo duce rerum belli gestarum memoria tantùm valuit. Traditum etiam est non tam pristinę amicitię gratia, quām Dorienium metu receptos: quod scilicet, veriti Athenienses ne se illi armis lacesserent, auxilia quęsissent. Non multis post annis, cum Medon, & Neleus Codri filij de regno dissiderent, negaréntque Neleus regnum se Medontis ferre posse, qui pede altero claudicaret: rei cognitio-ne Delphico oraculo permitta, respondit vates deberi Medonti Atheniensium

regna

regnū. Dimissi itaq; in Coloniā Neleus, aliique Codri filij, & ex Atheniensibus quicunque nomina dedissent, & multo maximam Ionum manum abduxerunt. Tertia fuit hæc Colonia, quæ extero duce, & extera multitudine deducta est. Multis enim ante ætatibus Herculis fratris filius Iolaus Thebanus Athenienses, ac Thespientes in Sardiniam deduxit. Vno verò saeculo priusquam Iones Athenis proficerentur, Lacedæmonios, & Minyas è Lemno à Pelasgo electos, Theras Thebanus, Autesionis filius, in eam insulam deduxit, que cū antea Calliste appellaretur, ab eo Thera vocata est. Tertiam deduxere Coloniam Codri filij, cum nulla esset illis cum Ionibus propinquitas: Paterno siquidem genere, & aucto à Codro, & Melantho è Pylo Messenij, materno Athenienses fuere: Contribuerunt in eam se Coloniam Ionibus è Græciæ populis Thebani primum Philotam secuti Penelei nepotem, ex Orchomenis Minyæ, ob Codri liberum cognitionem. Phocenses præterea exceptis Delphis, Abantes etiam ex Eubœa, Phocensibus naues ad transmittendum dederunt: Et ipsi classis duces extiterunt Philogenes, & Damon Athenienses, Euctemonis filij. Hi omnes cum in Asiam

gg

appulissent, alios alij fines occuparunt. Neleus cum sua manu Miletum tenuit. Milesij sanè ipsi de suis originibus hæc commemorant. Iam tum ab initio Anactriam fuisse totam eam regionem nominatam, à rege Anacte indigena, & Asterio Anactis filio. Cretenium verò classe Mileto duce in eam oram appulsa, yrbi, & agro ab eo nomen immutatum: Venisse è Creta Miletum cum factione sua, cum Minoëm regem Europæ filium fugeret. Incolebant Cares eam Asiae partem: Ab iis Cretenses in domicilijs societatem recepti. Occupata verò ab Ionibus Mileto, mares omnes interfecti, prater eos, qui, capta vrbe, fuga sibi salutem quesiere. Illorum coniuges, & filias viatores, vxores duxerunt. Nelei quidem sepulchrum non longe à portis est, ad laevam eius viæ, qua Didymos iter. Apollinis certe, quod Didymis templum est, & oraculum, multo ante Ionom com migrationem conditum fuit: Quin & Ephesia Dianæ fanum iam celebre erat ante quam venirent in ea loca Iones: Neque tamen Pindaro nota de eo templo fuisse omnia existimo, cum versibus prodidit, ab Amazonibus bellum Theseo Atheniensum duci inferentibus conditum. Mouentes illæ quidem à Thermo

modonte, dea sacrum fecere: Cum & Herculem fugientes, & multo ante Liberum patrem, quo loco templum esset, quæ supplices eo confugerant, didicissent. Ipsæ tamen eius operis authores neutiquam fure. Creslus enim homo indigena, & Ephesus, quem Caystri fluminis filium fuisse censerent, templum exerunt. Et ab Epheso quidem ipsa etiam vrbis nomen accepit. Incolebant tunc eam oram Leleges Carici nominis, & Lydorum pars magna. Confederant verò in sacro & sancto templi solo deprecandi causa, cum aliud hominum genus, tum Amazonici nominis feminæ. Androclus quidem Codri filius, Ionus, qui Ephesum venerant, dux. Lelegas, & Lydos in superiore vrbis parte habitantes eiecit: Sacræ verò areæ inquilini fecerunt cum Ionibus isto, omni belli metu caruerunt. Samiis etiam Samon Androclus ademit, eamque insulam ad quoddam tempus possederunt Ephesij, & omnis ea populorum vicinia. At enim cum pristinas receperissent Sami sedes, Prienensibus contra Caras auxilium tulit Androclus: Cumque Græci è prælio viatores discessissent, ipse in pugna cecidit: Eius cadaver sublatum Ephesij, sepulturæ intra fines suos mandarunt. Ostenditur Androclii

sepulchrum hac ætate in via, quæ est inter Dianæ, & Olympij Louis, media ad portam Magnetidem. Insigne sepulchri est vir armatus. Iones postea Myunte, & Priene coloniis deductis, Caras & ipsi finibus exegerunt suis. Et Myüs quidem Cyarato Codri filio prouincia obtigit. Prienes deducendæ Ionibus permisi Thebani, Philotan Penelei nepotem, & Aegyptum Nelei filium duces habuerunt. Et priennes sanè à Bute prius homine Persa, deinde ab Hierone ciue suo maximi affecti calamitatibus, ad Ionas descivere. At Myuntem oppidani, eo quem iam expnam casu, vrbum deferere coacti sunt. Paruus fuit in agro Myusio ad mare sinus, quem Meander fluuius aquarum impetu late summotis ripis, & oblimato hostio stagnum reddidit: Exclusis itaque marinis aquis, tanta repente coorta est è palude culicum vis, ut ea lue vieti homines, rebus omnibus suis deorum etiam signis asportatis Miletum migrarint. Mea certe ætate Myunte nihile extat memoratu dignum, præter Liberi templum è candido lapide. Eadem verò calamitas, quæ Myuntem deleuit, Atarnitis, qui infra Pergamum sunt, exitio fuit. Colophonij, quod clari est Apollinis templū, & oraculū ipsa

antī

antiquitate sanctissimum ducunt: Tenentibus enim eos fines Caribus, venisse primos è Græcia Cretas memorant: Rhaciū Coloniae ducem fuisse: Et eum quidem collecta vnde cunque multitudine, eam oram, quo præualida appulerant clas- se occupasse, cum incolearent etiamnum Cares magnam eius regionis partem. Thebas verò cum Therander Polynicis filius, & Argui cepissent, inter captiuos Delphos abducta est ad Apollinem Mantò, cum eius pater Tiresias in via ad Halliartum diem obiissent suum. Ij captiui, cum iussisset oraculum Coloniam capessere, nauibus in Asiam transmisere. Ad Claron expositis, Cretenes armati occursero à quibus ad Rhaciū deducti illi sunt. Is cum ex puellæ oratione, & qui essent, & quæ fuisset in Asiam veniendi causa, cognouisset, Mantò, in domicilijs societatem eius comitatu recepto, vxorem duxit. Rhaciū satu è Mantoe ortus Mopsus, Legas omnes è ditionis sua finibus eiecit. At Iones isto cum Græcis, qui Colophone considerant, foedere, æquabili cum illis iure ciuitate eadem fruebantur, regnum Ionum penes Damasichthonem & Prometheus Codri filios fuit. Prometheus autem post hæc Damasichthonem fra-

TOL PAUSA. ACHAICA SIVE
 tre occiso, in insulam Naxum effugit, ibi-
 que diem suum obiit. Eius ossa Damasi-
 chthonis filij domum reportata recepero:
 Extat in vico, cui Polytichides nomen,
 Promethi sepulcrum. De Colopho-
 niorum verò excidio tunc egimus cum
 Lysimachi res gestas persequeremur. Ex
 omnibus autem Asiæ inquilinis cum Ly-
 simacho, & Macedonibus bellarunt Colo-
 phonij: Extat commune Colophoniorum,
 & Smyrnæorum, qui in præliis cecide-
 runt, sepulchrum ad viæ lœuam, qua Claro-
 non iter est. Lebediorum urbem euerit
 sanè Lysimachus, non aliam ob causam,
 quām ut profugorum accessione cresceret
 Ephesiorum ciuitas. Est verò ager insigni
 fecunditate, & calidarum in eo sunt aqua-
 rum balnearia, plurimæ, & corporibus sua-
 uissimæ. Lebedon initio Cares tenuer-
 runt, quos postea Andræmon Codri filius,
 Ionum dux expulit. Est Andræmonis
 sepulchrum ad militaris viæ lœuam Co-
 lophone discedentibus in ulteriore Ca-
 laontis amnis ripa. Teon Orchomenij
 deduxere: Minyæ duce Athamante in ea
 loca profecti. Fuisse hic Athamas dici-
 tur Athamantis eius nepos, quem Aeolus
 genuit. In hac etiam ciuitate per-
 missi Græcis Cares constitere. Taon
 qui

quidem Ionas in Coloniam deduxit Mel-
 lanthe abuepos, neque grauius omnino
 quidquam in Orchomenios, & Teios con-
 suluit. Non multis post annis eodem in-
 quilini deducti sunt Athenis & ex Bœotia,
 Attice Colonias Damafus, & Naoclus Co-
 dri filij, Bœoticæ Geres Bœotius fuere:
 Vtranque gentem priores inquilini cum
 vetere duce suo hanc grauate accepérunt.
 Erythræi origines suas ad Erythrum re-
 ferunt Rhadamanthis filium, à quo se Cre-
 ta deductos memorant, & vrbi à duce no-
 men impositum, cum illam ante vnam cum
 Cretensibus Lycijs, Cares, & Pamphylij te-
 nerent: Lycijs quidem ob Cretensum con-
 sanguinitatem: Oriundi enim è Creta Ly-
 cijs fuere, ab iis scilicet, qui cum Sarpedone
 profugerunt: Cares verò propter veterem
 cum Minoë amicitiā: Et Pamphilijs quod
 genere Græcos attingerent: Ex eo nanque
 hominum numero fuere, qui excisa Ilio-
 cum Calchate errarunt. Cum omnes quos
 enumeraui, populi, Erythras incolerent,
 Cleopus Codri filius congregata ex Ionia
 vrbibus eorum manu qui nomina in Co-
 loniam dedissent, cum Erythræis eos mœ-
 nium communione coniunxit. Clazome-
 nijs sanè & Phocaenæs, ante Ionum in
 Adam aduentum urbem planè nullam

habuerunt Ionom primum pars post diutinios errores, accepto à Colophoniis Garphoro duce, oppidum ad Idam montem condiderunt: Quo postea relitto, in Ioniā reuersi, Scyptium in Colophoniorum finibus condiderunt: Mox & inde migrantes, in ea, quam nunc colunt, regione confederunt, oppidūmque in continentī Clazomenas munierunt: Sed enim Persarum terrore in insulam ē regionē sitam transmiserunt. Cogitabat Alexander Philippi filius, Clazomenas, ducto à continentī solo, ad insulam aggere, in peninsula formam redigere. Fuerunt autem magna Clazomeniorum pars non Iones, sed Cleonai, & Phliasij, quocunque scilicet, Doriensibus postliminio in Peloponnesum reuersis, vltro solum vertere. Phocaēnes ab ea nempe Phocide genus ducunt, quæ ad Parnassum montem est. Philogenem hi, & Damonem secuti Atheniēsum duces, in Asiam traiecerunt, agro non armis, sed Cumæorum concessu certis conditionibus potiti. Eos cum Iones in concilijs sui communionem, quod Pamoniū appellant, non admitterent, nisi reges ē Codri genere creassent, ab Erythris, & Teo Octen, Periculum, & Abartum accerterunt. In ipsis verò contra Asiam insulis

Ils ciuitates Ionom sunt, Samus supra Mycalen, & Chius ex aduerso Minantis. Asius filius Amphiptolemi Samius carminibus mandauit, Phenici ex Perimeda genitas Astypalæan, & Europen. Neptuni satu ex Astypalæa natum filium Ancæum: Hunc populis, qui Leleges dicebantur, imperasse, & amnis Mæandri filiam Samiam vxorem duxisse, quæ ei Perilauum, Enadum, Samum, Alitherfen, & insuper Parthenopen filiam peperit. E Parthenope Ancæi filia Apollini Lycomeden genuitum. Hæc versibus testatus est Asius. Ac eo quidem tempore qui insulam incolebant, vi potius coacti, quam benevolentia adducti, in penatium suorum societate Ionas receperunt. Fuit Ionom dux Procles Pityrei filius, & ipse Epidaurius, & qui magnum Epidauriorum numerum deducebat: Eiectos nempe ex Epidauria terra à Deiphonte, & Argiuis. Genus Procles ducebatur ab Ione Xuthi filio. Huius filio Leogoro bellum intulerunt Ephesij duce Androclo, cum patri in Samiorū regnum successisset. Et prælio quidem viatos extra insulam Samios expulerunt, criminis illud dantes, quod cum Caribus de bello Ionibus inferendo consilia agitassent. Profugorum ē Samo pars in Thraciæ in-

sulam è regione Dardaniæ, quæ dupli-
 ca-
 to nomine est postea Samothrace nuncu-
 pata, Coloniam deduxere. At qui Leogorū
 secuti sunt ij, ad Anæā in aduersa cōtinēti
 terra, castellum permunierunt: Vnde de-
 cimo post anno Samū adorti, pulsis Ephe-
 sis, insulam receperunt. Fanum Iuno-
 nis, quod Sami est, sunt qui dicant Argo-
 nauras ipsos dedicasse, illuc signo deæ Argis
 deuictio. Enim uero Sami ipsi, na-
 tam tradunt in ea insula ad flumen Im-
 brasum Iunonein, sub vitice, quæ hac ipsa
 ætate in Iunonis sacro solo ostenditur.
 Esse verò templum maximè priscum ex
 ipso simulacro facile conisci poscit: Est
 enim Smilidis Aeginetæ Euclidis filij
 opus. Fuit Smilis Dædalo æqualis æ-
 tate, gloria multo inferior: Nam Dæ-
 dalus, cum à regia stirpe, eius gentis,
 qui Metionidæ sunt appellati, Athe-
 nis ortum duceret, non magis artis præ-
 stantia, quam erroribus, & casuum va-
 rietate multo fuit apud omnes gentes
 nominis celebritate. Is enim cum oc-
 ciso sororis filio, quam patriis legi-
 bus noxam meruisset, probe nosset, in
 Cretam ad Minoëm confugit, ubi & re-
 gī ipsi, & eius filiabus miri operis signa
 fecit, sicuti Homerus in Iliade memoriz-
 prodi

prodidit. Verùm postea à Minoë capitalis
 fraudis damnatus, & è vinculis cum filio
 elapsus, Inycū, (ea Siciliæ vrbs erat) euasit
 ad regem Cocalum. Ete a fuit Siculis cum
 Minoë bellandi causa, quòd poscente Mi-
 noë Dædalū sibi dedi, Cocalus recusasset.
 In tanto verò ob artis excellentiam apud
 Cocali filias honore fuit, vt de nece Mino
 inferenda consilium inierint. Neque verò
 quidquam fuit Dædali fama vel in Sicilia,
 vel in Italia illis temporibus clarius. At si-
 milis, nuspiciam apud alias gentes quam Sa-
 mios, & Eleos peregrinatus est, quod sit
 memoriaz proditum: Samiis certe similis
 Iunonis signum fecit. Ion verò tragædia-
 rum scriptor historiarū monumentis man-
 dauit, Neptunum in desertam aliquando
 insulam venisse: In ea cognitam ab ipso
 Nympham quandam, & ea parturiente re-
 pente multā è cœlo niuem effusam, à quo
 rei euentu nomen filio Chius impositum
 fuerit: Eundem ex alia quadam Nympha
 filios Angelum, & Melana suscepisse. Oe-
 nopionem postea è Creta in Chion insulam
 appulisse, & cum eo vñā filios Talum,
 Euanthen, Melana, Salagum & Athaman-
 tem, Oenopione regnante Caras, & Aban-
 tas eodem venisse: Successisse deinde in
 regnum Oenopioni, & filiis Amphiclum
 adue

aduenam hominem ab Estiae Eubœæ, ex Apollinis Delphici oraculo. Fuit Amphili ab nepos Hector: Is regno inito cum Caribus, & Abantibus insulæ in quinque bellavit, & eorum parte iusto prælio fusa, reliquos in ditionem acceptos à sedibus suis expulit: Compositis demum rebus in memoriam Hectori rediit, communè sacrum fieri à se oportere cum vniuerso Ionum conuentu, & ab eodem conuentu tripodem illi ferunt virtutis præmium delatum. Hæc Ionem tradidisse compri: cum causam tamen ille non exposuerit, quamobrem cum Ionibus cœpti fuerint Chij censeri. Iam verò Smyrna, cum vna esset de duodecim Aeolensium vrbibus, tamque frequens, quæ nunc est, tota esset regio, Iones è Colophone profecti, vrbem, quam Archaean, idest priscam nominant, Aeolensibus ademerunt. In sequentibus deinde temporibus, concilij sui ius cum Smyrnæ Iones communicarunt. Huius verò, quæ nunc extat, vrbis conditor extit Alexander Philippi filius, per visum in quiete, vt id faceret, monitus: Venationibus enim intentum Alexandrum in Pago monte, eo ipso quo erat ornatu, ad Nemeum fanum accessisse tradunt: Cum verò ad fontem sub platano proximis aquis irrigua

rigua somnum caperet, obuersatas in somnis Nemeses mandasse, vt eo in loco vrbem conderet, atque vt eò Smyrnæs deduceret. Missos tunc Claron consultores à Smyrnæis de summa rerum, quibus talis fuerit è templi penetralibus redita vox.

Terq; quaterq; viris aderit fors. Leta beatiss.

Vtleriora colent sacri qui rura Meletis.

Facile itaque se deduci Smyrnæi pafsi sunt. Ac Nemeses quidem plures, non vnam tantum venerantur, & earum matrem Noctem perhibent: Sicuti Athenenses eius, quam Rhamunute eodem nomine colunt deæ, Oceanum patrem esse dicunt. Ionum terra cœli clementia fruatur plurima: Tempa in ea spectantur qualia non facile alibi. Præstat magnitudo, & opulentia Dianæ Ephesiæ: Proxima duo non perfecta illa quidem Apollinis, alterum in Milesiorum finibus Branchidæ, Colophone alterum Clarij. Duo Persarum furor in eadem Ionia exussit, Sami Iunoris, ad Phocæan Mineruæ, utrumque fanum igni corruptum cum admiratione tamen spectatur. Erythris præterea Herculis, & Priene Mineruæ delubra magna cum voluptate visas. Hoc certe propter deæ signum, illud ob vetustatem. Ipsum

sane

110 PAUSA. ACHAIICA SIVE
fanè simulachrum, non iis quæ Aeginea
vocatur, non Atticis, non postremo Aegy-
ptiis, vel aliis quibusuis elaboratè factis,
consimile est. In lignorum rate insertus
est Deus, vti è Tyro Phœnices mari dela-
tum, neque qua tamen causa id acciderit,
memorant Erythæi. Satis constat eam
ratem per Ionij pelagus appulsam, primū
ad Heram, quæ Media appellatur, quod sci-
licet è portu Erythræorum Chion soluen-
tibus propemodum media est. Cum iam
terram attigisset, conspecto signo, summis
viribus Iones, & Chios certatim ad se il-
lud pertrahere conatos. Erythræus postre-
mo quidā, cui è mari, & piscatu viētus fuc-
rat, sed ex morbo erat oculis captus (no-
men ei viro Phormio fuit) quod per som-
num moneri sibi visus fuerat, exposuit
oportere, Erythræorum fœminas comas
tondere, è capullo earum si viri funes con-
texissent, non difficulter quo vellent ra-
tem pertracturos. Ei somnio vt obtem-
perarent cum ciues fœminæ in animum
sibi non inducerent, & Thracia mulieres,
quæ voluntaria seruitute, ingenuæ ortu
cū essent, viētum sibi apud Erythræos quæ
ritabant, se tondendas præbuerunt. Qua-
re iam rate potiti Erythræi, edixerunt so-
lis è Thracia mulieribus in Herculis fa-
num

um introire vt liceret: Ostendunt au-
tem funiculum illum è comis, hac etiam
ætate, à se diligenter conseruatum: Et
piscatorem illum oculorum calamitate li-
beratum, in reliquum omne vitæ tempus
oculis probe vsum affirmant. Est Eri-
thræs ædes Poliadis Mineræ, cuius è li-
gno simulachrum eximia magnitudine in
solio sedens, vtraque manu colum tenet,
capite polum gestat. Opus hoc fuisse En-
dæi & aliis argumentis coniecumus, tum
ex toto simulachri opificio, tum verò ma-
xime ex Gratiarum, & Horarum signis,
quæ ante aduentum illuc meum è candido
lapide sub diuo posita fuerant. Smyr-
næ Aesculapij delubrum exædificatum
ætate mea habuerūt inter montem, quem
Coryphen, idest Verticem, nuncupant, &
alienæ aquæ impermitem mare. Ionia
ipsa, præter templorum magnificentiam,
ac cœli salubritatem, multa habet quæ li-
teris mandentur dignissima. Ephesius
ager Cenchrium famnem, Pionis montis,
idest Pinguis, fertilitatem, & fontem Ali-
taean, quæ merito celebrentur habet. In
Milesiorum finibus Biblis fons, ad quem
ea contigerunt, quæ sunt de Biblidis amo-
re olim decantata. Apud Colophonios
lucus visitur Apollinis, fraxinis conden-
sus:

sus: Ab eo non longe fluius Ales Ionicorum amnium frigidissimus, Lebediorum balueæ hominibus admirandæ, æquæ ac salubres. Sua sunt Teiis Iauacra in monte Macria, partim illaborata è caueroso saxo erumpentibus aquis, partim ad opum ostentationem exornata. Habent & Claxomenij Iauacra, ad ea Agamemnon colitur, ubi antrum est Nymphæ, quæ Pyrrha mater dicitur. Vulgatus est apud eos de Pyrrho pastore sermo. In Erythræis est Chalcitis regio, à qua tertia ipsorum tribus nominatur: Porrigit se inde in pelagus promontorium, in quo marinaram aquarum scatebræ balneas edunt omnium quæ in Ionia sunt ægris maximè viles. Apud Smyrnæos longe pulcherrimus est amnis Meles, ad eius caput antrum, in quo Homerum tradunt carmina sua fecisse. In Chiis est Oenopionis sepulchrum, & operæ ipso, & ob rerum ab Oenopione gestarum prædicationem spectandum. Sami in via quæ lunonis ducit, Rhadines, & Leontichi sepulchrū est, ad quod vota nuncupare solenne est Ionibus, quoties acti se amore affectos senserint. Sunt verò rerum miracula in Ionia quamplurima, & haud multo pauciora, quam in reliqua cuncta Græcia. Sed ut ad prima redeam, post

Ionum

Ionom profectiosem, Achæi eorum fines inter se diuiserunt, dispertito in duodecim vrbes regno: sunt verò eæ vrbes apud vniuersos Græcos notæ, & illustres. Prima omnium Dyme ab Elide abeuntibus, tum Olenos, Pharæ, Tritia, Ripes, Thasium, Cecyrina, Bura, Helice, Aegæ, Aegira, Palene, ad Sicyoniorū fines omnium postrema. In his domicilia sua constituerant Achæi, cum ante Iones eas incolerent. Primæ Achæorum imperij partes fuere penes Tisameni filios, Dæmenen, Spartonem, Tellen, & Leontomener: Nameorum natu maximus Cometes multo ante in Asiā transmisserat. Hi nempe quos enumeravi, & præterea Damasias Penthilo, Orestis filio genitus, Tisameni liberūm pâtruelis, summa rerum præfuerunt: æquo tamen in regno iure fuere à Lacedæmonie profecti, & ipsi Achaici nominis Preugenæ, & eius filius, cui nomen Patreus: Ei vrbe Achæi assignarunt, quæ à rege postea suo Patre nominata est. De rébus bellicis Achæorum, hac memorari possunt. Troicis temporibus Achæi, cum essent eorum in potestate Sparta, & Argos, Graci nominis pars maxima fuere. Persis verò cum Xerse in Græciam inuadentibus, neque Leonidæ ad Termopylas, neque Themistochli Athē-

hh

114 PAVSA. ACHAICA SIVE
mienium imperatori inter Eubœam, & Sal-
laminem classe præstanti, præsto Achæi
fuere: Neque enim vlla vel in Athenien-
sium, vel in Lacedæmoniorum delectu, est
eorum facta mentio: Quin & ad Platæas
pugnæ tempus non obiere: quare in Græ-
corum communibus donariis, quæ Olympiæ sunt,
Achæorum nomen nuspian inscriptum fuit: Eos ego existimo patriam
suam quosque tutari voluisse: Simul etiam
Troica victoria elati Dorienses, Lacedæ-
monii parere indignum ducebant, quod
aperte longo post tempore declararunt,
Armis enim cum de Græciæ imperio de-
cernerent Lacedæmonij, & Athenienses
alacriter tulere auxilium Patrenibus A-
chæi: Idemque animo fuere, & sententia
in Athenienses multo propensiore. Com-
munibus verò Græcorum expeditionibus
neutiquam postea defuerunt: Nam ad Che-
roneam contra Philippum in acie steteret.
Fatentur tamen siccirco se in Thessaliam
non mouisse, & prælio ad Lamoni inito
non interfuisse, quod nondum à Bœotica
eladeres suæ sibi satis placerent. At om-
nis antiquitatis inter patrenses virū co-
fultissimum mihi narrare memini, ex om-
nibus Achæis vnum Chilonem palæstri-
am priuatim ad Lamiam in certamen
prod.

L I B R V I I . 115
prodisse. Et ipse satis scio Lydum ho-
minem Adrastum priuatis opibus, & con-
filio Græcos iuuuisse. Huic Adrasto sta-
tuam ex ære postire Lydi ante Diana Per-
fice ædem, addita inscriptione, oppetiisse
mortem Adrastum pro Græcis cōtra Leon-
natum præstantem. Thermopylam au-
tem saltum iam superantibus Gallis, non
Achæi soli, sed vniuersi Peloponnesij oc-
currendum sibinon putarunt: Nam cum
nullam omnino classem haberent Barba-
ri, satis aduersus eos magnum se præsi-
dium habituros sperarunt, modo vt Corin-
thiacum Isthmum, quantum inter vtrique
mare à Lechæo promontorio ad Cen-
chræas interest, permunissent. Fuit hæc
tunc communis omnium Peloponnesio-
rum sententia. Postea verò quam Galli
nauigis undecimque contractis in Asiam
transferunt, tam graviter sunt variis acci-
sæ casibus Græcorum res, vt nulla fibici-
uitas posset aliarum imperium vindicare.
Lacedæmoniis enim, cum Leuctrica clades,
tum Arcadum in vnicam ciuitatem
(quæ Megalopolis fuit) cōuentus, & Mef-
seniorum vicinitas, quo minus pristinas
vires reciperent, obsterunt. Thebanos
adeo vrbe ipsa euersa affixit Alexander,
vt ne à Casandro quidem restitui, quæ ta-
h h 2

316 P A V S . A C H A I C A S I V E
men amiserant recuperare potuerint. Iam Atheniensibus Cræcorum certe benevolentia ex rerum gestarum memoria non defuit: sed nullo vñquam tempore fuit à Macedonum armis securitas. Quare iis temporibus, cum non in communitate consenserent Græci, sed suum quique negotium agerent, non erant qui opibus cum Achis conferri possent. Eorum enim omnes ciuitates, vna excepta Pallene, nullo à multis retro annis deuinctæ fuerant tyrannorum dominatu. Porro Ieuius etiam multo quām alias Græciae partes, vel bellorum impetus, vel pestilentiae acerbitas Achiam vexarat. Nihil itaque aut concilium, quod Achaicum vocabatur, aut quæ domi forsque geri oportebat, intermittebantur. Ac tunc quidem conuentum omnium ciuitatum Aegium edici placuit, quod delera eluisionibus Helice, iam tum ab initio ceteris Achaicis ciuitatibus hæc dignatione, & opibus præstabat. Ex aliis verò Græcis primi omnium in eius conciliij censum venere Sicyonij: Post eos & alij è Peloponneso vel statim, vel certe aliquandiu cunctati se Achiuis contribuerunt. Multos etiam ex iis, qui extra Isthmum erant, in conciliij societatem accieunt, secundi Achiorum progressus, cum eos

eos in dies viderent, meliore vti fortunæ. Soli Græcorum Lacedæmonij, & offensiribus semper animis in Achæos fuerunt, & postremo aperte etiam contra eos arma ceperunt. Sed enim cum Pellenè Achiorum vrbem Agis Eudamidæ filius vi cepisset, mox inde ab Arato Sicyoniorum duce eiectus est. Cleomenes deinde Leonida Cleonymi filio genitus, ex altera quā fuit Agis regia stirpe, Aratum & Achiuos collatis signis magno prælio fudit: Pacé deinde Antigono, & Achiuis dedit. Antigonus Philippi adhuc impuberis tutor, Macedonum imperium regebat. Fuit Philippus demetrij filius: Eius erat Antigonus, & patruelis, & vitricus. Fœdere igitur cum Antigono, & Achiuis perpetrato Cleomenes, Arcadum caput, fide mox violata, Megalopolin diripuit. & sanè noxæ piaculum accepta ad Sellasiam clade Lacedæmonij, & eorum dux Cleomenes luisse iudicari merito possunt. Sed in libro de Arcadum rebus ad Cleomenem redibit oratio. Philippus autem Demetrij filius, cum ad virilem aratrem peruenisset, accepto regno ab Antigono non sanè inuito, magnum vniuersis Græcis terorem infusit, cum ipso Philippi superioris nomine (à quo tamen oriundus non erat,

nam Amyntæ filius Philippus, dominus
plane huius gentilibus fuit) tum verò
quod Philippus ipsius facinora æmulabatur.
Fuit hercule vtrique commune pecunia
sibi ciuitatum principes conciliare,
quos intelligerent priuati sui lucri quām
patriæ libertatis maiorem rationem ha-
bere. Hoc minori Philippo peculiare, in
coniuiciis, dum mutuis de more poculis
poscerent, mortiferas potiones propinare,
quod Amyntæ filio, nisi fallor ne in men-
tem quidem vñquam venit: At huic De-
metrij filio Philippo familiare hoc fuit
scelus, & sanè in leuissimis ducebat noxis,
veneno hominem tollere. Vrbes hic
tres, quibus aduersus Græciam pro mili-
tum suorum receptaculis vteretur, præ-
sidiis firmauit: Eas in Græcorum contume-
liam multa suffultus confidentia, Græci
claves nuncupabat. Vnam in Peloponne-
so Corinthum, cuius etiam arcem muni-
vit accuratius. Alterum fuit ei contra
Eubœam, Boeotos, & Phocenses propugna-
culum, Chalcis ad Euripum. Tertium op-
posuit Thessalis, & Aetolorum nationi
Magnesiam sub Pelio monte. Præ cæ-
ris verò cum iustis exercituum aggressio-
nibus, tum repentinis latronum more ex-
cursionibus Atheniensibus & Aetolis in-
festus

festus fuit. Atticarum rerum descriptio-
ne iampridem exposui, quæ à Græcis, vel
Barbaris missa fuerint Atheniensibus con-
tra Philippum auxilia, & quemadmodum
belli diuturnitate afficti Athenienses Ro-
manorum fidem implorare coacti fue-
rint. Miserant & paulò ante Romani,
verbo quidem Aetolis contra Philippum
auxilia, re verò Macedonicarum rerum
speculatores: Verum Atheniensibus ple-
nissimum, atque instructissimum exerci-
tum mittendum censuerunt: Decreta ea
provincia est Atilio Cos. Nomen hoc ei
viro maxime insigne fuit: Non enim Ro-
mani Græcorum iitu vñco à patribus ac-
cepto nomine appellantur, sed tria fere
singulis ut pauciora, plura etiam impo-
nuntur nomina. Id negotij duntaxat à
S. P. Q. R. Atilio datum, ut Athenienses,
& Aetolos contra Philippi arma tueretur.
At ille è mandatorum præscripto reliqua,
illud non ex P. R. sententia, sed arbitratu
suo gescit: Quod Eubœensium Hestiam
& Anticyram in Phocide, quæ oppida
Philippi imperata facere coacta fuerant,
expugnauit, & euerit. Quæ res ad Sena-
tum delata, mea quidem sententia effe-
cit, ut Atilio Flaminius quamprimus
successor mitteretur: Qui primo aduen-
h h 4

tu superato Macedonum præsidio, Eretriam diripuit: Corinthum, cui rex præsidium imposuerat, & suis ipse copiis circumfudit, & ab Achiuis ad eam obsidendum per legatos, cum pro inita cum Romanis societate, tum verò pro ea quam in Græcos omnes præ se ferebant benevolentia, auxilia postulauit. Sed illi quod ante in Atilio indigne tulerant, Flaminio etiamnam criminis dabant: Quod scilicet priscas Græciæ vrbes, quæ nihil in Romanos commiserant, quæque Macedoni iniuriae patuerant, eas armis adorti fuissent. Prouidebant autem facile iam Romanos illud agere, ut pro Philippo, & Macedonibus Achæis, & vniuersæ Græciæ ipsi imperarent. Causa hæc in Achiuorum concilio magna inter dissidentes sententias contentione acta: Euicere postremo, qui partis Romanorum fuere, ut ab Achæis ad oppugnandam obsidione Corinthum auxilia mitterentur. Corinthii quidem cum in Macedonum potestate esse desillent, ad Achæorum se concilium aggregarunt, in quo & prius locum habuerant, cum Arcatus Sicyoniorum dux è Corinthi arte Antigoni præsidium cecisset, Perseo præsidij profecto occiso. In postrem debinc omne tempus Romanorum socij

socij Achæi appellati sunt, nempe qui ad omnia rerum momenta se promptos, & alacres præstitere. Nam & in Macedoniam cum Romanis contra Philippum penetrarunt, & suscepserunt in Aetolos expeditionis comites fuere: In Syriam denique contra Antiochum sunt cum Romanis profecti: Et Macedonicō quidem, atque Antiochi bello interfuerunt Romanorum amicitiam securi. Cum Lacedæmoniis verò iampridem similitates proprias exercuerant. Quare Nabidis tyrannide, cuius intollerabilis fuerat crudelitas, sublata, Spartam Achæi in ordinem statim redactam, Achæaco concilio subiecerunt: rebusque per seuerissima iudicia repetitis, mox vrbis muros demoliti sunt. Spartæ quidem muri Demetrio, & Pyrrho olim oppugnantibus, tumultuario opere extructi fuerant: Nabis postea tales faciudos curauit, ut nihil omnino ad eorum firmitatem desideraretur. Eos itaque muros tunc Achæi delecerunt, & spartanorum liberis interdictam, quam legibus Lycurgus sanxerat disciplinam, ad Achæorum puberes transtulerunt. Verum hæc à me plenius exponuntur in eo, qui Arcadū rebus attributus est, libro. Lacedæmonij cū Achæorum imperata grauiter ferrent, Me

tellum Romanorum legatum, & eius collegas appellarunt: Missi hi fuerant non ut Philippo bellum indicerent, cum quo ritè fuerat pax perpetrata, sed ut de criminibus, quæ à Thessalìs, & Epirotis Philippo obiiciebantur, cognoscerent. Et Philippus quidem maiorem multo re cladem, quam verbo à Romanis accepit: Magno enim prælio ad Cynocephalus à Flaminio victus, & exercitus rōbur amissit, & deducens præsidii earum, quas bello subegerat, Græciā vrbū, imperio cōcedere ex fœderis pacto cōuenito coactus est. Patem certe non tam euentu vtilem, quam nomine decoram precibus, ac etiam precio impetravit. Macedonum certe bellicam gloriam, & imperij magnitudinem Philippo Amynta regnante partam, alterius Philippi temporibus pessum ituram diuinitus his versibus prædictis Sibylla.

*Hemathia populi, Argiade qui gloria reges
Commoda nunc pariet, regnans, nunc damna
Philippus*

Nanque duces maior populis, atq; vrlibus rnuis
Imponet: sed enim Hesperijs domitus minor armis
Mox etiam Eoi illustres perdet honores.

Romani enim, qui ad Occasum sunt Attali, & Myforum, qui ad Solis ortum vergunt, auxiliis assumptis, Macedonum re-

gnūm

gnūm euerterunt. Sed vt vnde hoc digresfa est oratio, redeam, Metellus, ceterique legati non esse Lacedemoniorum querelas contemnendas censuerunt. Quare ab Achæorum magistratibus dari sibi consilium postularunt, quo scilicet pro concione irre æquiore cum Lacedemoniis agendum Achæis persuaderent. At enim illi pernegare aut illis, aut aliis quibusvis consilium se datus, qui de qua re missi essent, senatus decretum non attulissent. Metellus, & collegæ, quod Achæi se dicto audientes non præbuerant, durius acceperat: Romam reuersi, multa de illis ad inuidiam conflandam, neque omnino vera omnia, ad senatum detulerunt: Sed inuidiosus multo Achæos criminati sunt Areus, & Alcibiades: Illi quidem apud Lacedemonios existimatione summa, sed in Achæos iniquiores: Nam cum eos Nabis eiecerat, apud Achæos exularant, móxque ab iisdem, Nabide mortuo, in patriam contra populeate Lacedemoniorum decretum reducti fuerant. Verum & ipsi in senatum Romanum intromissi in magnam inuidiam Achæos vocarunt. Qua lacesisti iniuria Achæi simulacrum vrbē Ro. discessis se eos audierūt, clarigatio vti essent edixerunt. Romani Appium Claudium, & atlio legatos

legatos miserunt, qui inter Achæos, & Lacedæmonios disceptarent: Sed minimè fuit eorum aduentus Achæis gratus: Secum enim illi Areum, & Alcibiaden, quos hostes Achæi iudicauerant, habebant. Illud certe homines multo grauius offendit, quod in Achæorum conuentu Romani iracundius, & minimè ad persuadendum accommodatè verba fecerunt: In eo conuentu erat Lycortas Megalopolitanus Arcadum facile princeps, & qui amicitia Philopœmenis fretus, animum paulo elatiorem ad sententiam dicendam afferebat. Is causam Achæorum summa libertate dixit, & Romanos etiam oratione sua nonnihil pupugit. Legati Lycortæ dicta quasi illudentes pro nihilo habere. Quin Areum, & Alcibiaden sententia sua nihil graue in Achæos commisso declararunt: Et Lacedæmoniis ut Romam legatos mitterent concesserunt, cum tamen per foederis conditiones cautum fuisset, ne ciuitas ylla, quæ cum Achæis ficeret, seorsum ab invierto concilio legatos mittendi libera ram facultatem haberet: Missa etiam ab Achæis contraria legatio est. Cum multis vtrinque disceptationibus in senatu res agitata fuisset, eosdem iterum legatos Romani misere, eiisque legationis principem

pem Appium, cum liberis mandatis de Achæis, & Lacedæmoniis, quod visum esset, statuendi. Ii primo statim aduentu, & quos Achiui exilio multassent Spartanos restituere, & damnatos ab Achæis antequam ipsi de crimini bus cognosceret, omni scelere, & pœna liberarunt. Immunitatē præterea omnium quæ in commune pro concilio obeunda essent, muniorum, Lacedæmoniis dederunt. Iudicia præterea capitū ab externis ut hominibus fierent decreuerunt, leuiorum causarum cum Spartanis ipsis, tum Achæorum reip. cognitione relicta. Nouo denique murorum ambitu oppidum muniendum curarunt. Recepta exules patria, consilia sua ad Achæos exagitandos omnia contulerunt: Quocirca hoc se illos pacto probe vlcisci posse sperantes, Messeniis omnibus iis, Achæis etiam, qui eo crimine hostes iudicati fuissent, quod eius coniurationis, qua Philopœmenes occisus fuerat, conscienti essent, persuasere, ut Romam querelas ad Senatum deferrent. Et iis quidem cum & ipsi adfuissent, haud magno negotio redditum confecerunt. Fauente enim summo studio Lacedæmoniis Appio, Achæorum vero causam acriter impugnante, ea Senatus decrevit, quæ maximè voluerunt Messenij, & Achæi

126 PAVSAN. ACHATCA SIVE
Achæi exules. Missæ itaque Athenas, & in
Aetolian literæ quibus imperabant Romanii, vt Messeniis, & Achæis exilibus
fuum vnicuique ius suâque bona restituue-
rentur: Vhementer hæc res animos
Achæorum commouit, præsestum cum
se & ante injuriosius à Romanis tracta-
tos interpretarentur, & sua in Romanos
pristina merita, non fuisse qua sperarant
gratia excepta, viderent: Cum qui contra
Philippum, Aetolos, Antiochum ege-
giam Romanis operam nauassent, iam
exilibus, & iis hominibus, qui incestas
manus haberent, impotentiae subiice-
rentur: Imperata tamen sibi facienda, ac
tempori parendum duxerunt. Atque ea
quidem perditissimorum hominum per-
uersitas, qui patriæ salutem hostibus ven-
dere nihil verentur, Achivis exitio fuit.
Neque vero scelus hoc, vt femel in Græ-
cia usurpari ceptum est, ullum finem repe-
rit. Dario primum Hystraspis filio in Per-
sis regnante, tonum res afflctæ propè sunt,
classæ prodita ab omnibus triremium pre-
fectis, vnde decim duxatae sunt Samiis excepris.
Post oppressos Ionas diripuerunt Eretria
Persæ, cum ciuitatis suæ Principes Phila-
brius Cynei filius, & Alcimachi Euphor-
bus, partiam suam, hostibus prodidissent.

Nam

Nam Xerxi in Græciam irruenti Theffa-
liam Aleuadæ, Thebas Attagilus, & Ti-
magenidas Thebanorum primores prodi-
derunt. At Peloponnesiaco bello quod in-
ter Athenienses, & Spartanos gestum est,
Agidi Lacedæmoniorum duci Xenias E-
leus Elin ipsam tradere est aggressus. Ly-
sandro debinc, qui hospites eius appellab-
antur, donec patrias proderent suas,
quietere nunquam potuerunt. Philippo
vero Amyntæ filio ad Græcia imperium
aspirante, vnam inuenias proditionis im-
mum Sparram: Ceteras Græcorum vr-
bes non magis pestilentia superiorum
temporum, quam prodiciones deleve-
runt. Alexandri felicitas effecit, vt nul-
lum magnopere insigne proditionis e-
xemplū, quo res eius adiutæ fuerint, pos-
sint commemorari. Post acceptam ad La-
miam cladem, cum Antipater festinaret in
Asiam transmittere conuersisque ad illud
bellum opibus, facile videretur Athenien-
fibus pacem daturus, quod rationibus suis
minime alienum putabat, si Athenas ipsas,
atque adeo viuercam Græciam liberam
esse sineret, Demades, & alij consiliorum
socij, homini à sententia oratione sua de-
ducto, nihil mitè, aut benignum in Græ-
cos cogitandum persuaserunt: Quo cum
Athena-

Atheniensem populum vehementer per terrefactum viderent, & Athenis, & in aliis urbibus ut Macedonum imponerentur præsidia authores fuere. Confirmat orationem meam rerum euentus. Athenienses enim & si magnam acceperant in Bœotis cladem, bis mille ex acie sua capti, milles occisis, non continuo tamen Philippi imperata fecerunt. Ad Lamiam verò ducentis fermè, ac nihilo pluribus militibus amissis, Macedonibus succubuere. Nullis deinde temporibus hæc proditionum quasi pestis quædam Græciæ desit negotium facessere. Achæos quidem Callicratis Achæi hominis perfidia Romanis patere coegerit. Initiatamen malorum omnium Achæis, Persei regis, & Macedonici imperij exitium, importarunt. Nam cum Perseus iustum cum Ro. à Phillipo patre fœdus violasset, regémque Sapæorum, quorum facit in iambicis mentionem Archilochus, Abro urbe expugnata, populi Ro. socium & amicum sedibus expulisset suis, & Romani vlti sociorum iniurias, Perseum ipsum, totumque eius regnum in potestatem suam redegissent. Missi à Romano senatu sunt decem legati ad Macedoniae res (vti in rem suam foret) maximè ordinandas. Eos omni obsequijs, & ad

& ad assentationem appositæ orationis generi Callicrates circumuenire aggressus, ex illis etiam unum, ad iustitiam tuendam minimè propensum, in consilium produxit: Is frequentissimo Achæorum conuentu criminose queri cœpit à potentioribus pecunia, & aliis studiorum significationibus contra Romanos Perseum adiutum: Postulare ut capitalis rei damnarentur, se damnatos demum, suo quenque nomine indicaturum: Id enim uero per iniquum vniuersæ concioni videri: Contendere, ut quos diceret Perseo fauisse, palam nominaret: Ius omnia non esse quenquam condemnari, cuius nondum esset nomen delatum. Ibi Romanus, cum ab omnibus eius postulatio coargueretur, ex compagno nominare non dubitauit omnes, qui prætores Achæorum excercitus duxissent, & omnes affirmare eam noxam commisisse, quod scilicet Persei partes fouissent. Hæc ille à Callicrate subornatus. Tunc Xenon non minimæ inter Achæos authritatis vir, quod ad hoc (inquit) crimen attinet, ipse etiam Achæorum copiis praeful, sed neque illa unquam Romanos in reliâ, neque illa mihi omnino fuit cum Perse fed amicitia. Atque huius quidem criminis vel in Achæorum conuentu, vel

in ipso Romanorum Senatu non dubitariū iudicium sustinere. Hoc à Xenone dictum ex innocentia conscientia fideperter, arripuit Romanus tanquam accommodatum fraudi suæ consilium. Quare quotcunque in proditionis crimen Callicrates vocarat, eos omnes Romam ad causam dicendam mitti imperat. Nouum id fuit, & inusitatum Græcis. Neque enim aut Philippus Amyntæ filius, aut Alexander, qui Macedonia regum longe potentissimi fuere, aduersarios vñquam suis e Græcia in Macedoniam disceptandi causa mitti postularunt, sed facile passi sunt, quibus de rebus ambigeretur, ab Amphyctyonibus cognosci. At Romani quen cunque cuius modo nomen Callicrates derulisset, nocentem, innocentemve Romanum edictio suo deduci imperarunt. Fuerunt qui deducti sunt piures fere quam mille, quos Senatus quasi Achæorum præiudicio damnatos, in publicas custodias per Herætix oppida diuiserunt. Alios deinde super alios ab Achæis missos legatos, & deprecatores nihil omnino fecerunt. Post leppimum, ac decimum demum annum, triginta fermè viros, atque eo etiam pauciores, qui ex omni numero restqui erant in Italia, e custodij dimis-
ser

serunt, satis iam eos pœnarum dedisse rati: At eos, qui effugere conati sunt, vel ex ipso itinere antequam Romam perducentur, vel ex iis, in quas relegati fuerant, vibibus à fuga retractos, capitali supplicio affecerunt. Miserunt etiam Romani ad dirimendas inter Lacedæmonios, & Argivios de finibus controværias, Senatorium virum Sulpitium Gallum, qui multa & dixit, & fecit insolenter, & plane vtranque ciuitatem ludibrio habuit: Nam quæ rerum gestarum gloria aliquando floruerant, quæque de agrorum finibus magno, & diutino bello certauerant, eas hic dignas non putavit, quarum causam cognoscet, cum & Philippum antea Amyntæ filium disceptatorem habuissent. Sed eam Gallus totam cognitionem ad Callicratem impurissimum hominem, curta que Græcia insensissimum resegit. Præterea cum Aetoli è Pleurone ad cum venientes, se intigi se ab Achæorum concilio posuissent, eis permisit, ut suis propriis auspiciis legatos Romanum mitterent. Est vero Senatus authoritate eorum ab Achæis defectio comprobata, & Sulpitio mandatum, ut quam posset plurimas ciuitates ab Achæorum contentu disungeret. Quod ille impigie effectum reddidit. Interea

cum Athenienses egestate potius, quam libera voluntate impulsi, sociam ciuitatem Oropum diripiuerint, nempe qui Macedonico bello rebus accisis, Græcorum iam prope omnium essent egenissimi, Romanum Senatum Oropij appellarunt, qui cum iniuriam factam illis censuisset, Sicyonios iussit ab Atheniensibus multam petere, quanti scilicet illatam Oropiis iniuriam ipsi aestimassent. Sicyonij, cum diem iudicij non obiissent Athenienses, multam illis talentum quingentorum irrogarunt: Recusantes eam pedere Athenienses, ad Senatum Ro. prouocarunt, cuius decreto omnis ea multa ad centum duntaxat talenta redacta est: quod ipsum etiam non est persolutum. Quin Oropios cum promissis, cum muneribus delinitos adduxerunt Athenienses, ut obsidibus datis praesidium intra oppidum acciperent, eatamen lege, ut si nouæ factæ essent ab Atheniensibus iniuriæ, & praesidium quod imposuissent ultro ducerent, & obsides redderent. Non ita multo post à praesidiariis in oppidanos iniuria factæ: quocirca legatis expostulatum Athenas missis, contendebant Oropij ut ex pacto conuento, & praesidium duceretur, & obsides redderentur. Verum non esse

pub-

publicas illas populi iniurias Athenienses responderunt, sed paucorum qui in praesidio eo fuissent, & illos quam commeruerint pœnam suscepuros. At Oropij Achæorum auxilium implorarunt: Quod cum illi ferendum non censerent, amicitiam, quæ sibi cum Atheniensibus intercedebat, veriri. Menalcidae homini Spartano quidem, sed qui tunc copiis Achæorum imperabat, decem talenta se datus pollicentur, si Achæorum sibi auxilium praesto ut esset effecisset. Menalcidas cum intelligeret magnas esse, propter Romanorum amicitiam, inter Achæos Callicratis opes, cum illo æqua parte pretium communicat. Portò coniunctis studiis efficiunt ut Oropiis auxilium decernatur. Id cum resciissent Athenienses, quanta maximè potuerunt celeritate Oropum adorti præde superioris reliquias, si quæ forte supererant, asportatis, praesidium deducunt. Achæis, cum serius quam oportuerat auxilium misissent, persuadent Menalcidas & Callicrates, ut Atticam terram hostiliter inuadant. Verum cum & ex aliis Græciæ partibus, & è Lacedæmone ad hostem repellendum auxilia conuenissent, exercitum Achæi sum domum reportarunt. Ab Oropiis certe, & si

nulla ex parte ad eorum salutem quidquam profecerat Achæorum societas, promissum tamen Menalcidae pretium persolutum est. Quo ille accepto, alienum omnino rationibus suis putauit que-
stus participem Callicraten facere: Quare hominem primum expectationibus eludere, mox dolo circunuenire, postremo aperte etia n fraudare. Quæ res vetus illud verum esse declarauit.

*Et ignis est alio magis qui rrat igne,
Lupis; sautor lupus est alijs,
Accipiter ery us accipitre volat,
Sic Callieratem ipsum immaniorem ante alios
Superavit perfidia Menalcidas.*

Hominem enim omnium nequissimum Callicraten, perfidia facile qui superaret Menalcidas est inuentus. Callicrates, ut homo erat, cum gratis habere se suscepas cum Atheniensibus inimicitias permoleste ferret, Menalcidan, iam abeuntem magistratu, capitis arcessiuit: Crimini dabat, legatione apud Romanos contra Achæos functum, ac operam enixe dedisse, ut Spartanos ab Achæis abduceret. Ibi Menalcidas cum se in fortunarum discrimen deductum videret, Diaœ homini Megalopolitano successori suo ex Oropica illa pecunia talenta elargitur tria: Hoc

ille

ille deuinctus munere, inuitissimis fere Achæis omnibus, Menalcidan capitis periculô eximit. Ea res cum Diaœ publicè, ac priuatim magno esset probro, homo vafer auertendæ inuidiæ causa, ad maiorum negotiorum cogitationes, & secundarum rerum spem Achæorum animos erigit. Lace dæmonij suas de finibus agrorum controværias ad Ro. Senatum detulerant: Senatus omnia omnium rerum, præterquam capitis iudicia, ad Achæorum conuentum reiecerat. At Diaœ gratioso mendacio multitudinis animos mulcens, iudicio Achæorum capitis etiam crimina permisfa comminiscitur. Et Achæi quidem cum ei fidem habuissent, de Spartanorum capitalibus causis iudicia facere aggressi sunt: Recusabant Lacedæmonij, & mendacijs Diaœ arguentes, rufus Ro. Senatum ea de re se per legatos consultiros aiebant. At Achæi hoc ipsum atripere, & in crimen vocare: Cum diceret earum urbium, quæ secum facerent, nullam omnino sui esse iuris, aut posse earum aliquam sine publico inuerti conciliij decreto Romanam legatos mittere. Ex his concertationibus bellicæ causæ inter Achæos, & Lacedæmonios extitere. Satis intelligebant Spartani multo se esse Achæis opibus inferiores:

Quare dimissis per vrbes, quæ Achæa
ditionis erant, ad ipsum etiam Diæum pri
uatum legatis, bellum deprecabantur: Ac
uitatibus responsum tulere, cum iam præ
tor suus ut iuuentutem armatam educe
rent denuntiasset, oportere se dicto audiē
tes esse: Prætor ipse Diæus non Spartæ aie
bat se, sed iis, qui eius ciuitatis ocium tur
barent, bellum illaturum. Ac rogante Se
natu quo nam esse putaret ocij, & tran
quillitatis hostes, optimatum ille viginti
quatuor nomina edidit. In ea rerum tre
pidatione probata est Agasthenis senten
tia, hominis clari etiam prius, & honora
ti, sed ad cuius laudes ex hoc ipso ciuib
suis dato consilio magnus accessit cumulu
lus. Persuasit illis ipsis primoribus, quos
Diæus Achæis dedi postularet, ut volunt
ario exilio, belli in patriam suam conflati,
incendium restinguerent. Futurum enim,
ut primo quoque tempore à Romanis re
stituerentur. Cum itaque exiliij causa so
lū vertissent, absentes capitis à Spartanis
damnati sunt. Miserunt & Achæi Ro
manam Callicraten, & Diæum, qui in Senatu
contra Spartanos exules causam dicerent:
Et Callicrates quidem cum Rhodum di
uertisseret, ibi morbo interiit. Diæus, &
Menalcidas Romanam peruenierunt: Ij cum
multa

multa vltro, citróque per altercationem
contumeliosius inter se iactata dixissent,
audissentque: postremo respondit Sena
tus, legatos in Græciam venturos, qui de
quibus inter se dissererent Lacedæmonij,
& Achæi rebus, cognoscerent. Legati ex
vrbe ociosius iter fecerunt: Quocirca tan
tum interfuit spatij, vt interea Diaus A
chæos, Menalcidas Spartanos dolo circun
uenire potuerint. Illæ Achæis persuasit
Romanorum decreto Spartanos in Achaœ
rum officio, ac potestate fore. Lacedæmo
nios in eam facile sententiam adduxit Me
nalcidas, ut crederent à concilio se iam
Achæorum sciunctum iri. He contro
uersia in causa fuerunt, vt renuntiato no
vo iam prætore Damocrito, Achæi denuo
contra Lacedæmonios arma caperent. Eo
dem fermè tempore Metellus Cos. Po
Ro. exercitum in Macedoniam transpor
tavit: Bellum enim ei decretum fuerat
contra Andriscum Persei filium nouas in
Romanos res molientes. Ibi non ma
gno utique negotio cum debellatum es
seret, Metellus iis, quos miserat Senatus in
Asiam cum imperio, persuadet, ut prius
quam transmittant, cum ducibus Achæo
rum congresi, edicant, ne bellum con
tra Lacedæmonios susciperent: atque ut

omnino expectarent legatos eos, qui à Senatu mitterentur, arbitri inter Achæos, & Lacedæmonios fūliri. Mandata illi quidem ad Damocritum, & Achæos detulerant, cum iam illi contra Lacedæmonios exercitum ducerent: Quare cum nihil sanè se vlla oratione contra Achæorum peruvicaciā profectura intelligerent, in Asiam perrexerunt. Ibi quoque Lacedæmonij animi elatione magis quam viribus subvici, cum suis copiis hosti occurrerunt: Satis illi quidem habituri, suos si fines defendere possent. Prælio dehinc superati, cum circiter milles, & ætate, & viribus florentes milites occubuerint, intra mœnia se reliqui effusissima fuga recepero: Quod si hostem persequi maturasset Damocritus, eodem tempore Achæi, quo fugientes Lacedæmonij, apertis introrumpere potuissent portis: Verum ille & tunc canere iussit receptui, & exinde se ab urbe obsiden- da ad excursiones, & agri populationes conuertit. Is reportato domum exercitu maiestatis damnatus est, multa quin- quaginta talentum irrogata. Eam cum vnde solueret non haberet, clanculum ē Peloponneso aufugit. In Damocriti locū prætor enuntiatus est iterum Achæorum suffr

suffragiis Diaeus. Ad eum cum legatos rur- sus misisset Metellus, res ita conuenit: In- ducię ut inter Achæos, & Spartanos essent, usque dum adestent, qui disceptandi causa à Romanis missi fuerant: Callidum in- terea aggreditur Achaicus prætor faci- nus. Oppida omnia, quæ in orbem Laconi- bus finitima erant, variis artibus ad Achæorum amicitiam pellicit, & ea præ- diis firmat, quo vnde erumperent, quoniam se reciperent, contra Spartanos castella ha- berent Achæi. Decrèverant & Lacedæmo- niij imperium Menalcidæ, qui, & si Lacedæmonios ad extremam cum reliquarum co- piarum, tum verò pecunia inopiam reda- ctos intelligebat, præsertim verò cum ne- que coli, neque seri ager potuisset, educto tamen, violata induciarum fide, exercitū, Iastum oppidum, quod intra Laconia fines erat, sed ad Achæorum ditionem pertine- bat, subito impetu captum, diripit. Non potuit alienissimo Lacedæmoniis tempo- re, novo bello concitato, suorum ciuium inuidiam Menalcidas sustinere: Quare epoto veneno sibi mortem consciuit. Huc Menalcidas vita exitum habuit, vir ut in Lacedæmoniorum imperio minimè om- nium prudens, sic dum Achæorum re- bus præfuit singulari perfidia. In Græ- ciam

tiam tandem peruenere ex Urbe disce-
ptratores, quorum princeps Orestes fuit:
Ad eos Corinthum cum magistratus
Achaic ciuitatum singulorum venissent,
& in primis Diaus, Orestes renuntiavit
Senatum censere neque Lacedæmonios,
neque Corinthum ipsam Achæis contri-
buere se debere: Argos præterea, Hera-
clean, quæ ad Oeram est, Orchomenios
Arcadici nominis ab Achæorum concil-
lio seiungendos. Neque enim his esse
populis villam cum Achæis cognationem:
& eas ciuitates cœpisse cum illis serius
facere. Hæc dum Orestes exponeret,
Achaici magistratus prius etiam quām
ille peroraret, è diuersorio Orestis exi-
luerunt, conuocarunt mox ad concessionem
multitudinem: Ea cognita Romani se-
natus sententia, repente in Spartanos
eos, qui forte Corinthi erant, impetum
fecit, omnésque, quos vel ex tonsura, vel
calceatu, & reliquo vestitu Lacedæmonios
esse vel agnoscebant, vel suspicabantur,
spoliauit: Quin eos etiam qui se fugien-
tes in diuersorium Orestæ recepissent, vi
inde extractos violarunt. Legati furorem
illum cōpescere conati, monere identidē,
& queri, ab ipsis prioribus iniuria se, &
contumelia lacesitos. Paucis post diebus

Lacedæmonij omnes, qui deprehensi, ca-
pti que fuerant, in carcerem coniecti, dimis-
si iis quos non esse Laconici nominis con-
stitisset. Missi deinde Romam & alij pri-
mores, & Theridas legationis princeps ij,
cum in via aliis legatis à Romanis eadem
de causa post illam Orestis legationē mis-
sis, obuij facti essent, pedem retulerūt. Iam
Diaus imperij sui tempus expluerat: In
eius locum successerat Critolaus: Huic
acris incesserat cupiditas cum Romanis
bellandi. Quo circa cum noui iam ades-
sent à Romanis missi arbitri, occurrit il-
lis quidem ad Tegean Arcadiæ urbem: Ne-
verò in publico Achæorum concilio man-
data exponerent arte cauit: Nam legatis
quidem audientibus edici concilium ius-
sit: Clam verò per literas conciliariis suis
denūciauit, conciliij diem ne obirent. Con-
uentu in diem dictam frustra expectato, se
planè elusos Romani intellexerunt: Præ-
fertim verò cum aliud Critolaus iuberet
legatos certum, & statum conciliū in men-
sem sextum expectare: Neque enim ius
esse agendi sibi aiebat de rebus publicis
alibi quām in concilio. Legati igitur cum
nihil omnino egissent, domum redierunt.
Edicto Corinthum concilio Achæis pro-
concione persuaderet Spartanis, bellum ins-
ferant.

ferant, atque ut aperte contra Romanos arma capiant. Regem quidem, vel ciuitatem quamquam suscepto bello male rem gerere Fortunæ vitio saepius contigit: At enim soli temeritati, ac furori ducis suiuenta Achæorum adscribēda merito fure. Incitauit vehementer Achæos Pytheas Bœotorum magistratus, Thebanis vltro profitentibus belli se contra Romanos gerendi socios fore. Pecuniam ut Phocensibus penderent Metellus imperarat, quod in eorum fines armati excurserant: Alteram item multam Eunoensibus, quod agrum eorundem Phocensem populatioribus euastassent: Tertiam Amphissensibus debere Thebanos pronunciarat, quod eorum sub messis tempus frumenta defecuisserent. Romani ex legatorum oratione, & Metelli literis edicti quæ regissent Achæi, bello eorum iniurias persequendas censuerant. Creatus iam Cos. fuerat Mummius, & ei ad bellum Achaicum classis, pedestres, & equestres copie decretæ. Metellus accepto de successore nuncio, omnino studio contendebat bello finem imponere, ne Mummius ciuiis pro gloria compos fieret. Per nuncios itaque Achæis edicit, ut Lacedæmoniis, & alias omnines citataes, quæ se in P. Romæ dicitur elanu tradidissent,

dissent, ab Achaici concessus officio discendere æquo animo ferrent: Id si facere non recusassenst, pristinæ in Romanos contumacia veniam pollicebatur. Eodem tempore in Macedoniam per Thessaliam præter Lamiacum fidum ducit, Critolaus tandem abfuit, ut villam orationem, quæ ad ocium spectaret, admitteret, ut Heraclean recusantem Achæis parere, circuncessam magnis Achæorum copiis tenere ausus fuerit. Cum audisset tamen de speculatoribus Metellum cum exercitu, Sperchiou transisse, Scarphean (Locorum civitas est) confudit: Neque cum posset in iis, quæ sunt inter Heraclean, & Thermo pylas angustiis consistere, Metellum ausus est expectare: Cum ex eo tamen loco Lacedæmonij contra Persas, & contra Gallos Athenienses præclara delissent virtutis documenta, Fugientes prius quem Scarphean se recipierent Metellus assecutus, magnum eorum numerum cecidit, viui haud minus mille capti. Critolaus neque post pugnam ipsam viuus, neque integræ cadavera reportus. Quod si forte in eam se mari demisit paludem, quæ sub Oeta monte est, mirum nihil fuit cæca & profunda voragine absorptum, euaniisse: Sed alia etiam de eius morte coniici possunt.

sunt. Arcadum cohors lectissimorum hominum circiter mille Elateam in Phocidem contenderunt: In eam urbem cum propter veterem nescio quam cognationem recepti fuissent, paulo post Crotolai, & Achaeorum clade cognita, eos inde Phocenses eiecerunt: In Peloponnesum retrocedentes, in Metelli exercitum ad Cheroneam inciderunt: Ibi ad internitionem cœsi, diuinitus scelere suo dignas dedisse pœnas videri possunt, eo potissimum loco à Romanis oppresi, quo Græcos cum Philippo Macedonum rege acie dimicantes defuerant. Achaeorum imperium ad Diaenum rediit, qui quod Miltiades ante pugnam Marathoniam fecerat, imitatus, vocatis ad pileum seruis, & ad arma omni militari æstate Achaeorum, & Arcadum conscripta, exercitum contraxit: Ex collectitia ingenuorum pariter, & seruitiorum turba, equitum sexcentorum, grauis armaturæ peditum quatuordecim milium. Ad imperatorem Achaei vecordiam nihil omnino ad hanc potuit, qui cum ante oculos proprie haberet omnem Achaeorum superiorem apparatum, & infelicem Crotolai pugnam, ex illa tamen delictu ad quatuor milia hominum selegit, eosque duce Alcæmenæ M-

garam misit, quo & urbi præsidio essent, & Metello in Peloponnesum iam inuidenti obfisterent. At ille fuisse ad Cheroneam Arcadibus, Thebas infesto agmine contendit. Obsidebatur tunc à Thebanis vnam cum Achæis Heraclea, & interfuerant sanguinem iidem prælio ad Scarpheam: Metello jam appropinquante Thebanæ mulieres, & cuiusvis atatis viri urbe relista, partim per Boiotiæ agros, & oppida palantes dilapsi, partim in montium iuga confugere. Vacuam urbem ingressus Imperia Roma, neque Delium templo exuri, neque domos euerti passus est: Edicto etiam cauit ne quis fugiens occideretur: Pythean (si caput fuisse) ad se duci iussit: Et is quidem ubi in hostium potestatem venit, ad Metellum perductus, merito affectus est supplicio. Cum iam prope ad Megara mœnia Romanus accederet, statim Alcæmenes cum præfidiariorum manu Corinthum, in Achaeorum castra confugit. Megarenses urbem sine certamine Romanis dediderunt. Metellus ubi primum Isthmum attigit, & si prospere ei omnia euererant, ad pacis tamen conditiones ultra Achæos innitabat: Vehementius enim sollicitabat hominem utriusque belli. Macedouici scilicet, & Achaei conficiendi spes:

Huius quominus fieret voti compos, Dixi
stultitiae plenum consilium obtinuit. Dum
hac aguntur, Mummius Orestem, qui an-
te inter Achaeos, & Lacedæmonios arbi-
ter fuerat, secum habens, ad exercitum
peruenit. Et Metello quidem cum suis
copiis in Macedoniam amandato, ad Isth-
mum ipse vniuersum agmen coegerit. Fuit
militum numerus, equites ter mille &
quingenti, peditem viginti tria milia.
Præsto fuerunt Cretenses sagittarij, &c
Pergamo, quæ supra Caicum est, ab Attalo-
missam manum adduxit Philopœmen. Se-
cura etiam auxilia Mummiuum fuerant ex
Italia. Aberant castorum excubiæ duo-
decim fermestadia: Eas Achæi adorti præ-
nimia fiducia dissipatas, multos occidit,
plures loco pulsos usque in castra perse-
quentur, scuta ferè quingenta capta.
Hoc elati successu, priores pugnam posse
re sunt ausi: Verum ubi Mummius in ho-
stem aciem direxit. Achæorum equita-
tus ad primum Romanorum equitum con-
tra quos steterat, imprecisionem, in fugam
se dedit: Sustinuit grauis hostium arma-
tura primum Romani peditatus congres-
sum, & si animos non mediocriter frege-
rat subita illa equitum fuga. Et sola qui-
dem audacia longe impares numero, &
iam

147
iam dimicando fatigati, & resliterunt tan-
tem, quoisque mille hominum lectissi-
morum globus et transuerso in latera in-
trauerunt. Tunc enim ex omni parte ef-
fusimam fugam fecerunt. Quod si Diæus
ab aduerso prælio Corinthum se recepisset,
eodemque dispersas suorum reli-
quias coegerit, potuissent fortasse A-
chæi à Mummiio obsidionis moram non
satis a quo animo paciente, mitius ali-
quid imperiare. At ille ut primum sui
terga hosti vertere ceperunt, recta Me-
galopolin evanit: In Achæis seruandis
haudquam ea usus animi magnitudi-
ne, qua Callistratus Empedi filius olim
suorum saluti consuluerat. Is enim in
Sicilia ad Asinarum annem Atheniensium,
& eorum qui eius expeditionis fo-
ciis fuerant copiis prope ad Internicionem
deletis per medios hostes equitibus, quo-
rum ipse dux erat, viam fecit. Ac deinde
Cataneum cum magna suorum parte in-
colinis elapsus, mox eadem via Syracu-
sas pergens, eos opprimere est cōnatus,
qui castra Atheniensium diripiebant.
Ibi quinque ex hostium numero casis,
ipse equo saepe aliquot letalibus vulne-
ribus acceptis, parva & Atheniensibus, &
ubi insigni gloria, seruatisque quibus im-
miserunt.

perarat equitibus mortem oppetiit. At Diaus illius virtutem minimè amulatus, amissis Achaeorum copiis Megalopolitanis imminentis calamitatis nuncium attulit. Ac postremo manu sua uxore, ne captiuia in hostium potestatem veniret, occisa, hausto veneno occubuit. Et sanè ut pecunia cupiditate Menalcidæ par fuit, sic propemodum vita extum habuit mortis turpitudine consimilimum. Achæi qui Corinthum confugerant, intendentibus se noctis tenebris clam abidere, & cum illis Corinthiorum longe maximus numerus. Mummius, & si apertas videbat portas, suorum tamen celeritatem cohibuit, quod ne intra muros insidie comparatae fuissent, metuebat. Terro demum post pugnam die Corinthum funditus evertit, cremanque. Viri omnes trucidati, foeminæ, & pueri Mummij iussu sub corona venditi. Venditi etiam serui, quicunque manus missi in Achaeorum acie stererant, neque in prælio ceciderant. Ornamenta, & signa admiratione quæque dignissima Romanam asportata. Reliqua Attali auxiliorum duci Philopœmieni donata. Et hac ipsa etiam ætate apud Pergamenos inter cetera Corinthiorum spolia visuntur. Alia-

rum urbium, quæ contra Rom. bellum suscepserant, muros Mummius deiecit, armis ciuibus ademit: Atque hac omnia egit priusquam ab yrbe mitterentur, quorū cōsilio in Græcia rebus ordinandis vtereatur. Vbi verò adfuerunt illi, statim omnem è ciuitatibus popularem administrationem susluit. Magistratus ex censu instituti. Tributa vniuersæ Græcia imposta. Locupletibus extra fines suos agri possessione interdictum. Concilia omnia singulatum Achæar nationum, sive in Boeotia, sive in Phocensisibus haberentur, abolita. Non multis post annis Romano's Græcorum misericordia ceperit: Quare & prisca concilia sua omique genti restituta, & agrós extra fines habere permisum remissa etiam, quas Mummius ciuitatibus constituerat, multæ. Boeotio's enim ille, & Eubœenses Heracleotis talenta centum, Achæos Lacedæmoniis ceteri pendere iusserat. Hac illis ciuitatibus pecunia omnis à Romanis condonata. Porro redacta vniuersa Græcia in provincias formam mittitur ad eam obtinendam ex urbe Praetor, quem Achæa, non Græcia appellant, quod scilicet Græci subalti sunt principatum obtinentibus Achæis. Confectum est Achaicum belum.

Iupi, summum magistratum Athenis gerente. Antitheo, Olympiade c. l. x. qua de stadio vicitor est renunciatus Diodorus Sicyonius. Atque his quidem temporibus Gracia iampridem multis lacerata, & vexata aduersis rerum casibus, serpente à singulis membris fani sui, quasi rabe quaedam ad ipsa vniuersi corporis, ut ita dixerim, vitalia, quod reliquum fuit opum, atque imperij amilis. Argos, quæ heroicis olim temporibus potens, & opulenta fuerat ciuitas, translato ad Dorientes regnū, acerbiorē experiri fortunam coepit. Atheniensium rempub. post Peloponnesiaci bellū, & pestilentiae cladem respirantem, & quasi exorientem Macedonum impotentia appresisit. Bœotiiis Thebis Alexandri iracundia exitio fuit. Lacedæmonios Thebani Epaminundæ virtus, ac deinde Achæorum armæ perculere. Postremo Achæorum imperium, cum quasi ex intermissione matrice redidivum fermentum, surgere coarctetur, quominus inualeceret imperatorum suorum obstitit improbitas. Multis post ætatibus, cum ad Neronem Romanorum imperium peruenisset, is Græcia sine Romani imperij detinendo suam reddidit libertatem: Pro ea enim saeculam

niam prædiuitem insulam in prouincia formam rededit: In hoc Neronis saeculum cum intueor, rectissime mihi videtur Plato Aristonis filius dixisse, grauissima quæque & maxime insignia peccata non esse leuiorum, aut mediocrem ingeniorum offensiones, sed ab animi præclara quadam in-dole virtiosa educatione depravata profici sci consueuisse. Sed enim non fuit hoc beneficium Græcis ad diuturnitatē stabile. Nam cum imperij gubernacula Vespasianus tenueret, is Græcos, quæ si patrolo morbo seditione laborantes, coercuit, & annuo vestigali imposito Romanis magistratibus parere iussit, quod diceret libertate vti Græcos iam dedidicisse. Et hæc quidem de Achæorum rebus gestis quæ commemoraremi habui. Agri fines inter Eleos, & Acheos Larissus amnis est, & in ipsa ferè fluminis ripa Mineræ templum, quod Larissæ dicitur. Abest à Larisco Achæorum vrbs Dyme stadia fermè quadringenta: Hanc Philippus Demetrii filius bellum cum Achæis gerens, vnam ex omnibus, quæ Achæis parentent, dicto audientem habuit: Et hanc vnam ob culpam Olympicus, & ipse Ro. dux militi Dymen diripiendam dedit. Augustus eam postea Patrenibus

attribuit. Priscis temporibus Palea est appellata: Hoc quod nunc habet nominis tunc accepit, cum in Ionum iura concessit. Neque verò satis mihi liquet, vtrum à Dyme stemma indigena, an à Dymante Ae- gimini filio sit nuncupata: Quòd si quis forte elegos legerit, qui ad Oebotæ statuam in Olympia inscripti sunt, is facile de huius vrbis nomine ambigere possit. Oebotæ quidem Dymeo palma de stadio data Olympiade vi. Statua tamen ex Delphico, quodam responso Olympiade non nisi octogesima erecta, ad eam hi versus inscripti.

Oenae Oebotus studium qui vicit Achius.

Per quem Palea clarius enituit.

Sed nihil nominis hæc commutatio, quòd scilicet non Dyme, sed Paleam hi versus nominent, quenquem conturbarit. Prisca enim nomina carminibus aptiora iulicantur: Et ea in primis usurpant Græci poëtae, qui Amphiaraum, & Adraustum Phoroneadas, Erechthiden Theseum solent appellare. In suburbano Dymes agro ad viæ dexteram Sostrati sepulchrum extat. Fuit hic indigena adolescentulus, Herculi, ut aiunt, in amoribus: Et superstitem illi Herculem ipsum tumulum puer fecisse memorant, capillumque infer-

rias

rias mississe: Aetate etiamnum mea imminet terræ aggeri pila, cui Herculis sinum insulit. Parentare verò Sostrato populares suos accepi. Habent iidem Dymæ Mineræ ædem, & signum prisci vtrunque operis. Aliud etiam apud Dydymeos Didymænæ matri, & Attæ dedicatum est fanum. Attes quidem hic quisnam fuerit, nihil omnino arcani uspiam coimperi. Hermasianax elegorum scriptor versibus prodidit, Calai Phrygis filium fuisse & ad sobolem fuscipendi planè inutilem editum à matre Cum iam adoleuisset, in Lydiā magistrasse: Tanto verò in honore apud deam fuisse, ut id moleste ferens Iupiter, immanem aprum in Lydorum segetes immiserit, à quo & alij è Lydis, & ipse Attes interemptus fuerit. Fidem rei faciunt Gallogreci Pessinuntis incolæ. Sue enim tanquam impura bestia omnino abstinent. Sed alijs longe sermo de Atte est apud ipsos memoriae consecratus. Ionem fabulantur per somnum in terram semen profidisse, ex eo terræ conceptu Genium humanum quidem figura, sed ambiguo sexu, in lucem prodiisse, agdisten appellatū: Deos mōstro exteritos virilem ei partem excuisse: Ex ea amygdalū enatam, cuius cum

III. 153

kk 5

maturos fructus appetisset Sangarij amnis filia, eoque in sinum abdidisset, cuauis illas quidem: Verum pueram grauidam factam, puerita enixam: Hunc in sylua expositum à capella educatum cum adorauerat, eximia fuisse, & multo quam humana excellentiore pulchritudine: Quos circa acti eius amore captum Agdistin, cum ad virilem atatem peruenisset, Pesuuntem eum propinqui sui misserunt: Ibi cum regis filiam vxorem esset ductus, & iam nuptiale carnea cantaretur, repente Agdistis interueniens tantum Attæ immisit furorem, ut ibi pudenda praecideret: Hoc item sacer ipsius fecit. Agdistin facti pœnituit, quare à Ioue impetravit, ne qua in posterum corporis Attæ pars corrumperetur: aut tabesceret. Hac de Attæ memoria prodita. In Dymeorum finibus Oebotæ cursoris victoriae monumentum extat: qui cum primus ex Achæis Olympiæ coronam meruisset, neque ullum apud ciues suos eo nomine præcipuum honorem esset adeptus, imprecatum Achæi aiunt, ne quis ipsorum vñquam palman Olympicam ferret: Extitit omnino deorum aliquis, cui fuit curæ ratam facere eam Oebotæ execrationem: Id tum demum resciuerunt Achæi, cum se mirantes Olympi-

tarum palmarum compotes fieri vñquam amplius potuisse: Delphos ad oraculum misserunt. Et tunc quidem cum & alia in Oebotæ honorem inservissent, vñique statim in Olympiam misserent, inox Solstatis Pellenaus in stadio pueros vicin. Et hac etiamnum ætate Achæis athletis solenne, ut priusquam in certamen descendiant. Oebotæ parentent, eiisque statuæ victores coronam imponant. Stadia fermè xii. progressis à Dyme Terus amnis in mare decarrit: In cuius prope ripa Athletorum vrbis Olenus olim incolebatur. Et Herculis sane, quivitam, ac res gestas versibus commemoravunt, prope omnes in eo non minimam carminum suorum partem consumplerunt, à quo Oleni rege & quibus muneribus hospitaliter fuerit acceptus: Ac paruum certe ab initio olim fuisse oppidum testatur elegi, quos in Eurytionem centaurum fecit Hermesianax: In sequentibus deinceps temporibus ex Oleno propter ciuitatis imbecillitatem Peras, & Euryteas se incolas recepisse. Ab amne Pero stadia fermè lxxx distat Patrensiūm vrbis, à qua non procul in mare Glaucus amnis erumpit. Qui de Patrensiūm antiquitate monumenta consciunt, eam regionem primū omniū incoluisse in digne-

digenām Eumelum tradunt: Ad eum ex Attica venisse Triptolemum, à quo & fruges acceperit Eumelus, & rationem vrbis condidæ: Et primam quidam vrbem sumpto nomine de terræ cultu Aroan appellatam. Triptolemo consopito Eumeli filium Anthean ad illius currum dracones iungere ausum, & ex eo frumenta serere, de curru vero excussum diem obiisse: Eumelum, & Triptolemum de pueri nomine communi consilio à se conditam vrbem Anthean nuncupasse: Quo tempore tertiam vrbem inter Aroan, Anthean, Messatian eretam memorant. Quæ vero Patrenses prædicant de Libero patre, quod intra Messatian oppidum educatus, quodque ibidem Panum insidiis prope fuerit circumuentus, nihil sermones de Messatis nomine refellens, ipsi sicut rem totam exponendam relinquo. Eiectis deinde ab Achæis Ionibus, Patreus Preugenis filius, Aganoris nepos, Achæos edicto vetuit Anthean, & Messatian incolere: Aroës vero pomerio ampliato veterem oppidi ambitum nouo inclusit, & Aroëa de suo nomine Patras vocavit. Agenor fuit Preugenis pater, Arei filius, Ampycis nepos fuit, Ampyx Deliae filius. Is ab Aegineta, Dereto, Harpalos, Amyclæ, Lacedæmonie ordinem gentilitatis

vrbis ducebat. Hi Patreos natales fuere. Patrenses quidem priuatim aliquando soli ex Achæis omnibus in Aetolian transmiserunt, quo Aetolis veteribus amicis aduersus Gallos auxilium ferrent: Insigni vero clade pluribus præliis accepta fortunis prope omnibus eversi, Patras longe maxima pars reliquere: Hi per agrum dispersi, quo se à terra cultu reciperent, oppida incolere coeperunt Messatin, Anthean, Bolimen, Argyran, Arban. Augustus deinde, vel quod ad nauium appulsum Patras valde esse appositas iudicaret, vel alia quacunque de causa, remigrare omnem illam multitudinem ex illis oppidis Patras iussit: Quin eodem Rhypis Achæorum vrbē funditus eversa multitudinem omnem traduxit. Et solis certe Patrensisbus, ex Achæis omnibus, vt sua libertate vtere oportet, concessit, atque alia in eam ciuitatem beneficia contulit, quibus à se deducetas colonias Romani afficere consueverunt. Est Patrensisbus in arce Laphriæ Diax fanum: Peregrinum Deæ cognomen & ipsum Deæ signum aliunde hic deportatum Calydonem enim, atque adeo universam Aetolian cum peruestisset Augustus, quo Nicopolin à se conditam vrbem ad Actium promontoriū nobilitaret, Aetolicum

158 PAVSAN. ACHAICA SIVE
tolicū hoc Laphriæ simulachrū Patrēsibus
datū. Nā cū multa, quæ Aerolis, & Arcana-
nibus ademerat, signa, Nicopolin trāspor-
tanda curaret, de spoliis Calydonis, & a-
lia ornamenta Patrēsibus, & hoc ipsum
Laphriæ Dianaë signum donavit, quod hac
ipsa etiam ætate à Patrēsibus in arce co-
litur. Cognomen deæ inditum à Phocen-
fi homine tradunt. Laphriæ enim Ca-
stalijs fratrem, priscum Dianaë signum apud
Calydonios dedicasse. Sunt qui ex eo id co-
gnominis extitisse putent, quod temporis
longiore spacio fuisset leuior in Calydoni-
os Deæ ira, quam ante grauissimam
aduersus Oeneum exercuerat. Præfere
signum venaticis habitum, ex ebore ve-
ro, & auro est fabricatum. Opifices fuere
Naupactii Menetchnus, & Soidas, quos
Cannacho Steyonio, & collone Aegineta,
non multo ætate postea inferiores coni-
ciunt. Laphriæ annue sartum lacrum pa-
trio ritu Patreses faciunt. Viriditæ ligna
se decim cubitum longitudine circa aram
in orbem disponunt: inter aram Aridis-
ma. Clavum ad aram sub festum diem
subacto limo ad gradus aggosto extrahunt.
Pompa deæ magnificestissimo appa-
reatu transmittant. In ea Virgo, qua sacer-
dotio fungitur, postrema ostiuli certuo-
rum modis

LIBER VI. 159
rum biungo currū inuehitur. Postero die
sacra rite celebrantur magno cum publi-
co tum priuato omnium studio. Intrâ aræ
septum viuentia animalia coniiciunt, esca-
lentas aues, & cunis generis victimas,
apros etiam ceruos, capreas, loporum, &
vrsorum catulos nonnulli prægrandes, &
adultas iam feras. Addunt & pomiferarum
cuiusvis generis arborum fractus. Immis-
sis ignibus, vrsos vidi, & alias feras in ex-
teriorē aræ partem flaminarum impetu
eictas, nonnullas etiam è vinculis elapsas.
Omnes è fuga reportatas in regnum repon-
nunt. Neque omnino vñquam vt à fera
quisquam villa läderetur, ut ipsi aiuot, con-
tigit. Est inter Laphriæ Dianaë aram
& aram, Eurypyli monumentum. Hic
quisnam fuerit, & quam ob causam, huc
venerit, iam expónam, si prius tamen sub
Eurypyli aduentum, qui fuerit in his locis
homiuum status enarrauerit. Tenentibus
Aroën, Anthean, & Messatin Tonibus, in
domo quadam sacra fuit area, & aedes Dia-
nae cognomento Triclaria. Huic quotan-
nis festos dies agitabant, & lectisternium
faciebant tones. Sacerdotium penes vir-
ginem erat, usque dum illa nubaret. Acci-
disse autem aiunt, ut cum hoc finge-
tur sacerdotio virgo extimia admodum spe-
cie

cie Comæthò nomine, eius amore Melanippus caperetur, adolescens cum cætera is laudibus, tum verò corporis forma equa-
lium suorum longè præstantissimus. Hic cum amore sibi mutuo puellam deuin-
xisset, vxorem eam à patre sibi poposcit. Enim uero est ita natura comparatum, ut
senes quavis in re iuuenibus aduersen-
tur: Atque in primis, oblii se iuuenes
aliquando fuisse, eorum sint amoribus
oppido quām infensi. Quare nihil iuue-
nis æquum, aut mitè vel à suis, vel à puer-
læ parentibus impetrare potuit. Sed enim
quantum cum ad humana, tum ad diuina
iura violanda vim habeat amor, & alia
sepe rerum euenta, & Melanippi casus
facile declarauit. Etenim in ipsa Diana
æde iuuenes congressi, cupiditatem suam
explorunt, ac sèpius deinde templo æquè
ac thalamo geniali abusi sunt. Atque illi
quidem breui morbo consumpti, impietatis
pœnas Diana dedere: Consecuta ve-
rò est ex læsi numinis ira summa terræ
sterilitas, & miseranda hominum lues: in-
dicauit tandem Delphici oraculi vox,
Melanippi, & Comæthūs libidinem tan-
tae calamitatis causam fuisse: & simul Dia-
nam placari posse docuit, si quotannis vir-
go, & puer, qui forma essent præstatiissima,

deæ

deæ maſtarentur. Cum sacrum itaque fie-
ri institutum fuisset, ex eo fluuius, qui Tri-
clarizæ Diana templum præterlabitur,
Amelichus, quod est ac si Immitem dixer-
is, est appellatus: Nam ante sine vlo fuit
nomine. Attulit Melanipi, & Comæthūs
inceustum facinus, pueris, & virginibus, qui
nulli ipsi culpæ affines fuerant, perni-
ciem, & eorum parentibus iuctum: Ipsi
verò, quos maximè noxios esse oportuit,
pœnam omnem morte effugerunt: Sed
amatoribus longissimæ vitæ instar for-
tasse fuit fructus is, quem ex amoribus
suis capere potuerunt. Sacri tam imma-
nis eum memorant finem fuisse: Quod
cum ex Delphici Apollinis oraculo co-
gnouissent, à peregrino aliquando rege,
peregrinum item deum importatum iri,
ac tunc dénum desituros humana hostia
facere. Ilio capto in diuisione præde En-
rypylo Euæmonis filio arca obtigit, in
qua inclusum fuerat Liberi patris si-
gnum, quod à Vulcano fabricatum putab-
ant: dono verò à Ioue Dardano datum.
De ea arca duplex sermo proditur: Alij
enim ab Aenea in fugam iant se conii-
ciente relictam, alijs à Cassandriæ dedita
opera abiectam dixere, cum sciret illa ma-
gao Græcorum alicui, qui eam forte su-

stulisset, malo futuram. Arca Eurypylus aperta, statim ut simulachrum conspexit, mentis impos est factus. Atque adeo, ut cum perpetua prope agitaretur insania, ratio admodum ratione veteretur. Quare cum ita esset affectus, non in Thessaliam suæ cursum nauigationis direxit, sed cum Cirrham per Cirrhæum sinum applicuisset, oraculum quanam ratione furoris illo morbo liberari posset, consuluit: Responsum verò ei redditum, ut quo in loco homines offendisset externo ritu sacrum facientes, ibi arcam expositam dedicaret, & ipse sedem ibidem suam statueret: Delatus inde ventis Aroso Eurypylus, cum in litus descenderet, forte in illud incidit tempus, quo ad Triclaricę aram puer, & virgo prope erat ut maestarentur: Atque ille quidem haud magno negotio sacrum illud animaduertit cum oraculi voce cōgruere: Redut & iocolis in memoriam, cum regem, quem ante nunquam viderant, & arcam simul conspexissent, quod iam pridem & ipsis prædictum fuerat: Ac, quod res erat, illa arca dei cuiuspiam signum contineri suspiciati sunt. Hic rei fortuitus euentus Eurypylum insania, sacri infamia oppidanos liberavit, & fluvius mutato nomine, Melichus, quod mi-

tem

tem significat, cœptus est appellari. Scripte nonnulli non accidisse quæ commemoauimus Eurypylo Theffalo, sed Eurypylum Dexameni Oleni regis filium ab Hercule, cuius in oppugnatione Ilij comes fuerat, arcam accepisse. Quadrantalia cum superiore expositione. Sed enim neque Herculem adduci possum quid in arca abditum esset ignorasse, vel id si recessisset, fatale donum belli duntaxat sociate sibi coniuncto homini datum fuisse. Patrenses quidem ipsi Eurypylū unum ex antiquitat's patris monimentis norunt Euemonis filium, cui parentalia faciunt anniversaria post Liberi patris sacrum: Deo cognomen, qui in arcam fuerat abditus, Asympnetes. Præsunt eius religioni nouem viri è ciuitatis principibus, & foemina primaria totidem: Ac per dies quidem festos, nocte una signum ex arca deponit sacerdos: Ea nox hanc habet solemnis pompa quasi prærogatiu:m. Descendunt ad Melichum flumum oppidanorum liberi cum spicis coronis, & eodem omnino ornatu, quo ad aram Dianę, qui maestandi erant, deducebantur. Eas coronas deae suspendunt. Ac deinde ubi se flumine abluerint, nouis ex hedera assumptis coronis recta ad Asympnetæ sanū pio-

cedunt. Ad hunc propemodum ritum sacrum peragitur. Intra Laphriæ ambitum Mineruæ etiam ædes est cognomento Par-nachæidis, cuius signum ex auro, & ebore. Descendentibus ad inferiorem vrbis partem, est matris Dindymenes delubrum, in quo Attes etiam colitur, & si nullum eius monstratur signum, nam Magnæ matris ipsius marmoreum est. In foro Iouis Olympij templum est: Sedet ipse in solio, prope adstante Minerua. Secundū Olympij Iunonis est simulachrum. Apollini etiā fanum dedicarunt: Dei nudum est ex gre signum, pedibus tātū calceatis, quorum altero bouis caluæ insistit: Delectatum verò bobus Apollinem, in hymno, quem in Mercurium fecit, docet Alcæus, boues erexitas Apollini à Mercurio memorans. Sed ante Alcæum versibus prodidit suis Homerus, certa mercede, Laomedontis armata Apollinem pauisse: Idemque ita loquenter Neptunum fecit.

*Ipse ego Troianam vallabam mænibus urbem
Tam lati, pulchrisq; vt in expugnabilis esset:
Actu Phœbe boues camuras tūc pastor agebas.
In foro sub diu positum est Mineruæ signum, in cuius fronte est Patrei sepulchrū.
Cum foro Odeum, quod est ac si Castile-
narium dixeris, coniunctū est: in eo Apol-
linis*

linis simulachrum eximia admodum specie: De manubiis illud Patrenses fecere, cum ex Achæis omnibus soli, Aetolis contra Gallos auxilium tulere. Exornatum Odeum illud est omnium, quæ in Græcia sunt, magnificètissimè, excepto duntaxat eo, quod Athenis est: Illud enim & magnitudine, & ornamentorum insignibus facile superat quorumuis operum splendorē. Ab Herode verò Attico in mortuæ vxoris memoriam est dedicatum. Eius certe operis in commentario de rebus Atticis idcirco nullam fecimus mentionem, quod eam historiam ante quām Herodes Atticus ex adificationem illam instituisset perscripsieramus. Sed ad Patrenses redeo. E foro abeuntibus, qua parte est Apollinis ædes, porta est in eovrbis exitu, & supra portam inauratae statuæ puerorum eminent, Patreus, Preugenæ, Atherion: Qui dum Patreus puer esset, eius æquales fuere. In aduersa fori regione, fanum est cum area sacra Dianæ Limnatidis. Aiunt tenentibus iam tum ab initio Lacedæmonia, & Argos Dorienibus, Preugenem ex quodam somnio Limnatidis signum Spartanis eripuisse: in ea re serui, cui fidem habebat maximam, opera vsum: Mesoæ reliquo tempore seruatur, quo à Preugene primum est è

Sparta deportatum: Verum ipso Limnati-
dis festo die è sacris seruis viuis transfert
illud Patras, in aream dæ. In ea area sunt
& alias sacrae ædes in operto, ad quas per
porticus quasdam est aditus. Ibi Aescula-
pij signum, præter vestem, è marmore, Mi-
neruæ ex ebore, & auro est fabricatum.
Ante Mineruæ templum Preugenis sepul-
chrum est, ad quod anniversaria fit paren-
tatio, eo ipso tempore, quo Limnatidi so-
lennia peraguntur sacra. Nō longe à thea-
tro ædes duæ sunt, Nemesis una, Veneris
altera, utraque insigni magnitudine. Dea-
rum signa è candido marmore sunt. In ea-
dem vrbis regione Liberi patris, cui co-
gnomen Calydonio (est enim dei signum
è Calydone deportatum), Fuit dum Caly-
don stetit, inter alios Liberi sacerdotes Co-
resus, cui ex amore acerbissimi casus eue-
nere. Amabat hic Callirrhoen virginem,
& quanto erat Coresi amor vehementior,
tanto erat puellæ animus ab eius cupidita-
te alienior. Quare cum neque precum ne-
que munerum ullo genere, omnia exper-
tus Coresus, virginem flectere potuisset,
postremo supplex ad Liberi signum con-
git, veniam poscens. Non fuit irrata sa-
cerdotis precatio, siquidem incessit statim
Calydoniis ebrietati persimilis quidam

furor, ex quo passim populari vesaniæ
morbo interribant: In ea lue Dodonæ ora-
culum cōsuleendum cesuerunt: Erat enim
illis temporibus apud eius oræ incolas
Aetolos, & eorum finitos Acarnanas, &
Epirotas columbarum, quæ è queru re-
sponta dabant, eorum populorum fide san-
cta, valde inclita fama. Responsum qui
missi fuerant tulere, placandum Liberum,
cuius ira tantum apportasset perniciem.
Esse verò placandi numinis vnam illam
rationem, si ad eius aram Coresus, vel
Callirrhoen immolasset, vel alium, qui se
pro illa deuouisset. Puella cum frustra
deprecando, ne imperrato quidem eorum,
à quibus educata fuerat, auxilio, cædi de-
stinata esset: Et iis omnibus comparatis,
quæ ad sacrum rite peragendum in prom-
ptu esse oportere Dodonæ Iouis oracu-
lum moquerat, cum insulis victimæ orna-
tu ad aram iam deducta fuisset: Coresus
ipse, qui sacris præerat, amore victimus, nihil
iam pristinæ in puellam iræ indulgens, se
ipsum pro illa occidit. Ac dedit ille om-
nium, quorum extet memoria, maximè
sæcum amoris specimen. Commota rei
spectaculo Callirrhoë animum flexit, &
in commiserationem tam diri casus ver-
sa, & ipsa semet ad fontem, qui nam pro-

cul abest à Calydonis portu, iugulauit: Eum fontem posteri de pueræ nomine nuncuparunt. Est apud Patrenses non longe à theatro indigenæ cuiusdam fœminæ sacrarium, in quo Liberi signa totidem, quæ sunt oppida Achæorum, & iisdem prope nominibus, Mesateus, Antheus, & Areus. Signa hæc, ipsis liberilibus, in Aesymnetæ deportant. Templum in maritima vrbis parte situm est, ad eius viæ, qua è foro exitus patet, dexteram. Descendentibus ab Aesymnetæ, aliud conspicias è lapide signum, quod Salutis nuncupatur, dedicatum aiunt iam tum ab Eurypilo, cum insanæ morbo liberatus fuisset. Proximè ad portum Neptuni ædes est, cum signo marmoreo cuius restus est status. Neptunum quidem, præter ea cognomina, quæ à poëtis facta sunt, ornandi carminis causa, suis gentes prope singule patriis appellantur nominibus. Communia vero ferè omnibus, & maximè insignia, Pelagæus, Asphaliaeus, & Hippius: Ad mare, & portuum securitatem priora videntur cognomenta pertinere: hoc postremum, quod equestrem significat, alius alia de causa Deo inditum suspicari possit. Ego ex eo coniicio, quod equitacionem primus Neptunus ingenisse dicatur.

tur. Homerus quidem, quo loco certamen equorum describit, Menelaum facit iuslurandum concipientem, per huius ipsius dei numen.

*Enage equos tangens Neptuni numina iura
Fraude meos nulla prudens tardare ingales.*
Pamphus verò apud Athenienses hymnorum maximè priscus author, Neptunum appellat equorum, ac turritarum, velatarumque nauium largitorem. Satis itaque probabile non aliunde eum, quam ab equitatione nomen adeptum. Patris quidem non procul à Neptuni, Veneris tēpla sunt: Deæ signum è duobus, quæ ibi dedicata sunt, alterum è mari pescatores funda extraxerunt, aliquot ante ætatem meam annis. Sunt & ante portum ex ære Martis signa. Est sacra etiam Apollini, & Veneri communis area, cum ipso ferè portu conjuncta. Simulachris os, manus, & imipedes è marmore, reliquæ partes è ligno sunt. Est etiam in ipsa maritima ora Lucus, in quo curricula luculenta, & æstiuæ stationes valde elegantes. In eodem luco Apollinis, & veneris delubra spectantur cum signis marmoreis. Proximum luco est Cereris fanum: Dea ipsa, & Proserpina stant. Telluris effigies in solio sedet. Pro Cereris æde fons est, qui à tem-

plo lapideo pariete secluditur: Ad eum fontem per exteriorem tramitem descenditur. Ibi oraculum maximè veridicum est. Cognoscuntur ex eo non reium omnium, sed morborum duntaxat euentus. Speculum tenui suspensum funiculo demittunt, ut in fonte omnino non mergatur, sed imo ambitu summam aquam contingat. Vbi odores adoleuerint, & rite deam precati fuerint, inspiciunt in speculum, & ex eius imaginibus peritrusne, an victurus iugiter sit, de quo consulerunt, diuinant. Neque latius omnino huius aquæ diuinatio patet. Est verò in Cyaneis ad Lyciae fines Apollinis Thyrxei oraculum, Cyaneis petris proximum, ubi qui in fontem descenderit, plane omnia quæcumque velit praescire posse dicitur. In Patrensi loco duo sunt Serapidis templia in quorum altero Aegypti Beli filij sepulchrum. Aegyptum Aroen venisse tradunt Patrenses, filiorum luctu confectum, cum ipsum Argorum nomen exhorresceret, & in primis à Danao sibi plurimum metueret. Est etiam apud Patrenses supra arcem, ad ipsam oppidi portam, per quam exeunt qui Messalin iter habent, Aesculapij templum. Fœminarum Patris quam virorum duplo ferè

maior est numerus, & hæ quidem si quæ aliae ad venerem pronæ: Texendis è byssfo Eliaca reticulis, & alia veste earum complures victimæ queritant. Pharæ Achæorum oppidum Patrensis est ab Augusto attributum. Via interest stadium centum, & quinquaginta. A mari verò ad continentem superiorem oram stadium interuallum circiter lxx. Præterfluit Pharenium agrum fluuius Pierus: idem opinor qui & Oleni ruinas præterlabitur, quem maris accolæ Perum nominant. In eius ripis platanorum lucus est, tanta arborum magnitudine ex ipsa vetustate, ut intra caveras (multæ enim concavæ sunt) qui velint & epulari, & recumbere possint. Fori area magno, & late patentí ambitu est, quo scilicet spatio esse consueverant prisorum fora. In medio Mercurij marmoreum signum, cum barba, è quadra ta basi emineus, modica magnitudine. Testatur inscriptio à Messenio simulo dedicatum. Cognomen ei est Agoræ, quod idem omnino est ac si Forensem dicas. Proximo loco oraculum est. Ante Mercurij signum Vesta, & ipsa marmorea: Apositæ ei sunt plumbo ferruminatae ænæ lucernulae. Qui Deum consulunt, Vestam primum thure incenso placant,

deinde oleo infuso lucernas accendunt: Tum verò in aræ dextera parte nummum patria nota signatnm , appellant æreum, dedicant. Vbi quod ex vsu fuerit rogarit, aurem simulachro admonet, inde è foro abiens manibus aures premit: Vbi è foro excessit amota manu quam primum excepit vocem eam sibi oraculi loco dicit. Eadem apud Aegyptios in Serapidis celebratur oraculi religio. Est item Pharis aqua Mercurio sacra , Hama fonti nomen : Piscibus parcunt, quòd sacros Deo putant. Prope ipsum Dei signum lapides ferè x x x . errecti sunt quadrangula figura: singulos certis deorum nominibus appellantes venerantur. Et sanè Græcis olim omnibus patrium fuit rudes lapides prodis perinde ac simulachra ipsa colere. Est procul ab oppido stadia fermè x v. Castoris, & Pollucis lucus , lauris consitus plurimis : Aedes verò , aut signa in eo omnino nulla : Aiunt incolæ Romam quæ fuerant deportata: Ara tantum extat lapide exquisito extracta. Oppidani pro certo non habent Pharés ne Philodamea Danai filia natus , an alias quis illi cognomen, eam urbem condiderit. Tritia quidem Achæorum & ipsa vrbis à litore interior, Patrensisbus, hæc quoque attributa Cæsa-

ris voluntate. Abest à Pharis stadia centum & viginti. In suburbano agro , Sepulchrum visitur candido lapide extructum, insigne illud quidem , cum reliquo opere , tum maximè quòd in eo Niciæ ostenduntur picturæ. In sella sedet eximia specie puella: Adsistit puellæ ancilla, cum galericulo , & adolescentulus planè impuber tunica amictus , & supra tunicam punicea chlamyde. Sequitur eum seruulus cum iaculo venaticos canes ducent. Nomina certe cognoscere non potuimus , sed facile fuit coniicere illud esse viri, & vxoris monumentum. Tritiæ quidem conditorem Celbidam sunt qui dicant fuisse: Venisse verò illum è Cumis Opicæ terræ. Alij à Marte tradidere Tritiam Tritonis filiam compressam. Fuisse eam Mineruæ sacerdotē dum virgo esset: Melanippum Marte & Tritia natum , vrbem condidisse , & à se auëtam de matris nomine appellasse. Est Tritiæ fanum quod Maximorum deorum vocatur. Simulachra fictilia sunt. Sacra his non alio ritu fiunt , quælibet Libero patrè apud cunctos ferè Græcos. Mineruæ etiam ædes extat: Deæ signunt marmoreum hac ætate cernitur: Priscum Romanum fuisse depositum Tritænenses ipsi memorant. Eodem

in templo Marti etiam, & Tritiæ solenne habent rem diuiuam facere. Atque hæ quidem procul à mari, & planè interiores in continentia terra oppida sunt. Navigantibus Aegium à Patris, distat stadia quinquaginta promontorium, cui nomen Rhion, portus ab opportunitate Panormus, longe abest à promontorio stadia xv. Totidem à Panormo distant qui Mineruæ muri dicuntur: A quibus ad portum, cui Caprifici nomen, oram legentibus interuallum stadi. x c. Inde ad Aegium l. x. pedestre iter breuius stadi. x l. Paululum abest ab ipso Patrensiū oppido Mellicus amnis, & Triclariæ templum, in quo signum omnino nullum reliquum est. Ad viæ dexteram hæc sunt. Paulò longius progressis aliis est amnis, cui Charadrus nomen, è quo, quæ potarint pecudes mares gignere creduntur fœtuum partem maximam, rāque de causa pastores aliorum greges agunt, præter bouillum tamen pecus. Id ab eo flumine idcirco non reiicint, quod mares, & ad vsum sacrorum, & ad agrorum cultum magis idoneos esse arbitrantur. Cæteri pecoris fœminas maiore multo aestimatione dignantur. Secundum Charadrum ruinæ sunt non magnopere insignes Argyræ vrbis, &

ad

ad dexteram viæ popularis fons Argyra, & Selemnus fluuius in mare ea parte exit. De eo indigenarum est peruulgata fabula. Selemnus egregia forma puerum armatum ab Argyra nymphâ, illam è mari subnatantem, in fluminis alueo cum puer cubare solitam: Non longo post temporis interuallo, cum pueri forma defloruit, ad eum accedere nympham desisse. Desiderio puerum contabuisse, & à Veneri in amnem mutatum. Verum cum in aquam etiam versus puellæ amore teneretur (hæc enim ipsi Patrenses memorant) ad eam (vti de Alpheo, & Arethusa proditum est) aquas subiens penetrabatur: donec Veneris munere nymphæ puerum cepit obliuio. Inde eam vim Selemnus habere creditum, vt qui viri, quæve fœminæ se in eo abluerint, amorum suorum obliuiscantur: Quod nisi commentitum esset, quantauis pecunia videri posset, ea Selemini aqua preciosior. Ab Argyra modico interuallo fluuius abest Bolinus: Fuit ei proxima olim Bolina vrbis. Virginem ab Apolline, cui Bolina nomen, amatam tradunt, quæ fugiens in mare se proximum abiecerit, ac postea Apollinis miseratione immortalitatem sit adepta. Promontorium inde mari imminet. In hoc

hoc ipsum mare fabula vulgauit, Saturnum falcam abiecisse, Cœlum patrem cum execuissest, & ex eo promontorium Drepandum vocatum. Paululum supra militarem viam cernuntur Rhypum rui-
næ: Ab illis distat Aegium stadia circiter xxx. Agrum præterlabitur fluuius Phœnix, & item Meganitas, ambo in mare influunt. Porticus suburbana Strato-
ni athletæ ercta, qui Olympiæ eodem die pancratij, & luctæ coronas cepit, quo certum vbi se exerceret locum haberet. Habent Aegientes vetustum Lucinæ fa-
num: Deæ ligneum signum à vertice ad calcem tenui carbaso velatum, præter os tamen, summas manus, & pedes. Sunt verò quæ non teguntur partes è marmore Pentelico. Alteram manum porri-
git, altera facem præfert. Attributas ei faces ex eo suspicari possis, quod partu-
rientes dolores yrere videantur, vel quod ipsa in lucem fœtus profert: Simula-
chrum illud fecit Damophon Messenius. Non longe à Lucinæ, est sacra Aesculapio ara, in qua Hygeæ sunt, & Aesculapij ipsius signa: In basi incisi iambi indi-
cant, Messenij Damophontis opus esse. In hoc Aesculapij templo altercatio mihi
fuit cum Sidonio homine, qui & rerum omnia

omnium diuinarum peritores esse Phœ-
nicas, quām Græcos contendebat, tum verò & inter ipsos aiebat Aesculapij pa-
trem Apollinem celebrari: Matrem verò ei mortalem fuisse negabat. Aescu-
lapium enim aliud nihil quām aërem esse
ex quo Bona valetudo, quam Græci Hy-
giean appellant, tam homini, quām cun-
ditis aliis animantibus, existeret: Apolli-
nem, qui Sol ipse est, iure patrem Ae-
sculapij perhiberi, quod anniversarias vi-
cissitudines cursu conficiens suo, aëri sa-
lubritatem impertiat. Hæc ego illi faci-
le assentiebar, sed non esse magis Phœ-
nicum eam opinionem, quām Græcorum
ostendebam: Cum Titane etiam, quod est
Sicyoniorum oppidum, Aesculapij si-
gnum, salubritatis dicatur. Esse verò
vel puer manifestum aiebam, corporum
salubritatem Solis cursu effici. Est item
apud Aegientes Mineræ delubrum, &
Iunonis lucus. Mineræ ipsius duo sunt
è candido lapide signa. At Iunonis ne-
mini præter eam mulierem cui sacerdo-
tium obtigit fas aspicere. Liberi etiam
ædes proxima theatro: Signum impube-
riore est. In foro Louis est area, cognome-
to Seruatoris, & in primo sanè fori
aditu ad laevam simulachra ænea duo, quo-
m m

rum alterum imberbis effigiem præ se ferens, multo esse videtur antiquius. At ænea signa, quæ recta per militarem viam progessis, in cella quendam Neptuno, & Herculi dicata sunt, Argeos nuncupant, vel quod (vt Argiui dicunt) Argis fabricata fuerint, vel (quod Aegienses ipsi vulgarunt) deposita illa apud se ab Argiuis, asseruant: Quibus cum iussi essent coridie sacra facere, quo id sine publica impensa fieret, excogitasse, vt ea ipsa, quibus postea in epulacionibus vescerentur, dis quem diuinam facerent, consecrarent: sed enim cum depositum aliquando repetissent Argiui, se quoque repertisse, quam in sacra erogasset pecuniam, illos cum soluendo non essent, signa reliquisse. Prope forum communis Apollini, & Dianaæ ædes dedicata est. In foro etiam est Diana templum, sagittas dea eiacylantis effigiem præ se fert. Est etiam Talthybij caduceatoris sepulchrum, cui Spartæ quoque tumulus est aggesta terra extrusus: Vtraque ciuitas Talthybio parentat. In maritima Ae- gij parte Veneris delubrum est: Neptuni deinde: Proserpinæ etiam, & Ioui Homagyrion, quod est ac si Congregatori diccas, templo dedicata fuere. In Iouis,

dei

dei ipsius, Veneris, & Mineruæ signa extant. Homagyrion cognomine appellarunt, quod in hunc locum Græcia principes Agamemnon coegerit, quo de illorum sententia consilium caperet, quæ foret Priami regnum bello adorandi optimaria ratio. Agamemnoni ipsi & alia potuerunt laudes attribui, & ea summa fuit omnium, quod semel habitu delestu, cum iis tantum qui nomina dederant, nullo euocato e Græcia supplemento, & Ilium & finitimas vrbes expugnat. Proximum est Homagyrion Panachææ Cereris fanum. Sunt in Aegiensem litore eodem in quo templum, hæc memoratu digna. Aqua perennis, & ex ipso capite bibentibus suauissima. Salutis fanum, in quo signum cernere fas nemini præter eos, qui sacerdotio funguntur. Ibi sacra, & alia ritè peragunt, & ex ara sumpta liba in mare porciunt, mittere se illa Arethusæ Syracusas testantes. Sunt & alia apud Aegienses ex ere fabricata signa, Iupiter puerili facie, & Hercules impuber, Ageladæ Argiui opera: His deliguntur quotannis sacerdotes, quorum in ædibus asseruantur signa: Priscis quidem:

m m 2.

180 PAVSA. ACHAICA SIVE
temporibus decernebantur Iouis sacer-
dotia pueris, qui primas pulchritudinis
tulissent: Quibus iam pubescentibus
alij succedebant. Hæ patriæ Aegensi-
bus religiones. Conuentus autem apud
eos Achæorum, hac etiam ætate celebra-
tur, vti ad Thermopylas, & Delphos, Am-
phictyonum. Hinc progres sis, amnis
Selenus, & ab Aegio stadium interuallo
x l. vicus est Helice, frequentis olim vr-
bis nomen. In ea fuit Ionibus religio-
fissimum Neptuni Heliconij templum.
Mansisse apud se cultum eius dei memo-
rant à quo primum tempore ad Achiuis
eiecti, Athenas primum, atque inde post
ea ad maritimam oram configere. In
Milesiis etiam, qua ad Bibliadem fon-
tem iter est, ante ipsam vrbem ara mon-
stratur Heliconi. Et item apud Teios
ambitus, & ara Heliconij est planè opere
spectando. Quid & Homerus Helices, &
Heliconij Neptuni mentionē versibus in-
seruit suis. Interiecto dein tempore, cum
Achæi supplices è templo abstractos truci-
dassent, nō fuit lenta, aut signis Dei ad pœ-
nam reposendam ira. Ingens enim terra,
ac repētinus motus, nō ipsa tantū mœnia,
& ædificiorum superficiem subuertit, sed
vrbis

vrbis etiam totius aream ita obruit, vt ne
vistigia quidem vlla posteris agnoscenda
relinquerentur. Et antè quidem quoties
labes huiusmodi aliqua insignior facta est
quæ terram longe, latèque concusserit,
præcesserunt certa quædam diuinitus re-
rum miracula: Perpetui imbræ: Diuturnæ
siccitates: Tepidæ hyemes: Aestate anni
Solis orbis vel caligine obductus, vel
incensus rutilo, vel subastro liuidus fuit
colore: Fontes exiccati: Ventorum turbines,
quocunque vehementius irrumperent,
præualidas arbores radicibus cōuellerunt.
Iam verò ignes longo flammarum tractu
per cœlum discurrerè. Siderum etiam non
antè conspectæ formæ sape hominibus
pauorem incussere. Densiores præterea
ab ima terra halitus erupere. Tam multis
prodigiis antequam terræ tam violenti
motus euenirent, homines præmonitos
dij voluere. Huius tantæ motionis,
non vnam nobis quasi formam, aut
simplex genus, ij quibus hæc iam pri-
dem inuestigare curæ fuit, & eorum
discipuli, ac sectatores prodidere: Plu-
ribus evim modis tremente terra, af-
fici quæ moueantur animaduertere.

Leuissima est omnium motio (si quid
tamen leue esse possit in tam attroci

malo) quoties quæ in partem vnam impulsæ fuerint, & prope iam solo æquata, obnitens ab imo contrarius quidam motus subrigat, & restituat. Videre itaque est cum terra in hunc modum mouerit, columnas à recto statu iam penè humi deieetas, erigi, & distractas parietum partes denuo coagmentari, trabes etiam loco dimoras in pristinam sedem reponi. Ad hæc fistulas, & qui fastigio ducendis aquis defodiuntur, tabulos, si forte conuulsi discesserint, ad vnguem rursus compingi, ut non aptius fabrorum arte cohærere posse videantur. Diuersus est ab hoc impetus, quo irruente, nulla est testorum, aut meum tam firma superficies, quæ non corrut, ac sternatur, & quæ ac si fuisset bellicis tormentis labefactata. Omnia est in hoc genere pernicioſissimus ille motus, quem cum vitali spiritu similitudinem quandam habere autumant. Sicuti enim ille, febris viè corporis intinis quasi penetralibus quandoque erumpens, tum alibi, tum verò maximè in venis, quæ circa articulum eum sunt, quo extremitum brachium cum manu coniungitur, motus vehementiores eiet: Ita propemodum terræ caueris inclusum spiritum, dum sibi eruptio-

nem molitur, ædificiorum fundamenta magnò impetu subruere: non alio ferme modo, quam terram talpæ subpellentes egerant. Atque hac quidem sauentis veluti terræ trepidatione adeo quæ absorda incenia, domosque subsidere, vt nulla ferè reliqua fiant habitaculorum vestigia. Hoc vastitatis generæ percussum ab imo solo Helicen memorant: Accessisse verò & alteram huiuscmodicladem: Maris Eluvione hysme anni Helicen totam circunquaque incinctam, idsumque Neptuni lucum ita inundatione ea obrutum, vt vix summa extaret arborum cacumina: Quo factum ut repente cum terræ motione violentissima, tum verò effusus maris astu stagnante, vrbs tota cum omni ciuium numero pessum ierit. Talis & vrbem, quæ fuit olim in Sipylo monte, casus deleuit: Et si fuit ille apperientis se terræ hiatus: Ac montis quidem ipsius labæ facta, deluentes aquæ portum effere in extremis eius voragini faucibus, cui nunc Saloënomen. Et sanè in eo portu cernebantur eius vrbis ruinæ priusquam omnia torrentium limo obducerentur. Ruinæ etiam quædam Helices emineat, ea facie, qua esse consueuerunt, quæ mari-

184 PAVS AN. ACHAICA SIVE
nis exesa sunt aquis. Ob violatos quidem
supplices implacabilem esse numinis iram
non Helices modò exitium, sed alia etiam
talium euentorum exempla documento
esse possunt: Extat enim Dodonæi Iouis
oraculum Atheniensibus Aphidantis æta-
te redditum, quo supplices sacrosanctos es-
se debere his versibus monentur.
*Ara tibi Eumenidum fumans, & curia
Martis*
Sint cordi; bue bello domiti nam forte Locones
Suppliciter tristes venient, tu proice tela
Supplicibus parcens, diuum quos iura tuentur.
Hæc redierunt in memoriam Græcis,
cum essent Peloponnesij Athenas adorti
reguante Codro Melanti filio: Tunc enim
ex Attica reliquæ Peloponnesiorum copiæ
retrocesserunt, audita Codri morte, cogni-
tóque mortis genere. Neq; enim ylla fuit
victoria reliqua spes, cum ex Delphici Ap-
ollinis respoſo ſe Codrus deuouiffet.
Ibi qui è spartanis iam intra portas irru-
perant, vbi ſe deſtitutos animaduerterunt
à ſuis, noſte ea delituerunt: Iam verò cum
illuxiſſet, & in eos Atheniensium ex omni
vrbis parte concursus fierent, ad aras dea-
rum, quæ Seueræ appellantur, in Areopagum ſe receperunt. Et tunc quidem inco-
lumes dimiſſi ſunt. Post aliquor deinde
annos

L I B R V I L . 185
annos cum iidem magistratus eos, qui
cum Cydone in arcem ad Mineruæ suppli-
ces confugerant, violaffent, & ipſi, & om-
nies eorum posteri violatæ per cædem re-
ligionis damnati, obnoxij deæ fuere. La-
cedæmonij etiam cum in eos viros ſauif-
ſent, qui supplices in templum Neptuni,
quod ad Tænarum est, euaférant, Sparta
tam vehementibus, tamque crebris terræ
impulsibus concuſta eſt, vt nulla prope do-
mus ruinæ expers fuerit. Deleta eſt ad
internicionem Helice, Asteo Athenis ſum-
mum magistratum gerente, Olympiadis
primæ & centesimæ anno quarto, qua
Damon Thurius vīctor primum renun-
tiatus eſt. Ab Helice, & eius maritima ora
diuertens dextrorūſum ad oppidum perue-
nias in monte conditum ſupra milita-
rem viam, cui Cerynea nomen, ſiue ab eo-
rum locorum regulo, ſiue ab amne pro-
ximo, qui Cerynates dicitur: Profliuit is
è Cerinea Arcadiæ monte, & Achæorum
finitimos agros p̄t̄erlabitur. Huc ali-
quando commigrarunt Mycenæi ex Argi-
uorum finibus profugi, cū Mycenes enim
muros Argui deiicere non potuiffent:
quod validissimi eſſent, atque adeo vt à
Cyclopibus, ſicuti Tirynthis etiam muri,
extructi dicerentur: Postremo fame vici
mm 5

urbem deserere Mycenæi coacti sunt: Eorum alijs Cleonas, sed maior dimidia fere populi pars in Macedoniam ad Alexandrum regem, eum nempe, cui Mardonius Gobrie filius mandata ad Athenienses dedit: Reliqua multitudo Ceryneam confugit. Ea inquinorumi accessio, opulentiorum multo, & clariorem Ceryneam reddidit. In eo oppido Eumenidum fanum est dedicatum ab Oreste tradunt. Huc si quis vel cede, vel quoque incesti aut impietatis genere pollutus intrarit, spectandi causa, statim cum mente capi diris terroribus exagitatum credidere: Quare omnibus etiam alio contingentibus templi aditu interdictum. Dearum signa è ligno: modica magnitudine elaborata. Intra templi vestibulum posita sunt muliebres imagines marmoreæ exquisitæ artis. Seacerdotes eas fuisse Eumenidum putant. E Cerynea reuersos in militarem viam, atque illinc aliquanto longius progressos, relicto ad dexteram mari, deuius trames Buram ducit, quæ in monte ipsa etiam sita fuit: Appellatam verò aiunt à Bura Xuthi, & Hélices filia. Oppidum hoc idem terræ qui Hælicen delevit motus, tam vehementer perculit, ut in templis prisca omnia deorum signa corrue-

corruerint. Hominum iij duntaxat reliqui fuere, qui fortè vel militiae, vel negotijs cu*iuspiam* obeundi causa domo absuissent. Atque iij quidem lapsam, & penè excisam ciuitatem restituere, Buræ ædes est Ceres, Veneris, Liberi patris, & Lucinæ. Horum numinum simulachra è Pentelico lapide sunt, Atheniensis Euclidæ opera. Ceres veste velatur. Habet etiam Isis templum. Quà ad mare descenditur, amnis est Buraicus nomine. In proxima spelunca non vtique magnum Herculis signum Buraico & ipsi cognomen: Oraculi fortes capiuntur ex tabula per talos: Qui consultum venere, precatione ad signum perfecta, votisque nuncupatis, talos, ex ea, quæ in promptu est, copia, iaciunt quatuor super mensam. Inscripti sunt certis notis tali singuli, earum illi notarum interpretationem in tabulis similitudinem secuti requirunt. Ab Helice ad Herculis via dicit recta stadium fermè x x x. Ab hercule discedentes perennis aquæ fluuius excipit, & Arcadiæ monte in mare defluens, nomen & monti in quo fons & flumini Crathis, à quo Italiae fluuius Cratis nomen accepit. Ad hunc Achaicum amnem celebris olim fuit urbs Aegæ, quam postea desertam cū pristinis fuisse spolia

spoliata opibus ferunt. Huius verbis mentionem Homerus fecit, eo quem Iunoni tribuit sermone.

Ast hi grata ferent Helicen tibi munera, & Aegas.

Quod scilicet æquè Helice, atque Aegis Neptunus coleretur. Non ita procul à Crathide ad dexteram viæ sepulchrum offendas, cum equestris viri iam penè aboluta pictura. Ab eo tumulo triginta circiter stadium via Gæum dicit: Telluris id fandum est, quam Eurysternon, idest Latideam pectoris, cognomento nuncupant. Sacerdotium mulieri decernitur, quo statim suscepito, vitam illa agit cœlibem omnem ætatis reliquum tempus: Quanquam & ante eam opportuit cum uno tantum viro matrimonij causa fuisse. Taurini sanguinis haustu periculum faciunt, quo illa epoto, si legi fraudem fecerit, statim flagitium dicitur morte luere. Quod si plures forte sacerdotium petant, sorti creatio committitur. Ad Aegiratarum nauale, cui idem quod Aegiris vrbi nomen est, stadia intersunt LXXII. ab Hercule Buraco. Nihil verò in maritima ora habent Aegiratæ memoratu dignum. A nauali superior vrbs stadia abest XI. appellata ab Homero est Hyperesia, Recentius enim

enim nomen ea vrbs quam Iones ante Coloniam deduxerant, ob huiuscmodi causam accepit. Cum Sicyonij comparato exercitu agrum inuasuri essent, intelligenteraque Hyperasienses nullo se pacto parer illis numero futuros, captas omnes quæ intra fines erant, in unum coegerunt, alligatasque ad cornua faces, intempesta nocte accendere. Hostes ignes eos esse ab auxiliaribus Aegiratarum suspiciati, retro agmen egere. A Capris itaque mutato veteri nomine vrbs Aegira est appellata: Quoque loco ex illis una eximia specie, quæque cæteris dux erat procubuerat, ibi templum Dianæ Agrestis erexere, quod illius propitio numine in mentem sibi venisse interpretati sunt eo dolo hostem eludere. Neque verò continuo nouum nomen inoleuit. Nam sic propemodum Hyperesia nomen mansit, vt Oreum in Eubœa non desunt qui hac ipsa ætate veteri nomine Estian appellant. Habet Aegira quæ literis mandentur digna, Iouis templum, & in eo signum Dei sedens, è Pentelico lapide, Euclidæ Atheniensis opus. Ligneum etiam Mineruæ signum, facie, summis manibus, ac pedibus eburneis, reliquum corpus inauratum, & coloribus distinctum est. Habet & Dianæ eadem cum simulachro quod

190 PAVSAN. ACHAICA SIVE
quod temporis nostri artem præ se fert;
Rem diuinam facit puella ad nubilem
usque ætatem. Extat priscum signum,
quod Iphigeniæ esse dicitant Aegiratae
Agamemnonis filiæ: Id si ita est, credi faci-
le potest, iam tum ab initio ædem fuisse
Iphigeniæ dedicatam. Specandum ipsa
maxime antiquitate Appollinis delu-
brum: Vetera sunt testudinis ornamenta,
vetus ipsum Dei maximè signum, nudum
id est, at que insigni magnitudine, neque
quis fecerit opifex populares habent dice-
re: Qui tamen Sicyone Herculem viderit,
facile ex operum similitudine coniiciat,
utrumque opus fuisse Phliasij Laphais: Sunt
præterea in eodem delubro signa aliquot
Aesculapij stantia, & seorsum Serapidis, &
Isidis è lapide omnia Pentelico. Præ cæte-
ris quidem diis religiosissimè cœlestem
Venerem colunt, in cuius ædem penetrare
viris nefas. In eius verò, quam Syriam no-
minant, deæ non nisi statim diebus intrant,
ubi se, & reliquis certo ritu expiationi-
bus, & victus præcipue moderatione lu-
strauerint: Aedicula etiam quedam Ae-
gira est, in qua Fortunæ signum sum
conficatus Amaltheæ cornu præ se ge-
rens, cui adfisit volucr Cupido. Signi-
ficat hæc nimirum Amoris cum Fortuna
coniunctio.

coniunctio, plus ferè in amore homines
opæ Fortunæ quam pulchritudine profi-
ciscere. Facile autem inibi Pindarus cum
alia multa persuaderet, tum verò unam esse
Parcarum Fortunam, & eam quidem po-
testate sororibus antecellere. Est in eadem
ædricula vir senex iam propemodum, lu-
gentis facie: Mulieres tres armillas sibi
detrahunt, & adolescentes tortidem. Vir
ille loricam induit. Hunc Achai belli-
ea virtute omnibus Aegiratis præstissime
tradunt, qui cum fortissimè pugnans ce-
cidisset, fratres eius mortem domum
nunciarunt: Sorores itaque luctus causa,
visitati cultus ornamenta abiiciunt: Pa-
trem ipsum populares miserabilem nun-
cupant, quod ipsa etiam effigies misera-
tionem sibi conciliat. Recta sanè ab Ae-
gira discedentes à Iouis templo, & per
montes, ardua, stadium x l. nibilo breuior
Phelloën via dicit Castellum, id est mini-
mæ clari nominis: nam neque Ionibus qui-
dem ea loca ténentibus incolebatur, Ager
vites feliciter educat, ea, qua maximè fa-
xosus est, parte. Multæ passim quercus,
multæ item feræ, cerui in primis, & apri.
Ac si villa Græcorū castella maximè sunt pe-
rennibus aquis irrigua, inter ea merito fue-
xit Phelloë numeranda. Sunt illic deorum
temp.

templa, Liberi, & Dianæ. Diana ex ære fabricata, sagittam è pharetra promens. Liber pater è ligno cinnabari illitus. Ab Aegira descendantibus ad nauale, atque illic progressis paulò longius, ad viæ dexteram, est ædes Agrestis Dianæ, quo loco capellam procubuisse memorant. Aegiratis contigui Pellenenses, Achæorum postremi inter Sicyonem, & Argolicæ terræ fines. Appellatos ipsi se prædicant à Pallante, qui fuerit de Titanibus unus: At Argui à Pellenæ putant Argino, Phorbantis filio, Triopæ nepote. Inter Aegiran, & Pellenæ castellum est sub ditione Sicioniorum, cui Donussa nomen, deleta ab ipsis olim Sicyoniis. Et eius mentionem ab Homero factam affirmant in Agamemnonis delectu, eo scilicet versu:

Quiq; Hyperestia, atque altâ coluere Donussam.

Sed enim Pilistratum, cum dissipata Homerica carmina, & passim per alia literarum monumenta dispersa, in unum collegisset, vel ipsum, vel operis illius adiutorem loci ignoratione nomen immutasset. Suum Pellenæorum nauale Aristonautæ appellatur. Distat ab Aegiræ maritima parte stadia c x x. dimidio brevior à nauali Pellenæ via. Hoc nominis inditum ferunt, quod in eum portum appulerint Argonauæ

gonautæ. Est oppidum ipsum in iugo situm: Iugi supremus vertex in acutissimum affurgit fastigium, sed nullæ ea in parte, quod maxime ardua, & prærupta est domus. In planiore clivi parte infra montis cacumen vtrinque habitat. Qua Pellenæ iter, in ipsa via Mercurij signum est, cui cognomen Dolio, hominum vota maximè rata facere creditur, figura est quadrangula, barbatus, galero caput velante. In eadem via est Mineruæ templum, lapide extructum vernaculo: Deæ signum ex ebore, & auro: Artificem Phidian fuisse dicunt: Atque hanc quidem Mineruam elaborasse illum ante quam vel Atheniensibus eam, quæ in arce collocata est, vel suâ Plataënisibus Mineruam fecisset. Ajunt Pellenæ sub ipsa Mineruæ basi alte descendere adyton, atque ex eo humidum halitum efflari, qui sit eboris tuendo peridoneus. Supra Mineruæ delubrum lucus est muro circunseptus, Dianæ sospitæ sacer: Per huius numen de rebus maximis iuriurandū concipiunt: Nulli verò enīquā hominum praterquam sacrificulis illuc aditus patet. Præsident sacris indigenæ homines, generis dignatione clarissimus quisque. Contra lucum Sospitæ, & Liberi patris templum, quem Lamptera à lumini-

bus nuncupant, festumque ei diem Lampetriam celebrat, illatis noctu intra eadem accensis facibus, passimque per urbem dispositis vini eadis. Est etiam apud Pellenaeos Apollinis Theoxenij templum, cuius ex aere simulachrum: Ludos vero facit in honorem Apollinis Theoxenia: Argentum victoribus premium exponitur: Descendunt in certamen soli ciues. Prope Apollinis aedes Diana est: Iaculatricis ornatum dea prae se fert. In foro erectum vi deas aquae per occultos meatus ductae conceptaculum. Ad lauacra ex imbribus collectitia vertuntur. Nam poculaentiae pauci sunt infra urbem fontes, eo loco, quas a dulcibus aquis Glyceas appellat. Priscum ibi gymnasium, ubi se ephebi exercerent. Neque vero ad tempus quisquam admittitur, nisi ante puberum exercitationes obierit. Hoc in gymnasio posita statua est Promachus Pellenaeo Dryonis filio, una et Olympieis, tribus ab Isthmiciis, duabus Nemeis luditis de pancratio palmis reportatis. Vnam ei sui ciues ex aere Olympia alteram e marmore, quo ante diximus loco statuam dedicarunt. Hunc Promachum bello quod inter Pellenaeos, & Corinthios gestum est, unum hostes quamplurimos pugnantem occidisse, memorie proditum:

Ab eodem etiam Olympiae superatum Polydamantem Scotussum, quo tempore a Persarum rege in patriam restitutus Polydamas, in Olympicum certamen iterum descendit. At Theffali & Polydamantem exullo inquam certamine inferiorem discessisse minimè cōfidentes, & alia eius rei afferunt argumenta, & in primis elegos ad Polydamantis statuam adscriptos. Tuq; Scotus altrix inuidiā Polydamantis. Pellenenses vero magno Promachum honore prosequuntur, duisque eius de lucta ad Cheroneā, quatuor Olympiae acceptas palmas praedicant. Nominare tamen eum respouint, ob eam causam credo quod Pellenensium remp. sustulerit: Corruptus enim ab Alexandro Philippi filio, inuidiosissimo domino suo munere, se pari iactu tyrannum imponi facile passus est. Est Lyciae etiam aedes, a Pellenensibus in parte oppidi minore dedicatum. Posedion, id est Neptunium dicitur: Fuit olim curia aetate nostra desertus planè locus, infra gymnasium: Coli tamen in hunc usque diem tanquam Neptuni fabium nunquam desitus, A Pellenae stadia circiter sexaginta abest Myseum: Myse Cereris sacrarium, dedicatum ferunt a Mylio Argiuo homine, & ab eo quidem hospitio Cererem ac-

septam Argiutorum sermo vulgauit. Lūus est in Mysæo condensus multis ac variis arboribus, & perennium fontiū aquis irriguus. Festos dies agitant septem, quorum tertio è templo viri omnes exeunt, mulieres verò intus relæctæ, ritu à maiori bus tradito nocturnum peragunt sacrum. Neque verò viros tantum excludunt, sed canes etiam masculos eiiciunt. Postero die reuisunt fœminas viri, multoque cum risu vltro citrōque sales, & dicta iacuntur. Modico à Mysæo interuallo surgit Aesculapij templum, Cyrum appellant. Multa hic monstrantur morborum remedia. Leniter fluentis aquæ aliquot ibi fontes, ad quorum maximum Dei ipsius positum signum. Flumina item aliquot descendent è montibus qui supra Pellenen sunt: Eorum vñus ad Aegiras defluens, Crias appellatur, à Crio Titane nomen inditum putant. At Alsus nominatur, qui è Sipylo descendens in Hermum influit. Qua verò parte finitimi sunt Sicyonis Pel- lenenses, amnis quidam Achaicorum postremus in Sicyo- nium mare decurrat.

PAV

PAVSANIAE

ARCADICA

SIVE LIBER

OCTAVVS.



ARCADIAE partem eam quæ fines Argiutorum contingit, Tegeatæ, & Mantinenses tenent: Et Arcadii quidem nominis populi omnes Mediterraneū Peloponnesi agrum colunt. Corinthij enim primi Isthmum occupant: His contigui Epidaurij, qua parte ad Aegeum ora est exposita. Medius inter Epidaurum. Troëzenen, & Hermione Argolicus sinus, cuius accolæ, Argiutorum mari quique proximi. Adiacent circunquaque Lacedæmoniorum ciuitates: His finitima Messenia, quæ ad mare descendit, Methonen vsque, Pylon, & Cyparissias: Ad Lechæum vicini Corinthiis Sicyonij, postremi hi Argolicorum hac in parte finium: Sicyonem excipiunt Achæi litoris accolæ. Ad id Peloponnesi latus, quod Echinadibus insulis ex aduerso est, habitant Elei: Elei agri fines cū Messenia iunguntur, qua parte Olympia est, & Alphei

hostium: Nam inter Eleam terram, & Achaim medij Dymæ sunt. Pertinent populi quos enumeraui ad mare omnes. Interiores Arcades à mari vnde cunque seclusi. Quare Homerus profectos ad Troiā dicit, non suis ipsorum, sed acceptis ab Agamemnone nauibus, Ac primum quidem omnium Pelasgum mémorant Arcades in hac terra extitisse: Sed consente-
neum certe est non solum illum, sed alios etiam in iisdem locis vna cum eo fuisse: Nam quibus omnino imperasset homini-
bus? Crediderim ego Pelasgum magnitu-
dine, labore, virtute, ac forma cæteris præ-
stittiisse, eamque ob rem ei à suis regnum decretum: Q uod ei testimonium suis ver-
fibus Asia dedit.

Mōtibus alticomis peperit nigra terra Pelasgū
Dū similē, et generi tribuit noua regna futura.
Pelasgus igitur cum regnare cœpisset, pri-
mum quidem rudes homines docuit tugu-
ria, ad frigoris, imbrium, & aestus incom-
moda arcenda, ædificare. Idem tunicas facere instituit è suillis coriis, qualibus his ipsis temporibus in Eubcea, & Phoci-
de tenuiores homines vñctur. Ad hæc cum vulgo virente adhuc fronde, herbisque ac radicibus non modo non cibariis, sed plerunque perniciosis incautius vesceren-
tur,

tur, salubriores multo glandes esse, neque omnes, sed quæ è sola fago legerentur, per-
suasit. Fuit verò tam frequens, ac diutur-
nus hic glandium cibus Arcadibus, ut quo
tempore monuit Apollo Lacedæmonios,
ne Arcades bello laceſſerent, hunc illis vi-
ctu è glandibus hisce versibus attribuerit.
Glađe satur multa, obſistet tibi plurimus Arca-
Noſtra tuis non ſunt contraria numina optis.
Ab hoc rege totam regionem eam Pelas-
giā appellatam ferunt. Huius filius Ly-
caon nonnulla, vel sapientius quām pater
ſuus excogitauit. Lycosuram hic vī bem
in monte Lycaō cōdidiit, Iouem Lycaūm
appellauit, ludōisque in eius honorem Lu-
percalia instituit. Facile ut credā adducor,
nondum apud Athenienses Panathenæa
celebrari cœpta: Si quidem cum anteā ludi
Athenæa dicerentur, auctore verò Thesco
Athenensis populus, qui ante dispersus vi-
catim habitabat, in vnam fuisset ciuitatē,
atque iotra vna mœnia congregatus, appa-
ratius facti, ab Athenensium communio-
ne Panathenæa in sequentibus dehinc tem-
poribus nuncupata. Nam Olympici ludi,
in quibus Iouem cum Saturno luctatum,
& curetas cursu certasse memorie prodi-
tum, cum ad ultimas ferè hominum èates
referantur, eorum ego antiquitatem ora-

tione mea in dubium non reuocarim. Eadem verò ætate & Cecropem Athenis, & Lycaonem in Arcadia regnasse comperio; Prudentia tamen rerum diuinarum multo Lycaonem inferiorem fuisse censeo. Ille enim cum primus Iouem cognomine supremum appellasset, nihil vita prædictum ei immolandum duxit, sed liba tantum patria, Pellanos Attici vocant, ut ad aram porricerentur sanxit. At hic ad Iouis Lycæi aram infante mactato, humatum sanguinem libauit: Quare inter ipsa sacra in lupum mutatum tradunt, cui certe famæ facile possum assentiri: Nam præterquam quod Arcadum sermonibus iam tum ab initio vulgatis prodita posteris est, à ratione etiam non abhorret. Erant enim priisci illi homines dis ipsis hospites, & coniuicæ, pro iustitiae, & pietatis merito. Et sanè bonis, & piis præmia certissima, fontibus ex deorum ira supplicia erant exposita: Quin etiam recepti cœlo multi ex hominibus, quibus & adhuc sui permanent honores: In quo numero fuere Aristæus, Britomartis Cretica, Alcmenæ filius Hercules, & Ioclis Amphiaræus: In primis verò Pollux, & Castor. Quare neque absurdum dictu videri possit Lycaonem in feram, & Nioben Tan-

tali

tali filiam in saxum conuersam. At enim ætate nostra, qua gliscens fraus, & audacia omnes prope orbis terræ partis, vrbis que occupauit, nulli iam homines in deorum numerum veniunt: nisi fortè per inanes titulos, & immodicæ adulatio[n]is licentiam: Et noxam commeritis, cum demum è vita excesserint, seræ deorum iudicio poenæ irrogantur. Ac omnibus quidem seculis veteribus, & obsoletis iam rerum euentis, fides eorum culpa in vulgus est abrogata, qui veritatis tanquam fundamenta superstructis fabulis obruerunt: Nam & post Lycaonem in iisdem Lycæi Iouis sacris alios fuisse ex hominibus lupos factos tradunt: Non tamen in reliquum omne vitæ tempus, sed decimo tandem anno, si interea humana carne abstinuissent, pristinam hominis figuram recepisse: sive hominis carnes gustassent, lupos esse nunquam desisse. Eadem vnitate Nioben illachrymari ætate anni fabulantur. Audiui etiam quosdam cum narrarent & alia quædam rerum miracula, & gryphibus vti pardis segmentatam, & maculis distinctam esse pellem. Iam verò Tritones voce humana præditos, & eosdem concham inflantes canere. Ita verò comparatum est, ut qui

nn 5

huiusmodi figmentorum portentis aures
præbent, & ipsi mox aliquid adfingant,
quo sit, ut mendaciorum quasi colluvie
veritas vitiata, suam prorsus authorita-
tem perdat. Tertia post Pelasgum atra-
te regio tota, & vrbiū, & hominū nu-
mero magnos habuit procellis. Nam
cum Nyctimus Lycaonis liberū natu
maximus, paternū imperium adisset, re-
liqui sibi diuersis, arbitrio quisque suo,
agri partibus occupatis, oppida munie-
re. Pallantium Pallas, Orestheus Ore-
stasium, Thigaliam Phigalus excitabant.
Et Pallantij quidem Stelichorus Hime-
reus in Geryone Ioue mentionem fe-
cit: Sed Oresthasij nomen vetustate im-
mutatum, & ab Oreste Agamemnonis
filio Oresteum est oppidum illud appella-
tum: Quin & Phigalia à Bucolionis
filio Phialo minore mutato nomine Phia-
lia est vocitata. Reliqui fuere Lycao-
nis filij, Trapezeus, Eleatas, Macareus,
Elisson, Acacus, Thnocus: Horum po-
stremus vrbum Thnociam condidit: A-
cacus Acaceium: Ab eodem sanè Acaco
cognomen Mercurio ab Homero datum
Arcadum sermo asseuerat. A ceteris Elif-
sou vrbs, & eodem nomine fluvius, tum
Macaria, Elea, Trapezus nomina nactæ.

Sed

Sed & alij Lycaonis liberi numerantur,
singuli vrbiū conditores. Orchomeno
Methydrion, & Orchomenij, quos Poly-
melos, hoc est pecudum diuites Homerus
nominauit: Hypsunti Melenæ, & Hy-
psus: Ad hæc Thyraeū, quod hac etiam
num atate extat, quin & Arcadum opinio-
ne Thyræa in Arguorum finibus, à qua
sinus Thyræatæ adscribuntur. Iam verò
celebri maximè nomine vrbe Mæna-
lum, Tegean, & Mantinean, Mænalus, Te-
geus, & Mantineus constituere, Chromi à
Chromo nomen habuere. Charisia Charis-
tium authorem perhibet. Tricoloni à Tri-
colono, Perætheses à Perætho, Asæa ab
Asæate, à Lyceo Lyceata, à sumato Suma-
tia: Postremo ab Aliphthora, & Hereo vr-
bes nomina, & origines accepere. At na-
tu minimus Oenotrus pecunia, & viris
à fratre Nyctimo acceptis, classe in Ita-
liam transmisit, à quo fuit ea, in qua con-
fedit, terra, de regis nomine Oenotria
vocitata. Atque hæc prima à Græcis Co-
lonia deducta. Porrò neque Barbaræ
gentes ante Oenotrum (vt accuratissi-
mè omnis antiquitatis memoria reuolu-
uatur) ad exteræ gentes commigrasse
reperiuntur. In liberū tanto soholis vi-

rilis numero, vnicā Lycaoni filia fuit, Callisto nomine: Eam (quæ inter Græcos decentata sunt memoro) vitiauit amore captus Iupiter: Deprehensam Iuno in vrsam vertit: Ac deinde in gratiā Iunonis puerilam sagittis confixit Diana. Iupiter quem illa ferebat vtero puerum Mercurio seruandum mandauit, matre in siderum numerum relata, quæ Vrsa maior dicitur: Cuius Homerus, quo loco Vlys̄sis à Calypsoe nauigationem exponit, his versibus minuit.

Pleiadasq; aspectantem, tardumq; Booten,
Atque vrsam, quam plaustrum etiam cognomine dicunt.

Sed probabilius fortasse fuerit, quo honos puellæ haberetur, sidus illi dicatum, præsertim cum sepulchrum eius ostendant Arcades. Mortuo Nyctimo Arcas Callistus filius regnum suscepit: Hic & frumentum à Triptolemo acceptum popularibus suis tradidit, Panem facere docuit, vestium texturam, totumque lanifictum, quod ab Adrista didicerat, monstrauit. Ab hoc rege & ipsa, quæ ante Pelagia dicebatur, Arcadia terra, & gens Pelasgi qui fuerant, Arcades nominati. Duxisse verò illum uxorem non mortalem fœminam, sed vnam è Dryadibus nymphis tradunt: Dryadas enim

enim ipsi suas, & Epimeliades, quæ ab aliis Naiades dicuntur, patria voce appellantur: Homerus quidem Naiadas crebro nominat. Eius verò nymphæ, quæ cum Arcade nupta fuit, Eratò nomen fuisse memoriae prodiderunt: Ex ea genitos Arcadi, Azana, Aphidanta, Elatum: Nam ante nuptias Autolaum suscepisse. Ac filiis quidem regnum trifariam diuisi. Ab Azane itaque Azania, quæ ei euenit pars appellata, ex qua deducti Colonia ij omnes populi, qui circa Phrygiae antrum, cui Steunos nomen, & amnem Pancalam habitant. Aphidas Tegeam. & quæ adiacent fortitus est: hinc poëta Tegeam solent Aphidantiam fortet nuncupare. At Elatus montem, quæ Cyllene nunc vocatur, obtinuit, tunc nondum ei nomen inditum fuerat: Is in eam terram inde abiit, cui Phocis nunc nomen est: Cūmque Phocenses, cum Phlegyi minoris æquo certamine bellantes armis iuuisset, in eorum finibus de suo nomine oppidum Elateam muniuit. Filium Azani Clitorem, Aphidanti Aleum, quinque Elato genitos memorat, Agyptum, Pereum, Cyllena, Ischyn, Stymphalum. Azani vita muneribus perfuncti, ludi funebres primum facti, haud scio an & alij, de equiriis certe affirmare possum: Clitor Lycosuræ regiæ consti-

constituit, & sanè fuit regum, ut illis temporibus, omnium poterisimus, urbemque Clitora de suo nomine condidit. Aleus intra eam, quam pater assignauerat, regionem se continuuit. Quod verò ad Elati filios pertinet, à Cyllene mons nomen accepit: A Stymphalo fons, & fonti cognomen vrbs Stymphalus. De Ischyis verò Elati filij morte egimus, dum res Argolicas exponeremus. At Pereo nullam fuisse virilem prolem aiunt, filiam habuisse Nearam: quam Autolycus Parnasi montis incola vxorem duxerit: Mercurij is filius dicebatur, cum ie ipsa Ædalionis esset. At enim cum Clitor Azanis filius nullos reliquisset liberos, ad Agyptum Elati filium Arcadum regnum peruenit. Hunc venatum egressum, non ferocior aliqua bellua, sed incantum seps confecit. Vidi & ipse aliquid serpentem hanc: magnitudine est minimæ viperæ, cineris colore, notis inter puncta variis, capite lato, gracili collo, aliud obesiore, perbreui cauda. In serpentum genere seps, & cerasites, quo fermè modo gradientur cancri, in obliquum reputat. Agypto succedit Aleus, nam Agamedes, & Gortis filij Stymphalii quarto posteritatis gradus ab Arcade abeant, à quo Aleus Aphidantis filius tertius duxit taxat numeratur.

batur. Exadificauit Aleus vetustum illud, quod Tegeæ visitur, Alea Mineræ fanum, ibidemque regiam suam constituit. Gortys verò Stymphalii Gortina urbem ad proximum amnem Coloniam deduxit: Amni etiam ipsi fuit Gortynius nomen. Mares habuit liberos Aleus Lycurgum, Amphidamentem, & Cephœum, filium Augen: Cum hac quod scriptum Hecataeus reliquit, Hercules concubuit, cum forte Tegeam venisset: Id ubi ex puerperio filia rescivit Aleus, puerum cum matre in arcam conclusos in mare abiecit: Delata æstu arca est ad Theuthrantem pollentem dominatu hominem in campis ad Caycum amnem: Is puellæ forma allectus, sibi matrimonio iunxit. Extat Pergami, quæ supra Caycum vrbs est, Auges sepulchrum, terræ tumulus lapidea circumseptus crepidine, insigne eius tumuli nuda mulier ex ære fabricata. Aleo mortuo regnat Lycurgus, eius liberum natu maximus. Is nihil ad memoriam aliud edit, facinus, quam quod Arethum hominem bellica virtute clarum, non a quo marte, sed dolo perculit. Filios habuit duos Ancæum, & Epochum: Epochus morbo est absumptus: Ancæus cum expeditio- ni Colchicæ patriceps fuisset, ac deinde Melea

Meleagro in pugna Calydonij apri operam nauasset suam, ab eadem stratus belua occubuit. Lycurgus quidem ipse exata iam ætate, utroque orbatus filio, diem suum obiit, post quem Arcadum regnum ad Echemum peruenit Aeropi filium Cephhei nepotem, Alei pronepotem. Hoc regnante Achæi Dorientes ad Isthmum Corinthiorum prælio fuderunt, redditum sibi in Peloponnesum Hyllus Herculis filio duce molientes: In ea pugna Echemus Hyllum occidit, cum eo singulari certamine ex prouocatione congressus. Hæc mihi propiora vero visa sunt, quam quod à nonnullis scriptum comperi: penes Orestem tunc Achæorum regnum fuisse, atque eius maximè temporibus Dorientes redditum tentasse. Verum si maior habetur superius expositæ rei ratio, credendum illud etiam est apud Echemum, à quo Hyllus occisus, matrimonij causa Timandram fuisse Tyndarei filiam. Agapenor deinceps regnat Anæi filius, Lycurgi nepos, quo duce Arcades ad Trojanum bellum profecti: Ilio verò euerso, quæ Græcos domum redeuntes disiecit tempestas, Areadum classem ab instituto nauigatiois cursu Cyprum auertit. Ibi Agapenor Paphum urbem Coloniam deiluxit, & in

ea Veneris fanum erexit: Cum ante apud Cyprios dea hæc in modico oppido, cui Golgi nomen, coleretur. Interiecto dein tempore, Laodice Agapenoris filia Minerua donum Tegean peplum misit: Id ipsius doni inscriptio, & simul unde esset Laodice oriunda indicabat.

*Laodices peplum hoc: sacrum ut foret illa
Minerue,*

E Cypro celebrem transtulit in patriam.

Cum ad suos non reuertisset Agapenor, suscepit Arcadum imperium Hippothous Cercyone patre, auro Agamede, Stymphalo proauo genitus. Huius vita nullo celebratur insigni rerum euentu, prater illud unum, quod regni sedem Tegea Trapezunti transtulit. Hic regnum filio Aepyto per manus tradidit. Et Aepyto quidem regnante Orestes Agamemnonis filius Myceneis oraculi Delphici monitu in Arcadiam demigravit. Aepyrtus cum in templum Neptuni quod Mantinea est, penetrare esset ausus, quo nulli cuiquam homini hac ipsa etiam ætate fas est accedere, oculis primum captus, deinde non ita multo post è vita excessit. Eius filio Cypselo regnum adepto, Dorici nominis exules copiis contractis, non ut tribus ante ætatis bus per Isthmum, sed classe Rhion pro-

montorium præteruecti, in Peloponnesum inuaserunt. Forte Cypselus dum suudiosius omnia exquirit, cognoscit Cresphontem Aristomachi filium nullis etiam dum nuptiis illigatum: Quare desponsa ei filia, se, omninemque regni partem noua affinitate contra eius belli terrorem facile tutatus est. Cypselo successit Olaxas: Is Aepytum sororis filium cum Herculis posteris, qui Lacedæmonem, & Argis in auxilium venerant, Messenem reduxit. Bucolion dehinc patris regnum excipit, idemque filio relinquit Phialo. Hic Phigalianam urbem, eretto suæ laudis monumento conditori Phigalo, Phialiam de suo nomine voluit appellari, quod tamen non est omnino constanter usurpatum. Iam regnabat Simus Phialij filius, cum Cereris cognomento Nigræ peruetustum signum, quod religione venerabantur Phigalenses, est igni consumptum: quæ res Simo vita finem, qui breui consecutus est, facile videri potuit portendisse. Paternum regnum adiit Pompus. Eo regnante Aeginetæ nauibus primum Cyllenen appellere cōmercij causa instituere: Inde verò ad Arcadas iumentis impositas merces peruehebat: Ea erga sē, popularisque stios Aeginetarum studiam illustri gratia Pompus exceptit, ut filio etiam

etiam Aeginetæ nomen imposuerit. Aeginetam consecutus est eius filius Polymestor. Tunc primum Lacedæmonij Charilli ductu Tegeatarum fines cum exercitu adorti sunt: Eos non viri solum, sed feminæ etiam sumptis armis prælio fuderunt, & cum magna hostium manu ipsum quoque ducem viuum cepere. Verum de Charillo, totaque hac eius expeditione plura memorabimus, ubi res Tegeatarum fuerint explicadæ. Polymestori successit Achimis, Polymestoris fratre Briaca genitus: Fuit vero Aeginetæ Briacas etiam filius, Polymestore natu minor. Dum Achimis regnum obtineret, bellum inter Lacedæmonios, & Messenios geri coepit. Fuerat antiquitus Arcadibus cum Messeniis amicitia: Quocirca tunc minimè occulte cum Aristodemo Messeniorum rege in acie contra Spartanos stetere. Achimidis verò filius Aristocrates, & alia forrasse contra suos populares insolenter egit: Sed quod in Deos ipsos immortales eum admisisse nefarium facinus compertum habeo, hoc loco non prætermiserim. Est inter Orcheniorum, & Mantinenium fines Diana: Hymnia cognomento, prisca accolatum, & in primis Arcadum religione sacrosanctum fanum, Deæ sacris tunc virgo

212 PAVS. ARCADICA SIVE
præsidebat: Eam cum ad stuprum pellicere Aristocrates non potuisset, postremo ad aram deæ confugientem violauit: Scelere patefacto, incestum hominem Arcades lapidibus obruerunt, & à virgine ad nuptiam mulierem sacerdotij honorem transstulerunt. Huic filius fuit Icetas: Icetæ minor Aristocrates, auo tam exitu vita, quam nomine similis: Nam & hunc lapidum coniectu necarunt Arcades manifestæ proditionis damnatum: Constatbat enim dona eum à Lacedæmoniis cepisse, eiùsque maximè scelere insigni clade Messenios ad Magnam fossam affectos: Effecit hoc flagitium ut à Cypseli domo Arcadum imperium remoueretur. Atque hæc quidem quæ de regum serie, ac gentilitate sum accurate persecutus, omnia mili studiose percontanti Arcades quidam, quibus erat hæc cuncta diligentissimè explorata, enarrarunt. Quod verò ad res eorum publicis totius gentis auspiciis gestas attinet: Antiquissima memoria est Iliaca expeditioonis. Alterū obtinet antiquitatis locum Messenici belli societas. Fuerunt & ipsorum partes aliquæ in pugna Platæensi, qua Persæ fusi fuere. Spartanis contra Athenienses non partium studio adducti, sed necessitate potius coacti auxilia misere.

RVSE ALIBER AVIII. V. A. 213
fere. Transmiserunt etiam in Asiam cum Agesilao: Quin & Leuctricæ pugnæ interfuerunt. Fuisse tamen semper ambiguæ se animo in Lacedæmonios & aliâs declaratunt, & tunc maximè cum post Leuctricam cladem primi statim omnium ad Thebanos desciuerunt. Idem cum reliquis Græcis neque contra Philippum Macedonum regem ad Cheroneam, aut Antipatrum in Thessalia arma cepere: Non tamen hostile quidquam in Græcos admisere. Quod verò ipsi quoque ad Thermopylas contra Gallos non prodierint, eam nempe afferunt causam: Veritos ne interea dum militaris ætas abesset, Lacedæmoniæ agrum populationibus vexarent. Hæc in commune ab Arcadibus diversis temporibus gesta: Quæ verò gefisse priuatim vrbes singulas acceperim, suis illa locis referentur. Dicit in Arcadiam ex Argiæ orum finibus tramesis, qui ab Hysis ad Parthenium montem in agrum Tegeaticum peruidit: Duo verò alij accessus circa Mantineam, per Primum (loco ab Illice opinor nomen) & Scalas, sed posterior hic latior, & ex eō nomen habet, quod olim gradus in ea semita per quos descendebatur, de industria facti fuerant. Perueniunt qui hinc

descenderint ad vicum, cui nomen Melangea, unde poculenta aqua Mantinensibus intra oppidum defluit. Abest à Melangeis stadia v i i. aquæ conceptaculum, & Liberi templum vbi vicini Maliaſtæ Orgia celebrant. Est ibidem etiam Veneris cognomine Melænidis, id est Nigellæ aedes: Cognominis causam non aliam esse arbitrör, quām quòd homines noctu maxime liberis operam dent, cum pecudes interdiu ferè sui quaque semper generis fœminas inēant. Trames alter, qui per Arte misium ducit, longe est angustior. Huius montis & ante mentionem feci, in quo esse dixi Dianæ templum, & simulachrum: Fons etiam in eo Inachi amnis. Is quā per montem decurrit, inter Argiuos & Mantinenses terminus est. Ab hoc verò diverticulo solum iam Argiuorum agrum præterlabitur: Quare & alij, & Aeschylus poëta Argium aquium appellant. Hinc Arte milio superato in Matinenium fines descendentes planicies excipit, re æquè ac nomine iners, Argum vocant: Cultus immune solum efficit e proximis montibus defluens aqua pluua: Quo minus totus omnino campus stagnum fiat, illud vnum obstat, quòd aqua specum nausta se c conspectu eripit, rursus verò circa Dianæ

erump

erumpit. Est Dine ad Genethlium (in Argolica terra hoc nomine vicus dicitur) dulcis aquæ è mari per subterraneos meatus erumpentis lacus. In Dinem Neptuno equos porriunt frenatos, & ad speciem phaleris exornatos. Dulcis verò aquæ venas è mari effundi non in Argolicis tantum finibus, sed in Thesprotide etiam prope eum locum, quod vocant Chimerium, satis constat. Mirabilius tamen quod in Mæandro partem è saxo, quo annis circunfluit, partim etiam è fluuali limo seruens aqua profluit. Sicuti & iuxta Dicæarchian Tyrrhenorum oppidum, qui Puteoli iam recentiore nomine appellantur, calidae effervescent in mari aquæ: Vbi iactis molibus de industria extorta est insula cum balneis aquarum calidarum, ne planè naturalis eius muneris nullus esset usus. Ad lxxam eorum camporum, quos Argos diximus appellari, mons in Matinenibus eminet, in quo Phillipi Amyntæ filij castrorum, & pagi, cui nomen Nestane, reliquæ extant: quòd illic castra Philippus habuerit fontem etiam proximum ex eo Philippeum nominant. Venit in Arcadiam Philippus, ut cum à reliquis Græcis Arcadas disunxit, eos imperio suo adiūcret. Et Philippum quidem facile quiuis

sibi persuadeat, rerum gestarum magnitudine omnes Macedonum reges, qui ante fuerunt, quique ipsum consecuti sunt superasse: Nemo tamen, qui recta sit in rebus existimandis sententia, ei boni imperatoris laudem tribuerit: nempe qui iusserandum semper contempserit, federum religionem nunquam sanctam habuerit, vniuersaque omnium in minimis fidem duxerit, penas tamen non utique seras dis, quorum Iesarat maiestatem dedit: Neque enim natu grandior annorum **X L V I.** Delphici oraculi vocem virtute exitu comprobauit. Con sulenti de persico bello redditum fuerat responsum.

Serta ferit taurus, finē manet, adstat aruspex.

Quod non ad Persarum regem, sed ad ipsum Philippum referendum fuisse rei euentus satis perspicue demonstrauit. Philippo interempto, parvulum eius filium, quem ille ex Cleopatra, cui pater fuerat Attali frater, suscepserat, in enea pelui ignibus circundatis cruciatum, Olympias encuit. Eadem paucis post annis, Aridæum etiam de medio sustulit: Deleuit autem infinitissima fati vis Cassandri eriam sobolem, extinctis filiis quos ille ex Thessalonica Philippi filia suscepserat: Thessalis quidem matribus Thessalonice, & Aridæus

geniu

geniti fuerant. Iam qui Alexandro contingit vita exitus vel pueris notissimum. Quod si Philippus quoties aliquid moliteretur elogium illud in Spartanum Glaucum editum in memoria habuisset, eiusque sibi rationem habendam duxisset:

Castæ patriæ melior sequitur vestigia preles, causa opinor nō fuisset, quamobrem deorum quis Alexandro extincto, Macedonum etiam opes euerteret: Sed fuerit hæc nobis nō intempestiu digressio. Post Nestanes ruinas, Cereris fanum est multæ religionis: In eo Mantinenses festos dies quotannis agitant. Subiacet Nestane planicies inertium camporum pars, Mœras ei loco nomen: Ab eo stadia x. patet egreditus ex inertibus campis. Vbi paululum hinc processeris, ad alios campos venias: In his fons est prope militarem viam, nomine Arne, causam nominis tales Arcades prodidere: Rhea cum Neptunum peperisset, puerum in ouili abditum, opilionibus educandum inter agnos tradidit, pro eo verò equinum pullum, quem se enixa simularat, Saturno vorandum obtulit, sicuti eadem dicitur pro Ioue lapidem fasceis inuolutum apposuisse. Porro in prima ad hos commentarios aggressione poetas, quibus hæc fabulari in mentem venisset,

218 PAVSAN. ARCADICA SIVE
futilitatis plurimæ arguebam. Sed enim
at Arcadum iam res progressus, huiusmo-
di figmentorum causa attentius considera-
ta, sic statuo: Qui apud Græcos sapientia
nomen meruerunt, eos de industria qua-
rundam rerum narrationes ambagibus
inuolueret voluisse, à quo sancè Græcorum
sapientum consilio, id ipsum quod modo
de Neptuno memoriai profectum conti-
cio. Sed nimur de rebus diuinis non
aliter omnia atque à maioribus accepi-
mus exponenda. Matinensium vrbs ab
eo, de quo iam locuti sumus, loco, sta-
dia non amplius duo abest: Mantinen-
sium Lycaonis filium alia in regione vr-
bem olim munisse constat, quam hoc
etiam cum tempore de illius nomine ap-
pellant Arcades. Verum postea Antinoë
Cepheo Alei filio genita, ex quodam ora-
culo huc ciuitatem transportauit, serpen-
tem itineris ducem (quod genus fuerit
non tradunt) secuta. Ex eo qui oppidum
præterfluit amnis, Anguis nominatur.
Quod si ex Homeri versibus conjecturam
aucupamur, draconem illum fuisse existi-
mare possumus: Is enim cum in enumera-
dis Græcorum nauibus, relictum in Lem-
ne insula Philocteten memoret, grauitate
ex hydri morsu laborante serpentis eo lo-

L I B R . V I I I . 219
co nomen non usurpat; At ideni draconem
ab aquila demissum in Troianorum con-
cionem singens, serpentem vocat: quare &
hunc Antinoë ducem, draconem fuisse, fa-
cile ut credamus adduci possumus. Manti-
nenes quidem in Dipœnsum finibus cō-
tra Lacedæmonios cum ceteris Arcadibus
non sunt prælati: Bello tamen Pelopon-
nesiaco, cum Eleis pro Atheniensibus con-
tra Lacedæmonios arma rulere: Athenien-
siumque auxiliis freti, signa cum Lacedæ-
moniis contulere. Idem verò cum Athe-
niëbus in Siciliam pro pristina amicitia
susceptæ expeditionis consortes nauiga-
runt, Interiectis temporibus Lacedæmonij
duce Agasipolide, Pausanię filio, Mantinē-
sii fines hostiliter ingressi, hostes prælio
superatos, intra mœnia cōpulerunt, neque
ita multo post oppidum non obsidionis a-
perta vi, sed militari astu ceperunt. Ophin
enim fluum ad muros detorserunt, quo
factum, ut muri, cum essent è crudo laterci
lo extrecti, ea alluic resoluerentur: Ut
enim structura hæc tormentorum impe-
rium debilitet. (Duriores enim lapides
concussi infringuntur, & è suis dissiliunt
compagibus) ita tamen aquis diluitur, ut
ceragine, vel Sole liquefacit. Hanc expugnā-
ti artem non primus excogitauit Agesipo-
lis,

lis sed eam ante usurparat Cimon Miltiadis filius, in Eione ad Strymonem amnem obſidēta, propugnante Boë Medo homine cum Persarum præſilio. Hoc illius factum, cum ex Pellenensibus audisset, iniuratus est Agesipolis. Et captam quidem Mantineam magna ex parte diruit: Paucis relictis ad habitandum edificiis, reliquam multitudinem in proximos vicos diuīſit. At Thebani post Leuctricam pugnam, è vicis, in quos fuerant dissipati, rursus in pristinas sedes Mantinenses reduxerunt. Non tamen illi fatis gratos se præbuerunt: Nam per legatos pacem cum Lacedæmoniis seorsum ab Arcadum concilio pepigerunt: Aperte quidem societatem cum Spartanis profateri, Thebanorum similitatem veriti, non sunt aui. In Mârinensi certe pugna Lacedæmoniis contra Epaminundam præsto fuere: A quibus postea, dissidio orto, desciuerūt ad Achæos: Aginque Eudamidæ filium, Spartanorum regem, prælio fusum; extra fines suos eiecerūt: non ipsi quidem per se, sed ad citis in auxilium Achæis, eorumque duce Arato. Iidem cum Achæis, aduersum Cleomenen armis tulere, & Lacedæmoniorum opes infringere. Antigono vero, dum Philippi, qui Persei pat-

ter fuit: tutelam gereret, quod is Achæorum perstudiosus esset, & alios honores habuere, & in eius gratiam Mantineam mutato nomine Antigonean appellauit. Iam verò multis post ætatibus in pugna Aetiacâ ad Apollinis promontorium Augusti studia secuti sunt, cum cæteri Arcadii nominis populi cum Antonio facerent, non aliam, opinor, ob causam, quam quod Lacedæmonii in Augusti erant partibus. Aetibus deinde post hac, amplius x. cum ad imperium Adrianus accesseret, aduentitium cognomen urbis illud Macedonicum sustulit, eamque suo pristino nomine iussit vocari. Mantinea ades geminæ sunt, medio pariete dispergitæ: In una Aesculapij signum visitur, Alcamenis opus: In altera Latonæ, eiisque filiorum cella est: Signa fecit Praxiteles. tertia post Alcamenæ ætate: In basi Musa insculpta, & Marsyas tibiis canens: Pilæ insit Polybius Lycortæ filius, de quo alio loco nobis erit mētio. Habent & alia Mantinenses delubra: Iouis Seruatoris, & eius, quem idcirco, quod hominibus fortunas exauget, Epidotem nuncupant. Gemellorum etiam, & in diversa urbis parte Ceresis, ac Proserpinæ. Hoc in fano ignem accendunt, cui summa religione ne extinguitur

guatur cauent. Vidi etiam prope theatrū Junonis ædem: Deam Praxiteles in folio sedentem fecit, eique assistentes Mineruam, & Heben. Ab ara deæ proximè abest Arcadis Callistus filij tumulus: Huc enim ex Delphici Apollinis oraculo è Mænalo sunt Arcadis ossa deportata, Oraculi vox fuit.

Frigida Mænalis regio est, vbi cōditus Arcas, Arcades à cuius dicuntur nomine cuneti. Huc ego ferre pedem iubeo te, & pectori leto Arcada sublatum pulchrū transponere in vrbē, Quæ triuia est, quæ quadrinia, & quæ quinque viarum.

Hic Arcas lucum, sacrorum hic munera habeto. Locum, vbi Arcadis est sepulchrum, Solis aras vocant. Non longe à theatro illustria extant monumenta: Inter ea focus, qui cōmunis dicitur, rotunda figura, in quo situm Antonoin creditum Cephei filiam: Eminet pila supra tumulum cum equestri statua: Gryllus is est Xenophontis filius. A tergo theatri reliqua adhuc sunt templi vestigia, quod Veneri olim dicatum fuit Sociali, & in eo signa quadam: Indicat in basi incisa inscriptio, dedicasse Nicippen Pæscæ filiam. Templū erexere Mantinenses, quo monumentum esset posteris cum navalibus ad Actium pugnæ committeretur in quibus

burs Romanorum ipsi partibus fuissent. Mineruam præterea Alean cognomento venerantur, cui templum, & signum dedicant: Antinoi etiam religio est diuinis honoribus sancta. Est Antinoi aedes Mantinensis recentissima, quam præciput quadam cura Adrianus imp. exornauit: Ille ego viuentem non vidi, statuas certe, & pictas imagines sum conspicatus. Habentur ei cum alibi honores, & in Aegypto apud Nilū vrbē de eius nomine est appellata. Colitar Mantinea ob huiusmodi causam. Patria ei fuit Bithynia supra Sangarium amnem. Bithyni ipsi ex Arcadia oriundi, Mantinenses olim fuere. Ob eū rem diuinos ei honores à Mantinenib[us] habeti voluit in operato Ro. annua præterea initia, & quinquennale ludicru celebriari. Domus gymnasio est, in qua Antinoi signa servantur, tum reliquis ornamentiis, tum lapidu nobilitate, tū verò pictis Antinoi imaginibus insignis. Earum imaginum multe Liberi patris insignia præferunt. Et sanguine que in Ceranico Athenis picta est pugna ad Mantineam ab hoc veluti exemplari sumpta videri potest. Est præterea in Mantinensium foro mulieris ænea effigies: Deomenæan vocant: & Arcadis filiam dicunt fusse. Sepulchrum etiam heroicum Podaris, quem

quem in acie cecidisse aiunt, contra Epami-
nondam, ac Thebanos pugnantem. Tribus
autem ante me ætatis inscriptionem tu-
muli ad minoris Podaris, qui superioris ne-
pos, eodem fuit nomine, transtulerunt. Vi-
xit hic iis temporibus, ut Romanorum
etiam reipublicæ particeps fuerit: Sed
enim ætate mea apud Mantinenses anti-
quior Podares colebatur. In ea enim pu-
gna, cum virtute ciues, ac socios omnes
anteisse Gryllum Xenophontis filium fa-
teantur, alteram quidem palmam Ceph-
sodoro Marathonio, qui Atheniensium
equestres copias duxit, tertiam huic ipsi
Podari, de quo nunc loquimur, tribuunt.
In reliquam Arcadiam viæ ex Mantinea
ducunt, in quarum unaquaque quæ spe-
ctantem detinere possint iam persequor.
Tegean contendentibus ad laeuam milita-
ris viæ ante ipsos Mantinea muros cam-
pus est, vbi equorum curriculum, & sta-
dium ludicro, quod in Antinoi honorem
celebratur, attributum. Supra stadium
mons est Helesium, ab erroribus Rheæ sic
appellatum tradunt. In eo monte Cereris
lucus, & vbi mons desinit, ædes consurgit
equestris Neptuni, non procul à stadio: De
qua æde nihil ego præter auditum habeo:
Sed neque quisquam aliis qui eius men-
tionem

tionem fecerit. Quod enim ætate nostra
extat templum, exædificandum curauit
D. Adrianus, adhibitis inter fabros specu-
latoribus, ne quis aut intra vetus templi
aspiceret, aut ruderis ex eo quidquam si-
neret, alio transportari. Prisum illud
templum quernis inter se æctè compactis
trabibus Agamedes, & Trophonius ere-
xisse dicuntur. Aditu autem homines
prohibuisse, non obicis vlli oppositu,
sed laneum duntaxat funiculum obtenu-
disse, siue quod, vigente tunc religione, sa-
ris sacro sanctum esse deum metu locum
putarint, siue quod ei funiculo occulta in-
esse ad homines arcendos vis. Vulga-
tum est certe Agyptum Hippotæ filium
cum neque subisset, neque transfluisset, sed
filium concidisset, vbi primum templum
intravit, marinæ aquæ è sacris scatebris
erumpentis vi subita obcæcatum, neque
multo post suo oppressum fato. Perue-
tus fama prodidit in hoc templo marinæ
vndæ conceptraculum esse. Idem est etiam
de aqua marina Atheniensium arcis, pro-
ditum memoria: deque eo fonte, qui apud
Mylasenses, quæ Cariæ ciuitas est, in eo
templo, quod ipsi patria lingua Ogoa
nominant: tantum interest, quod Aihe-
na à Thalero (ab ea enim parte mare pro-

ximum est) absunt stadia baud amplius
 xxx. Mylasensium verò nauale abest ab
 oppido stad. lxxx. At Mantinensibus
 cum plurimum à mari recedant, non nisi
 diuinitus extitisse eam in templo aquam
 existimandum. Vbi Neptuni templum
 præterieris, trophyum lapideum videoas,
 de Lacedæmoniis victis, eorumque duce
 Agide erectum. Pugna ad hunc modum
 commissa narratur. Dexterum cornu te-
 nuere Mantinenses ipsi, habito ex omni
 ætate delectu: Dux fuit Podares, Podaris
 illius pronepos; quē paulò ante cum The-
 banis strenuè pugnasse memorauimus.
 Aderat vates Eleus Thrasybulus &enei fi-
 lius ex lamidatum gente, qui & victoriam
 prædictit, & periculi socius Mantinensi-
 bus fuit. Stetere in laeo cornu reliqua
 Arcadii nominis copia. Suos ciuitates
 singulæ duces habuere: Duos Megalopo-
 litæ, Lydiadem, & Leocydem. Media acies
 Arato Sicyoniorum, & Achæorum duci
 commissa fuerat. Lacedæmonij phalan-
 gem suam dilatarant, quo in hostilem
 aciem omni ex parte frontem obuer-
 rent: In medio agmine Agis, cum suo glo-
 bo constiterat. Ibi Aratus(rei ita cū Ar-
 cadibus composita)cum sua manu fugam
 simulat, quasi verò impressionem Sparta-
 norum

norum sustinere non posset. Ea fugæ spe-
 cie acies in Lunæ modum incuruata est:
 Agis cum sua cohorte victoria spe incita-
 tus, fugientes vrget: Iam & à cornibus
 vtrinque imperatorem suum cupidius se-
 curi in eandem incumbunt partem, quippe
 qui confectum negotium interpreta-
 bantur, si Arati manum fudissent: A tergo
 inconsultius progreffos Mantinenses ador-
 ti, mox densa incingunt corona. Spartano-
 rum magnus numerus cum Agide Euda-
 midæ filio rege suo casi. Visum in eo præ-
 lio Neptunum dimicantem pro suis par-
 tibus memorant Mantinenses, ob idque
 erga se meritum ei trophyum dedicarunt.
 Ac deos quidem præliis hominum, ac ca-
 dibus interesse solitos testantur, quicun-
 que heroum apud Ilium casus persecuti
 sunt. Prædicant Athenienses ad Salami-
 nem, & Marathonem præsto sibi deos fuis-
 se: Nihil verò certius quam ab Apolline, &
 patriis dis deletum apud Delphos Gallo-
 rum exercitum. Quomodo mirum videri
 debet, si Neptuni præsenti ope Mantinens-
 es tunc prospere pugnassint. Leocyden
 nemp̄ eum, qui Lydiade collega Mega-
 lopolitanis eo bello præfuit, nono genti-
 litatis gradu oriundum ab Arcesilao fuisse
 tradunt, eo sane, qui cum Lycosuræ domi-

cilium haberet. ceruam. vidisse dicitur, eis
quam Dominam nominant, deæ sacram
confectam iam ætate, cum torque, in quo
incisa erant literæ:

Hinnulus excipior soluente Agapenore Troiam.
Argumento versus hic est, multo esse quā
elephantum ceruum viuaciorem. A Neptu
ni fano in saltum peruenias quercubus cō
densum, Pelagus nominant: Per medias
quercus via à Mantinea Tegean ducit: &
inter Tegeatas quidem, ac Mantinenses
terminus est, rotunda in populari via, ara.
Quod si à Neptuni ad Ieuam deflectere
malueris, stadiūm v. itinere confecto, ad
Peliae filiarum tumulos peruenias: Has
Matinenses narrant paternæ necis iniui
diam fugientes huc se receperisse. Medea
enim ubi primum Iolcon venit Peliae in
fidias machinata est, re quidem Iasoni ad
regnum viam muniens, cum in eum ta
men verbo hostili animo esse videretur.
Persuadet itaque regiis puellis earum pa
rentem se medicamentis à summa sene
ctute ad iuuentutem reuocaturam. Nam &
vetulum arietem dedita opera iugulatum,
cum inter venena coxisset, tenellum agnū
dicitur è lebete eduxisse. Mox verò cū Pe
lian ipsum in frusta disslectum in feruentis
aqua lebetē immisisset, senis corpus filia
ita

ita resolutum recepere, vt ne reliquum
quidem quidquam esset, quod sepulturæ
traderent. Hic casus ut in Arcadiam exilijs
causa abirent pueras adegit. Ac facto quidē
suo perfunctis sepulchra congesta terra ab
Arcadibus extructa. Nomina virginum,
poëtarum indicauit nemo, eoīū, quos ipsi
legimus. Micon certe pictor eorum imagi
nibus Asteropean, & Antinoēn adscripsit.
Ab iis tumulis stadia fermè x x distat lo
cus, qui Phœzorum dicitur: Ibi Phœzoru
tumulus crepidine circunseptus, modice à
terra surgit. Est ea in parte via valde angu
sta: monstrant incolæ Areithoi sepulchrū,
cui Coryneræ, à claua, qua in pugna vteba
tur, cognomen fuit. Iam secundū eam viā,
qua Pallantium iter est, à Mantinea stadia
fermè x x x. progressos, iuxta militarem
viam saltus excipit, quem Pelagi nuncu
pant. In eo loco equestres Atheniensum,
& Martinensem copia; cum Boeotiorum
equitatu confixere, cum in eo prælio Epa
minondas cecidisset. Martinenses à Machæ
rione suo tue occisum prædicant. Lacedæ
monij Macherionem hunc Spartanū fuisse
contendunt: sed Athenienses, quibus assen
tiuntur Thebani, transfoſsum à Gryllo di
gitant, attestante id pictura, in qua Manti
nensis pugna exposita est: Id & Mantinea-

ses videntur sensisse, qui cum Gryllum publico funere extulissent, eidem statuam posuerunt erecta pila, quod prae omnibus sociis virtus eius enituisse. Machæriōem verò verbo potius, quam renouere Lacedemonij, nā neque Spartæ, neque apud Martinenses ipsos, cuiquam virtutis ergo, cui fuerit Machæriōi nomen, honorē habitū cōperi. Epaminondas quidē cum saucium sui ex acie retulissent, vulnus opposita manu compressit, pugnāmq; prospectans ex eo loco, quem Speculam postera artas ab ipsius factō appellauit, dolorē eousq; pertulit, donec æquatum vidit pugnæ exitum: Inde cum amota manu animam efflasse, eo ipso in loco, quo fuerat prælium commissum, est sepulturæ mandatus. Ejus tumulo imposita est columna cum scuto, in quo serpens cælatus est. Indicat hoc insigne Epaminondam ab iis ortum ducere, qui Sparti sunt nuncupati, quod editi in lucem dicantur è draconis dentium satione. Pilæ verò duæ eminent, prisci opetis altera cum Bœotica inscriptione, altera Adria nus imperator dedicauit, & inscriptionem ipse addidit. Et Epaminondam quidem gloria præstantibus apud Græcos imperatoribus, iure optimo parem potius, quam inferiorem quouis ducas. Nam cum Lacedemo-

dæmoniorum, & Atheniensium ducibus priscus patræ splendor magno fuerit ad res magnas capessendas adiumento. militésque ipsi ducum magnitudini virtute sua facile respoderint; Epaminondas Thebanos, quos rebus suis maximè diffidentes nactus fuerat, & aliorum Græciæ ciuitatum imperiis astuefactos, ad principatus gloriam evexit. Accepérat is iam pridē ex Delphici Apollinis oraculo Pelagus sibi cauendum: Quare fuit illi præcipua cautio ne aut tremibus, aut onerariā vñquā nauī veheretur: At præmonuerat deus nō mare, sed saltum eum deuitandum, cui Pelagus nomen. Hæc nominum ambiguoū similitudo Annibalē postea Carthaginensem, & Athenienses antea fecellit. Annibali quidem oraculum redditum fuerat ex Amonis fano, fore ut mortuus Libyssa humo congegeretur, quare in spem venerat, deleto Romanorum imperio, in patria se postremum vitæ diem exacta iam atate clausurum. At enim cum Flaminius illum ex foedere viuum sibi dedi postulasset, à Prusia Bithyniæ rege, ad quem supplex cōfugerat, reiectus, cum in equum ascenderet sponte ense nudato digitum læst, atque inde non multorum sanè stadiorum itinere confecto, cum eius vulneris inflam-

mationem febris esset consecuta , tertio post die interiit: Oraculi itaque vocem fatalis vici nomen impleuit, Libyssam enim Nicomedenses appellabant. Atheniensibus etiam responsum è Dodona redditum fuerat, Siciliam Coloniam deducendam: Non longe ab vībe aberat terræ non sanè magnus tumulus, cui Siciliæ nomen: At illi oraculi vocem alio trahentes, extra fines bellum inferre ausi, apud Syracusas magna clade tremeritatem suam luere. Sed persimilis errationis multa colligi possint exempla, ab iis, quibus hoc præcipue fuerit curæ: Nos ad institutum redeamus. Ab Epaminondæ sepulchro haud amplius uno stadio distat Iouis templum, Charmonis cognomine. In Arcadum saltibus querens diuersa inter se forma sunt, earū alias à latiore folio platyphyllos, alias fagos nuncupant: Tertium est genus tam exucco, & leui cortice, ut ex eo anchorarum in mari indices, & fundarum faciant. Quare & Iones reliqui, & Hermesianax elegorū poëta, Phellon, id est suberem eum ipsum corticem nominant. Ad Methydrium non sanè amplius oppidum, sed vicum Megalopolitarum ditionis, via yna à Mantinea perducit: Progressos stadia xx. campus excipit, cui nomen Alcimedon,

don, supra quem mons Ostracina, in quo antrum, vbi Alcimedon habitauit: Fuit hic de heroibus unus, cuius filiam nomine Philonem vitiatam ab Hercule Phigalijs memorant: A patre verò statim à puerperio in proximum montem feris expositam cum puer: Ibi vagientem infantem cum pica imitaretur, ad avis vocem, quod puerilem esse credidisset, Herculem forte illac iter habentem conuersum, puellam, & à se genitum puerum, quem Aechmagoram appellatum tradunt agnouisse, ambōsque vinculis liberasse. De rei evenitu fontem proximum Cissan, id est picam nuncupatum. Ab hoc fonte stadia x L. abest Petrosaca vicus, in ipsis Megalopolitarū, & Mantinenium sibiis: sed præter duas, quas ante indicauimus vias, totidem alia Orchomenum deducit: in earum una stadium est, quod Ladas ad cursum exercere sit solitus. Proxime est Dianæ ædes, & ad viæ dexteram terræ editus agger: Penelopes tumulum esse dicunt: Neque enim de Penelope Arcadum sermo cum Thesprodite poësi congruit: In ea enim proditum est memoriae, post Vlyssis à Troia redditum, Penelope ei Ptoliporthum peperisse: At mantinenses longe alium distulerunt sermo.

nem, ab Ulyssse eo criminè damnatam; quod ultro procos iuitasset, domoque exactam, Spartam prius, deinde Mantineam se recepisse, ibique vitæ ei fine contingisse. Proxima, atque adeo huic tumulo contigua planicies est, non sanc magna: In ea mons, ubi ruinæ cernuntur priscæ Mantinea: Locus hac etiam nūm ætate Ptolis dicitur. Hinc digressus modico viæ spatio confecto, ad fontem Alalcomeniam peruenias. Ab urbe stadia xxx. Aquilonem versus absunt ruderæ vici, cui Mœræ nomen. Si Mœra hoc in loco, & non in Tegeatum finibus fuit sepulta, veri enim quæ de eius sepulchro dicunt Tegeatae, quæ Mantinenses similiora videntur: Fuisse scilicet Atlantis filiam Mœram apud se humatam: Forte vero ex huius stirpe, alia & ipsa nomine Mœra in Mantinenium fines venit, quæ ibi sepulta, vico nomen reliquit: In altera viarum, quæ Orchomenum contendunt, Anchise mons est, & ad imum montem Anchise sepulchrum: Cum enim in Siciliam transmitteret Aeneas, in Lachnicam terram diuertit, atque ibi Aphrodissiade, & Oeetide vrbibus conditis, Anchisem patrem, qui cum in ea loca quacun-

que

que de causa venisset, diem suum obierat, ad sepulturā dedit. Anchise itaque monti ab Anchisa nomes. Huic rei fidem facit, quod Aeolenses, qui ætate nostra Ilium incolunt, usq[ue] Anchise tumulum estendunt. Adiacent Anchise sepulchro, templi, quod Veneri dicatum fuerat, ruderæ. Sunt etiam ad Anchisis agrorum inter Mantinenses & Orchomenios termini. Intra Orchomeniorum fines ad viæ laeum iis, qui ab Anchisis digressi fuerint, in declivi montis parte ædes est Dianæ, Hymniæ cognomento: In ea Mantinenses etiam, rei diuinæ operam dant: Sacerdotem fæminam, & virum patrio instituto deligunt, & reliqua propinquitate, & matrimonio coniunctos: His non balnea, non cætera victus ratio cum vulgo communis; neque in priuati ullius hominis ædes pedem unquam inferunt. Eadem sae ab iis etiā, quibus Ephesię Diana sacra cōmittuntur (Estiatoras, & Essenas, id est epulones, vel sodales, vocat) obseruant nouimus, sed per annuas tantu vices. Ac Hymniæ quidem Diana anniversariū faciunt sacrū. Orchomeniorū vetus oppidū in summo olim fuit montis vertice, quo in loco reliqua sunt fori, & mœnium vestigia. Nam quæ hac ætate habitatur vrbis,

lab

sub ipso est veterum murorum ambitus,
Spectatu in ea digna, Fons perennis aquæ,
Neptuni, & Veneris delubra cum signis
marmoreis. In suburbanis Diana in ma-
gna cedro inclusum, est prisci operis li-
gnea effigies: Deam ab arbore Cedre-
tim appellant. Infra oppidum per inter-
ualla sunt è congestis lapidibus tumuli,
quos in honorem peremptorum in prælio
hominum erectos appetet: Verum cum
quibus vel Peloponnesiorum, vel Arcadum
ipsorum bellatum sit, neque vllæ indicant
inscriptiones, neque ipsi Orchomenij me-
moriæ proditum habent. Ex aduerso vrbis
mons est, cui Trachys, id est Asper, nomen.
Inter eum montem, & vrbis mœnia, plu-
via aqua profundo excepta alueo, in altera
ram Orchomeniorum planiciem defluit,
longe, latèque illam quidem patentem, sed
cuius maximam partem palus occupet. Ab
Orchomeno stadia prope tria profectis,
via se ostendit, qua Caphyan recta iter est,
sive per alueum, sive per stagnantis aquæ
paludem. Vbi aquam traieceris, que per
alueum præterfluit: via altera est sub Tra-
chy monte, iuxta quam Aristocratis sepul-
chrū: Eius nempe, qui Hymnæ Diana sacerdoti per vim vitiū obtulit. Modico ab
Aristocratis sepulchro interuallo absunt
fon

fontes, Teneæ appellati: Distat ab his sta-
dia fermè septem Amilius: Huic vico idè
nomen, quod olim præse vrbis esse tra-
dunt. Hic se rursus in biuum findit via:
Pars eius altera Stymphalon, Pheneon al-
tera dicit. Per hanc progressos mons ex-
cipit: In monte iuncta sunt Orchome-
niorum, Pheneatum, & Caphyatum confi-
nia: supra eos præruptum saxum est, pe-
trum Caphyaticam accolæ nominant. Se-
cundum fines ipsos, iis quas paulò antè no-
minaui mus, vrbibus, vallis subiacet: Per
eam via træfit, quæ Pheneon iter est: In me-
dia valle aqua oritur è fonte: In extrema
est vicus, cui nomen Caryæ. Pheneatarum
campi Caryis subiecti, ex iis campis aqua
immodice stagnante veterem Pheneon
deletam memorant. Manent atque etiam
nostra, in montibus eius, eliuionis signa,
qua quantum aqua ascenderit indicant.
A Caryis stadia quinque distant montes
Orexis, & Sciathus. Ad ima vtriusque mó-
tis ingentes foveæ sunt, quæ aquam è cam-
pis defluentem excipiunt: Eas foveas ma-
nu factas Pheneatæ putant. Herculé hoc
operis effecisse, dum Phenei apud Laonó-
men Amphitryonis matrem dégeret. Am-
phitryonē enim Alcæo ex Gunei filia Lao-
name, fœmina Pheneatide, non autem ex

Laodice Pelopis genitum ferunt: Quod si non vanus est hominum sermo, ad Pheneatas Herculem migrasse, adduci quis facile possit ut credat, Tirynthe ab Eurystheo pulsum, non Thebas eum tuoc primum, sed Pheneum se recepisse. Ac fossam ille quidem per medios Pheneatici agri campos duxit. vt per eam Olbius amnis, quem Arcadum, alij Araonium appellant, labetur. Operis longitudo stadia l. excurrit: altè subsidit, quā ripæ integræ sunt, pedes haud minus xxx. Verū hoc Herculeo aliuc iam destituto fluuius meatum pristinum suum illum veterem reperiit. Ab iis quidem souies, sub iis mōtibus de quibus ante egimus, dehiscentibus, sita est, vrbis ipsa Pheneos, cuius conditorem Pheneatae prohibent Pheneum virum indigenā. Arx est vndeprae prarupta, & partim natura loci, partim etiam operibus munita. In ea Mineruæ templum fuit, cui Tritoniæ cognomentum: sed eius iam sola ruderā reliqua sunt. Neptuni etiam cognomine equestris, ex ære simulachrum, Vlyssem dedicasse aiunt: Cum enim equas perdidisset, & ea's querens totam Græciam peragrasset, postremo quo loco eas reperit, ibi Diana templum, quam Eurippen cognominarit, addito equestris Neptuni signo, erexisse:

Ac

Ac sanè inuentas equas, ita in ea Pheneatæ agri parte, vt in continenti contra Ithaeanam terra boues, pascendas locasse. Mibi quidem Pheneatæ in simulachri basi inscriptas literas monstrarunt, quibus, quæ cum pastoribus Vlysses pepigisset consignata fuerint. Non tamen, vt ceteris quæ dicunt fidem habeam, illud assentiar adduci possum, ex ære signū ab Vlysse dicatum, cum nondum illis temporibus traditum fuisset signa ex ære facere, tanquā vestem in textri: Sed quale fuerit tunc æris opiscium, ostendi iam antè in eo, qui est de rebus Laconicis commentario. Primi æs conflare, & crudere docuerunt Rhæcus Philæi, & Teleclis filius Theodorus, ambo Sami. Theodorus certe sinaragdum illū cœlauit, quem frequentissime gestabat, quoque maximè delectabatur Polycrates Samiorum ty- rannus. Quà ab arce Pheneatum descendit stadium est, & in edito vertice sepulchrum Iphiclis, qui frater fuit Herculis, Iolai pater: Herculis laborum consortem magnâ ex parte fuisse Iolai Græci testantur. Eius verò pater Iphicles cum in prima Herculis contra Augean Eleorum regem pugna, ab Actoris filiis, qui Molionidæ sunt à Molione matre appellati, vulnus accepisset, à propinquis Pheneo delatus: Ibi cum

eum Pheneates Buphagus, & eius vxor
Dromne valde accurate tractarunt, & ex
vulnere mortuum sepelierunt, & Iphieli
hac etiam ætate tanquam heroi parentare
solegne habent. Deorum vero omniū ma-
xime Mercurium Pheneatæ venerantur,
eique ludos faciunt Hermæa. Templum
extat Mercurij cū signo marmoreo, quod
fecit Atheniensis Euchir Eubulidæ filius.
A tergo templi, est Myrtili sepulchrum,
quem Græci Mercurij filium fuisse tradi-
dere, Oenomai aurigam: Quoties vero
quis de procis filiæ in certamen descendis-
set, currus ea arte regere solitus, ut Oeno-
maus victores assècutus, hasta eos emissa
transfigeret. Hippodamia ipse etiam amo-
re captus, cum non auderet in certamine
fortunam experiri suam, pergebat aurigæ
munera obire: Proditum postremo ab eo
Oenomaum narrant, cum Pelopem iureiu-
rando adesset, ut prima sibi Hippodamia
nocte cōcederet: Verum cum victorē pro-
missi moneret, ab eo è nauis in mare abie-
ctum aiunt. Eius cadavér. æstu eiusdem se-
pulturæ mandasse Pheneatæ dicuntur: sua
certe Myrtilo parentalia statio quotannis
die faciunt. Satis perspicuum est nō fuisse
longinquò mari vestum Pelopem, sed ab
Alphæi ostio profectum, ad Eleorū nauale
appli-

applicuisse. Quare ne Myrtoum quidem
mare à Myrtilo Mercurij filio nomen ac-
cepisse credendum, com ab Eubœa fere in-
cipiens, ad insulam desertam, quæ Helene
dicitur, cum Aegæo iungatur. Probabilior
mihi Eubœensium sententia videtur, qui
à Myrtone puella nomen ei pelago indi-
trum putant. Est apud Pheneatas Cereris
cognomento Eleusinæ fanum, cui initia
eodem ritu, quo apud Eleusinem peragun-
tur, cum ipsi tamen ea sacra apud se pri-
mum instituta autument. Venisse enim in
hæc loca ex Apollinis Delphici oraculo
Naum, à quo sacrorum ritus acceperint:
Et Naum quidem Eumolpi pronepotem
fuisse. Prope fanum Eleusinæ, lapides emi-
nen prægrandes duo alter aptè alteri im-
positus, Petroma vocant: Eos lapides, vbi
anniversarij sacri quæ Maiora nominant
initia, dies appropinquant, disiungunt, at-
que inde literas educunt, quibus pompæ
ritus, & quæ fieri oportet omnia consigna-
ta sunt. Eum commentarium cum sacrifici-
culis audiētibus recitandum curarint, ea
ipsa quæ consequitur nocte in pristinam
sedem reponunt. Ad eam lapidum compa-
gem compertum habeo, Pheneatæ multitudinem
de maximis quibusque rebus
iustificandum concipere solitam. Saxo su-

Periori operimentum imminet rotundo ambitu, in eo effigies Cereris cognomento Cidariæ seruatur: Eam effigiem sacerdos tanquam personam induitus statis, quæ Initia maiora appellantur, diebus populares patrio quodam ritu virgis cœdit. Venisse in hæc loca Pheneatæ Cererem distant ante Naum, dum errabunda Proserpinam queritaret, & iis, qui se comiter, ac liberaliter accepissent, legumina diuisisse omnia, præter fabam: Quia enim maxime de causa impurum legumen faba sit, arcans commentariis mandatum est. Iam verò qui (vti Pheneatæ narrant) Cererem hospitio acceperunt, quiq[ue] ei templum ad imam Cyllenen erexerūt, & Initia dea instituere, quæ nunc etiam in officio permaneunt, Trisaules iis, & Damithales nomina. Abest quod fiximus fanum ab urbe stadia prope decem. Quia Pellenen, & Aegiran à Pheneo iter est stadia circiter x. progressi, ad Apollinis Pythij templum accedant: Sed enim ex eo sola rudera, & magna è candido lapide aram vetustas reliqua fecit. Ad eam aram Pheneatæ hos etiamnum tempore sacris operam dant: Herculem Elide captæ eam memorant dedicasse. Extant heroum illorū sepulchra, qui cum eius expeditionis Herculī socij fuissent

fuissent, pugnando cecidere. Ac Telamon quidem proximè flumen Aroanium modico ab Apollinis intervallo conditus est: Calchodon non longe à fonte Oenoe. Neminem verò errare velim existimatrem, vel Calchodontem hunc Elephenoris, qui inter duces classe ad Ilium profectus est, vel quem ante nominauimus Telamonem Aiakis, & Teueri patres fuisset: Quoniam enim Herculem Calchodon in hoc bellum sequi potuit, cum interfactum ab Amphitryone haud dubijs Thebanorum monimentis testatum sit. Vel quo nam pacto Salaminem in Cypro condidit Teucer, si nemo eum à Troia redeuntem domo prohibuit? Ecquisna verò arcere eum præter Telamonē potuisse? Quocirca alias omnino hos, qui Hercule iuuerint ab Euboico Calchondonte, & Aegineta Telamone, fuisse statuendum est. Enimuero vti nostra erate, sic propemodum superioribus omnibus seculis, illustriorum plerunque vitorum nomina cum iis, qui nō tam clari fuerint, communicata sunt. Pheneates autem ab Achæis, non vni dtrinunt fines: Nam ad Cyllenen inter utrosque terminus est fluuius, qui Potinas dicitur, ad Aegiraticum agrum Dianum. Intra Pheneatarum fines, secundum Pythij

Apollinis templum paululum progressus, in viam ingrediare, quæ ad Crathin mon-
tem ducit. In eo monte Crathidis am-
nis fontes sunt: Labitur is ad mare præ-
ter Aegas, desertum ætate mea vicum, A-
chœorum olim urbem: Ab eo nomen ac-
cepit Crathis Italiae in Brutii fluuius.
Est in Crathide monte Pyroniæ Diana
fanum: Ex eo antiquitus Achæi ad Ler-
na ignem deportabant, A Pheneo Orien-
tem versus iugum est Gerontei montis,
terminus hic inter Pheneatas, & Stympa-
lios. Ad laevam montis per Pheneati-
cum agrum contendentibus, fines ij sunt,
quæ Tricrêna nominant, à tribus, qui illic
sunt, fontibus, quasi Trifontium dixeris.
In illis aquis, recens in lucem editum Mer-
curium accolæ montis nymphæ abluisse
dicuntur, ob eamque rem eos fontes tan-
quam Mercurio sacros multâ cum religio-
ne colunt. Non longe à Trifontio mons
est, cui Sepia nomen, vbi Aegyptum Elati
filium serpentis morsu periisse dicunt, eó-
que in loco humatum, quod longius cada-
uer efferre (ob odoris opinor grauita-
tem) non potuerint. Eius generis in eo-
dem monte ali nostra etiam ætate serpen-
tes Arcades tradunt, sed valde iam paucos,
quod, cum densis niuibus mons magna-

anni

anni parte vndique obducatur, vel sub di-
uo deprehensi necentur, vel si forte in sua
lustra confugerint, gelut tamen conficiantur.
Atque eo quidem Aepytæ sepulchrum
valde studiose sum contemplatus, quod
eius mentionem facit Homerus. Est ve-
rò terræ agger lapidea crepidine in or-
bem circunseptus: Fuit sane Homero ad-
mirationi, quod scilicet nullum fuerat ille
nobilius monumentum conspicatus. Nam
& idem chorū in Achillis clypeo à Vul-
cano fabricatum, idcirco cum Ariadnæ
choro, quem fecerat Dædalus, comparat,
quia nullum solertia artificij opus vi-
derat. Evidem cum multa norim vbi
sint admiratione digna sepulchra, duo-
rum tamen duntaxat hoc loco mentionem
faciam. Alterum Alicarnassi est: In He-
breis alterum. Erectum illud fuit Mau-
solo, qui Alicarnassi regnauit, ea operis
magnitudine, atque omni ornamento-
rum magnificentia, ut Romani rei mira-
culo adducti, magnificentissima quæque
monumenta Mausolea appellarent. At
apud Hebraeos iu Solymorum urbē, quam
Romanorum Imp. funditus excidit, Hele-
næ indigenæ mulieris sepulchrum miri
operis est: In eo enim hostium fabrica-
tum est è marmore, vti ceteræ sepulchri

partes: Id anni statu die, atque hora, occulto machinæ cuiusdam motu aperitur, neque ita multo post occluditur, quod si alio tempore aperire conatus fueris, effringas facilius, quam illa vi reclusas. Ab Agypti sepulchro ad Arcadicorum omnium montium excelsissimum Cyllenen venias. In eius summo vertice Mercurij templum eminet. Dubium vero nihil est, & monti, & Deo à Cylleno Elati filio cognomina indita. Ac prisci quidem homines quantum ex antiquitatis monumentis didicimus, non aliis materiae generibus ad simu lachra deorum vni sunt, quam hebeno, cyparisco,cedro, querco, edera cilicia, loto: Verum Mercurio Cyllenio è citro signum ædificatum est, pedum, ut coniicio, haud minus v. i. i. altitudine. Habet præterea (quod admirere) Cyllene mons merulas undecimq; albas. Nam quæ aues hoc nomine à comicis appellantur, aliud quoddam genus sunt, haud quaquam canoræ. Aquilas quidem, quas Cycnias vocamus, candore olearibus persimiles: ipse in Sipylo ad stagnum, quod Tantali dicitur, conspexi. Apros certe, & ex Tracia vras albas: vulgo priuati homines lepores albos inter atilia Libyes habent: ceruas verò albas Romæ vidi, ueque percontari in mentem tamen venit, è medi

mediterraneis ne orbis terræ partibus, an verò ex insulis fuerint deportatæ. Huc sum digressus, ne commentarium quis putaret, quod de Cylleniis merulis commemorauit. Coniungitur cum Cyllene mons alias, cui nomen Chelydora: In eo nempe Mercurius dicitur repertam testudinem ad Lyra formam redigisse. Hic fines inter Phenætas, & Pellenenses. Montis multo maximam partem Achæi possident. A Phenæo ad eam, quæ ad Occasum est, partem discedentes, vix excipiunt duæ, Clitorem Iuxa, Nonacrin dextera, & ad Stygis aquam perducit. Fuit olim Nonacris Arcadum oppidulum, cui nomen Lycaonis filia dederat. Solæ ætate nostra ruinæ extant, & ea quidem magna etiam ex parte obruta. Ab iis ruinis non longe crepido montis tam alte se attollit, vt locum nusquam viderim celsiorem. Ex ea aqua stillatim defluit, quam Stygis Græci nuncupant. Ac Stygem quidem Hesiodus in eo libro, qui de Gentilitate deorum inscripsus est (neque enim desunt, qui carmen illud Hesiodo adscribant) Oceanî filiam, & Pallantis vxorem fuisse memoria prodi dit. Ab his nihil ferè discrepantia suis etiā versibus Linum cecinisse tradunt. Mihi quidem vtriusque poëta carmina accurate

legenti, non esse hæc illis attribuenda vi-
deri solet. Epimenides Cretensis Stygem
filiam Oceano genitam dixit, non tamen
Pallati, sed Piranti nuptam, quicunque ille
Piras fuerit, cui etiam hydram pepererit.
Omnium maximè Stygis nomen in poë-
mata sua induxit Homerus. Nam & qua
in parte iusurandum concipientem Iuno-
nem fecit, sic inquit:

*Hoc sciat omniparens tellus, cœlumq; profundus;
Undaque de Stygijs emanans fontibus.*

Ad naturam nempe respexit stillantis a-
qua, ut qui locum ipse eum esset conspicu-
tus. Iam verò in enumeratione eorum, qui
Guneum secuti sunt, vbi Titaresium am-
nem nominat, fluere à Styge illum autu-
mant. Postremo esse apud inferos Stygem
dicit, quo loco exprobrantem Ioui Miner-
uam facit, quod non meminerit sua maxi-
mè opera seruatum Herculem, quominus
iis quos imperasset Eurystheus, laboribus
conficeretur.

*Quod si ego presaga id potuisse mente videre,
Tunc cū ipsam indomiti demisit in atria Ditis,
Colla canis traheret, furui quo regis ab aula,
Nulla arte clapsus Stygijs remiasset ab undū.
Aqua sanè illa ex prærupta rupe ad Nona-
cerin guttatum in præcelsum saxum cadit,
inde in Crathin fluum delabitur. Morti-*

fera

fera illa quidem est cum homini, tum cui-
uis alij animantium generi: Nam & capel-
la sibi aquæ eius potu extinctæ sunt,
quod tamen ex interuallo temporis cogni-
tum est. Accedit & aliud ad eius aquæ mi-
racula. Vasa, & pocula omnia, siue vitrea,
siue crystallina, siue murrhina, seu è lapi-
de, aut testa sint fistuli, aquæ illius vi fran-
guntur: Quinetiam ferrum, æs, plumbum,
stannum, argentum, & electrum ea aqua
infusa soluuntur. Ipsum quoque aurum,
quod neque situ, neque rubigine deteri, &
Lesbia poëtria testatur, & res ipsa indicio
est, aquæ tamen huius virus non sustinet.
At enim vilioribus plerisque rebus vim
eam Deus indidit, vt ea superarent, quæ
maximæ essent inter homines estimatio-
nis: Nam & acero vniones resoluuntur, &
adamantem lapidum omnium aduersus
quemlibet istum peruicacissimum, hirci
sanguis tabefacit. Consimili modo Stygis
aqua vngulam equi superare non potest:
Hac enim sola ita continetur, vt vasculum
non findat. Fuerit ne hoc veneni genere
eneatus Alexander Philippi filius pro com-
perto non habeo, memoriaræ certe proditū
scio. Supra Nonaerin montes sunt Aroa-
nia appellati, in quibus spelunca, intra quā
furore actas Preæti filias memorat se abdi-

995

disse: Inde verò extractas à Melampode ar-
canis quibusdam sacris, & expiationibus
in eum vicum venisse, quos Lusos nuncu-
pant. Aroaniorum partem vtique magnam
Pheneatae incoluntur: Nam Lusi intra fines
Clitoriorum sunt: Vrbem hanc olim sus-
se tradunt: Agesilaus certe Lucensis vicit
renuntiatus est, accepta de iuriuge equo
palma cum primam à decima Pythiadē lu-
dos Amphictyones faciundos curassent.
Nostra tamen aetate Mepsæ quidem Luso-
rum ruinæ extant. Filias certe Pretri Me-
lampus Lusos compulit, Iustratūisque in
Dianæ, insania liberauit. Ab eo sane tem-
pore ad hodiernum usque diem Hemere-
siā, quasi placabilem dixeris, Dianam
templi eius præsidem Clitorij nuncupant.
Est verò etiam Arcadici nominis gens ea,
qui Gynæthænses vocantur: Hi in Olym-
pia Louis signum posuere, fulmen utraque
manu præferens: Absunt hi à Dianæ sta-
dia fermè x l. In eorum foro & aræ mul-
tæ deorum, & Adriani Cæsaris est effigies.
Quod verò memoratu apud ipsos non in-
dignum est, Liberi patris templum habet,
in quo festos dies anni summa hymē agi-
tant, adipe peruncti, sublatum humeris è
grege taurum, quem ipse Deus ut dilige-
rent in mentem venire voluisset: ad tem-

plum deportant: Hoc solenne ipsis est sa-
crum. Abest ab oppido stadia haud am-
plius duo, fons prægelidæ aquæ, fontem
obumbrat platanus: Si quis ex rabidi canis
morsu, vel vulnus, vel noxam quovis mo-
do traxerit, aqua hausta statim sanatur: E-
re itaque ipsa fontem Alysson, quod per
eum sedetur rabies, nominant. Videtur
itaque natura Arcadibus, cum Stygis
aquam ad perniciem hominum dedisset,
hunc etiam qui in Cynæthænsibus est fon-
tem longè diversa vi, aquata boni, malis-
que sorte, salutis causa tribuere voluisse.
Reliqua est earum, quæ à Pheneo ad Solis
occasum ad Iauam viæ sunt, vna, quæ Cli-
torem dicit: Pertinet autem ad illud Her-
culis opus, quo effectit, ut perenni Aroa-
nius amnis aqua fluoret, secundum quem
amnem ad Lycuriam vicum iter est, vbi
inter Clitorios, & Pheneatas agrorum
sunt fines, Progressus hinc stadia prope l.
ad Ladonis fontem accedas. Evidem audi-
ui aquam eam, quæ in stagnum se in Phe-
neatico agro diffundit, illinc proximorū
montium cauernas subeuntem, mox hoc
loco eruptione facta fontes Ladonis effice-
re. Id ego ita ne se habeat, an verò aliter,
non hebo tanquam de explorata re dice-
re. Ladon quidem ipse aquæ pulchritudine
omnib

omnibus Græciæ fluminibus antecellit:
 Celebratur verò maximè Daphnes causa,
 & ob ea quæ de illa poëtæ decantarunt.
 Ego sanè de Daphne quæ commemorant
 Syri Oronis accolæ, prætero: Nam lon-
 gè diuerfa ab Arcadibus, & Eleis tradita
 sunt. Oenomao narrant Pisæ regi filium
 fuisse Leucippum nomine, qui puellæ amo-
 re captus, cum eam si vxorem sibi palam
 peteret, operam se lusurum pro' certo ha-
 beret, quod illa omnino à marium consue-
 tudine abhorrebat, ad eam fallendam hu-
 iusmodi excogitasse astuti dicitur. Alebat
 adolescens Alpheo comam: Eam ille cum,
 quo virgines more solent, religasset, cum
 muliebri ueste ad Daphnen venit, filiam
 se Oenomai simulans, quæ socia venatio-
 niæ esse cuperet: Cum itaque virgo esse ex
 corporis habitu facile crederetur, ante-
 ret verò cæteras comites generis dignita-
 te, ac venandi peritia, & in primis obse-
 quentem se illis maximè præberet, mito
 sibi Daphnen amore deuinxit. At quide
 Apollinis amore fabulam vulgarunt, hoc
 amplius addunt. Apollinem grauiter se
 rentem Leucippi in amore felicitatem, ef-
 fecisse, ut Daphne cum suo comitatu virgi-
 num natandi causa in Ladonem desceu-
 dens, ipsum etiam Leucippum recusan-

tem, & inuitum illuc pertraheret: Ac mox
 ueste detracta, cum virginis ementitum ha-
 bitum deprehendissent, impetu facto ipsæ
 Daphnes comites illum iaculis, & pugnun-
 culis transfixum interemerint. Hæc in vul-
 gus de Daphne prædita. A best verò à Lado-
 nis fontibus haud minus 1 x. stadia Cli-
 toriorum vrbs: Huc via dicit ab ipsis fon-
 tibus Ladonis secundum Aroanium amnis
 angusto calle: Prope ipsum Clitor amnis: Influit
 is in Aroanium stadia haud plus septem
 procul ab oppido. Pisces educat Aroá-
 nius, qui Pœciliæ, credo à coloris varia-
 te, appellantur: Hos haud absimilem tur-
 dorum vocisonum fundere aiunt: Vidi
 ego sanè pisces iam captos, vocem verò eo
 rum nullam audiui, cum tamen ad Solis
 usque occasum circa Aroanium commora-
 tus essem, quod eo maximè tempore voca-
 les eos esse pisces dicitant. Vrbi nomen
 ab Azanis filio est impositum: Sita est pla-
 no loco, non magnis circumuallata mon-
 titibus: Templæ in ea sunt maximè illustria
 Cereris, Aesculapij, Lucinæ, * ne-
 que numerum versibus prodidit: At Ly-
 cius, qui multo fuit ætate superior pa-
 tria Delius, hymnis & in alios deos, & in
 Lucinam ipsam conscriptis, Eulinon, quasi
 dicas

dicas Lanificam, appellat, eandem esse in-
nuens, quæ & Pepromene, hoc est Fati fors
dicitur, nam & Saturno antiquorem me-
morat. Est etiam apud Clitorios Casto-
rum templum Magnorum Deum nomi-
ne, ab urbe seiuinctum stadia quatuor: Si-
gna dis ænea extant. Iam vero in montis
vertice procul ab urbe stadia fermè xxx.
ædes est cum signo Mineruæ Corixæ. Sed
me proposita expositio reuocat ad Stym-
phalum, & ad Stymphaliorum montem
Geronteum. Stymphalij quidem ipsi non
Arcadibus iam se contribuunt, sed ad
Argiolorum se consilium vñtro defectione
facta applicuerunt. Cognatos vero Arca-
dum esse Homeri carmina testantur: præ-
terquam, quod Stymphalus oppidum mu-
niit, Arcadis Callistus filij pronepos. Non
tamen quo nunc loco extat, sed in par-
te diuersa conditum fuisse memorant:
In prisca vero Stymphalo Temenum ha-
bitasse, à quo fuerit Iano educata, cui
fana tria deæ cognominibus totidem de-
dicarie. Puellam enim, dum virgo es-
set: Ioui vero iam nuptam, Adultram: Di-
uortio à Ioue facta, cum Stymphalum
se recepisset, Vidiuam appellasse: Atque hec
de vetere Stymphalo, ac Iunone prodita
memorix non ignoro: Nam horum nihil

hac

Hæc habet, de qua nunc agimus, vñbs. Sunt
autem alia, quæ de ea memorari possunt:
atque hæc propemodum. In agro Stym-
phaliorum fons est, è quo Adrianus Cæsar
aquam Corinthiis intra mœnia deduxit.
In oppido stagnans hyeme fons, lacum
efficit, vnde Stymphalus amnis exit: Aet-
ate quidem lacu siccato, amnis æqua-
to labitur alueo: ac terram per cunicu-
lum subiens, in Argolico se demum agro
profert, ibique nomine mutato, pro
Scymphalo Erasius vocatur. Fabulis vul-
gatum est Stymphali aliquando aues, quæ
humana carne pascerentur, ab Hercule sa-
gittis confectas: At Pisander Camirensis
non peremptas eas aues, sed crepitatulo-
rum sonitu è loco pulsas tradidit. Arabia
quidem deserta præter cæteras feras, vo-
lucres etiam aliunt, Stymphalidas nuncup-
pant, hominibus nihilo mitiores leoni-
bus, & pardis: Siquidem in eos, qui ad eat-
rum aucupia exierint, inuolant, & rostris
corpora verberantes, ac ænea quidem, vel
ferrea corporis tegumenta facile rostris
perfodiunt: At si è libro se quodam, qui eas
captant factis amiculis velarint, haud ali-
ter volucrum rostra caudicibus deprehen-
sa tenentur, quam visco auicularum pin-
nar: Gruibus illæ quidem sunt magnitu-
dine.

ib

dine pares, forma ibibus persimiles: Ros-
tra tamen & validiora, neque ut ibes adun-
ca habent. An fuerint vero aliquando in
Arcadia aues eodem nomine, quo sunt era-
te mea in Arabia, non eadem tamen forma
id ego perspectum non habeo: At si ita est
sum Stymphalidum genus, ut accipitrum
aquilarum, & aliarum volucrum, facile ad-
ducor indigenas eas esse Arabiae aues, qua-
rum deuolarit aliquando pars in Arcadiâ
ad Stymphalum, unde nomen acceperint: &
sanè cum ante alio fortasse in Arabia no-
mine appellarentur, Herculis gloria, &
Græcorum nomen, multo quam Barbaro-
rum honoratus, obtinuit, ut quæ in Ara-
bia desertis degunt, & ipsæ Stymphalides
nominentur. Stymphali Diana etiam ve-
tusta ædes est Stymphalæ cognomento:
Deæ signum è ligno, rude, atque impoli-
tum, vndique tamen inauratum: Sub tem-
pli lacunaribus Stymphalides aues posita
sunt: Ligneæ ne illæ, an gypses sint, à solo
conspicientibus non est facile internosce-
re. Mihi quidem quantum coniectura con-
sequi potui, è ligno potius, quam è gypso
factæ videntur. Sunt ibidem, in postica
tamen parte, virginum signa cum auium
cruribus è candido lapide. Miraculum
vero in hoc templo ætate nostra huiusmo-

di euensis narrant. Cum Stymphaliæ Dia-
nae solenne sacrum indiligentius omni ex
parte factum esset, ac in primis patrij ri-
tus prætermissi, lucus repente supra eam
cauernam corruit, quam subter Stymphal-
ius amnis meat: Obslepto igitur hostio
aqua refluens late omnem campum haud
minus stadium cccc. perpetuo stagno
occupauit. Forte ita accidit, ut venator
ceruam fugientem perseguens, cum illa se
in eius paludis coenum abiesset, animi
impetu concitatus, per aquas natans eam
vrgere non prius desierit, quam idem hia-
tus & feram, & venatorem absumperit:
Mox & stagnantem aquam amni via pate-
facta, consecutam, ac totam paludem uno
die siccata tradunt. Sacrum Dianæ appa-
ratius, & magnificentius factū. Post Stym-
phalum, Helea inter Arcadiæ oppida nu-
meratur, Argolici tamen conuentus parti-
cps. Haleum Aphidantis filium condito-
rem celebrant. Templa illic extant Dianæ
Ephesiæ, & Mineruæ Haleæ: Liberi patris
delubrum cum simulacro: Huic anniver-
sarios dies festos agitant, in quibus, quo
mote apud spartanos ad Orthiæ aram
ephebi, forminæ flagris eduntur. Dictum
est, quo loco de Orchometiis egimus, se-
cundum alueum parui torrentis iter esse

Inde verò ad lœvam stagnuante aquam
conspici. At in Caphyensium campis emi-
ner agger, ad aquam, quæ ab Orchomenio-
rum finibus hanc euadit, arcendam, ne sci-
licet alluvionibus Caphyatarum arua ob-
noxia sint. Intra agerem aqua alia iusto
præterlabitur amne, quæ ex intervallo ter-
ræ hiatu excepta erumpit ruisus ab scate-
bras eas, quæ Nafsi vocantur. Vicus, iuxta
quem se aqua iterum ostendit, Rheunus
dicitur, inde elapsa, fluuium perenissimum aque
efficit, qui Tragus vocatur. Oppido nomē
impositū à Cepheo Halei filio satis con-
stat: Ut Caphyæ tamen appellantur, Arca-
dica linguae consuetudo obtinuit: Ac se
Caphyenses quidem ex Attica terra oriun-
dos: eiectos verò ab Aegeo, cum ad Ce-
pheum supplices configissent, ab eo seidi-
cunt in domicilijs partem receptros. Oppi-
dum sanè modicum est: in extremis cam-
pis ad imos montes, non valde illos qui-
dem editos: Templa ibi Neptuni, & Ca-
calysiae Diana: A monte dea Coaealo no-
men accepit, in quo anniversaria ei initia
peraguntur. Paulò suprà oppidum fors-
est, & prope fontem ingens, & eximia spe-
cie platanus, quem Menelaida nuncupant
Menalaum Troiano bello suscepit, ad eis
paradas copias huic venisse, & eam ab ipso

platanum satam dictitantes. Hoc sanè tem-
pore, & fontem, & platanum Menelaida
appellant. Quod si ex Græcorum moni-
mentis vetustissimas arbores adhuc super
stites, & vegetas percensere velimus, anti-
quissima omnium vitex est, quæ apud Sa-
mios ad lunonis extat: Ei vetustate proxi-
ma quercus Dodonea: Olea deinde in Athe-
narum arce & quæ Deli adhuc extat pal-
ma. Nam tertium viuacitatis locum lauro
sua iure fortasse Syrii tribuerint. Præter
has, platanus hæc est omnium veterissima.
Abest à Caphyis stadium haud longius
vnum Condylea vicus, in quo lucus, &
priscum fanum Diana Condyletidis: Im-
mutatum ve:ò hoc dea cognomen ob hu-
iustmodi causam ferunt. Cum pueri ali-
quot (neque enim certus traditur nume-
ritus) circa templum luderent, funiculo,
quem repererant, Diana signum obliga-
to collo per lusum trahentes, Diana stran-
gulari dictabant. Eos Caphyenses cum
deprehendissent, violati numinis criminē
damnatos, lapidibus obruerunt: Quod ta-
men factum non bene eis vertit. Commu-
nitatem enim pestis foemini incessit, ut omnes
qui vterum ferrent, factus, per abortum,
abierent: Neque ante malum cohiberi
potuit, quam oraculi monitu iussi sunt se-

pulturæ pueris honorem habere, & illis
quotannis inferias mittere, quòd infantes
perempti essent. Obseruant itaque & alia
omnia Caphyenses ex oraculo, hac etiam
ætate, & Dianam (nam & hoc ad Apollini
nus vocem referunt) Apanchomenen, quod
est ac si laqueo comprehensam dicas, appell
arunt. A Caphyis stadia fermè septem ad
uerso cliuo profectus, mox in vicum de
scendens, quem ante Nassos dixi vocari:
hinc stadia prope i. progressus, ad amne
Ladonem peruenias, quem ubi transfieris
ad syluam Soronem accedas, per vicos, qui
Argeathæ, Lycutes, Scotane nominantur:
Inde per Soronem via Psophidem du
cit. Hæc, vti aliæ, Arcadū syluæ, feras alii
apros, vrsoſ, testudines insigni magnitu
dine, ex quibus Lyra fieri facile possint,
pares iis, quæ ex Indica testudine sunt.
Non longè à Sorone absunt Pai veteris vi
ci, ruinæ, & vterius paulò vicus alter,
cui Siræ nomen: sunt autem Siræ agri fi
nes inter Clitorios, & Psophidios. Psop
hidis conditorem fuisse tradunt Arrho
nis filium: Psophidem, perpetua maio
rum suorum serie, ab Erymantho, Ari
sta, Parthaone, Periphete, Nyctimo ori
ginem ducentem. Non defuerunt tamen
qui vrbis primordia attribuerint Psophi
di pa

di puellæ Xanti filiæ, cum Xanthū ipsum
Erymanthus genuisset Arcadis filius. Ve
rūm hæc Arcadum monumentis de suis re
gibus mandata sunt. Est enim multo ve
risima diuersa à Superioribus sententia.
Erotis principis in Sicania viri filiam fuis
se Psophidem: Patrem cum oblatum puel
lae vitium comperisset, & grauidam domo
sua non dignaretur, eam Phegia, quæ vrbs
ante Phegei regnum Erymanthus diceba
tur, apud Lycontam hospitem suum reli
quisse: Ibi educatos Promachum, & Eche
phrona, è Sicana puella satu Herculis edi
tors, de matris nomine Phegiam Psophi
dem nuncupasse. Sed arci etiā Zacinthio
rum Psophis nomen, quòd primus in eam
insulam classe transmisit Psophidius ci
uis Zacinthus, Dardani filius, à quo, con
ditore videlicet suo, vrbi nomen inditum.
Abest à Siræis Psophis stadia xx. Præ
terfluit amnis Aroanius, & modico ab vr
be interuallo Erymanthus: Fontes hic ha
bet suos in Lampea monte, qui facer Pa
nos esse dicitur: Venari solitum in Tayge
to, & Erymantho Lampeæ amatorem Ery
manthum suis Homerus versibus manda
uit: Intersecans fluuius hic Arcadiam re
licto ad dexteram Pholoë monte, ad læ
uam verò agro, quæ Thelpussa dicitur, in

Alpheum illabitur. Peruulgatus est etiam Herculem Eurysthei iussa exequentem, in Erymantho aprum cōfecisse, insignem magnitudine, & robore: Cumani verò in Opicis, dentes monstrati in Apollinis templo suspensos, quos apri Erymanthi esse dicunt: Sed nihil omnino ad fidem faciendam satis probabile afferunt. Psophidiis fuerunt intra urbem templa duo, Veneris Erycinæ cognomento alterum, cuius hæc extate sole extant ruinae: Dedicasse creditur Psophis Erycis filia: Neque id omnino à veritate abhorret: Nam & in Sicilia in subiecto Eryci monti agro, Erycinę Veneris fanum visitur, magna iam tum ab initio religionis, & eo, quod Paphi est, nihil donariorum opulentia inferius. Extant etate mea Promachi, & Echephronis Psophidis filiorum heroica sepulchra, egregio opere exornata. Alcmæon etiam Amphiarai filius Psophide sepultus est. Eius tumulus neque magnitudine, neque vel ornatus genere insignis. Creuerunt circa eum cupressi eo usque, ut earum proceritate mons etiam is, qui Psophidi imminet, superetur. Eas non cädunt, quod Alcmæoni sacras putant: easdémque Virgines indigenæ appellant. Enimvero Alcmæon occisa matre Argis fugiens, Psophi dem,

dem, quæ tunc Phegia à Phegeo nominabatur, se recepit: Ibi Phegei filiam Alphæfibæam uxorem duxit, cui inter cætera nuptialia dona, decantatum etiam illud monile dedit. Vbi verò in Arcadibus domicij habenti insaniae morbus non defecit, ad Apollinem Delphos veniens responsum accepit, in eam terram ei migrandum, quæ omnium esset recentissima: quāmque mare edidisset, posteaquam ille se Eriphyles matri sanguine polluisset: heque enim eò maternas diras ipsum consecuturas. Quare nactus terram, è qua Achelous in mare erumpit, ex ipsa amnis alluvione extantem, in ea consedit, ibique Callirrhoen, quam Acheloi ipsius filiam incolebat, putabant, in matrimonio habuit: Ex ea Acarnana, & Amphoterum suscepit: Ab Acarnane gentem, quæ proximā oram tenuit, appellatam existimant, cum ante Curetes vocarentur. Extimulant saepè viros, multo verò saepius feminas acciores cupiditatum aculei. Quare & Callirrhoë monilis, quod Eriphyles fuerat, potiundi, vehementi flagravit cupiditate: Alcmæonem itaque etiam inuitum, ut Phegian veniret, per pulit: Ibi ille Phegei filiorum Temeni, & Axionis insidiis circumventus, periit: Idem verò Phegei filij monile

Delphico Apollini dedicarunt. Græcos quidem ad Trojanum bellum profectos dicunt Psophidij quo tempore ipsi regibus parebant, & vrbs Phœgia adhuc dicebatur: Non tamen fuisse se eius expeditionis socios, propter similitates Argiolorum dum cum regibus suis suscepas, quod eorum bona pars Alcæmonem propinquitate attingebant, & ad Thebas altero bello eum secuti fuerant. Quod verò Echinaldes insulæ non sint adhuc continentis terræ annexæ, Aetolorum opera factum est: Sedibus enim suis pulsi, agrum colere desierunt: Eo factum, ut Achelous minus iam lutulentus per deserta fluens, medium inter continentis terræ litus, & eas insulas fretum, non oblimauerit. Huic rei Mæander argumento esse possit, qui Phrygum, & Carum feracissimos agros præterbens, medium inter Prienam, & Miletum mare breui in continentis oræ naturam vertit. Est apud Psophidios ad Erimanthum, Erymanthi templum, cum signo ipsius herois. Sunt in eadem æde nobilium animum è candido marmore signa: Vnius Nili simulachrum è nigro lapide. Certa enim ratione traditum est, huminis eius, quod scilicet per Aethiopas ad mare delabitur, nigra signa fieri. Quod vero

verò Psophide audiui Aglaum Psophidium, sicuti & Crœsum Lydorum regem vitam omni suæ ætatis tempore beatam egisse, id ego ut credam non facile adducor. Nam ut hominum quis levioribus multo quam alius quisquam qui iisdem vixerit temporibus incommodis affectus, non difficulter fortasse reperiatur, ut natus aduersis tempestatibus minus agitata: sic propemodum neminem unquam crediderim perpetuò molestiarum, & calamitatuum immunem fuisse quando neque via natus memorari posset, quæ semper secundissimis vsa fuerit tempestatibus. Nam & Homerus id sensisse videtur, quo loco duo, bonorum unum, alterum malorum, dolia apud Iouem statuit: id enim ille ex Delphico Apolline didicerat, qui ipsum & miserum simul, & beatum dixerat, & ad utramque vitæ sorrem genitum. Thelpusan à Psophide iter habentibus, ad Iauam Ladonis vicus est, cui Throphæa nomen: Trophæis adiacet saltus, quod Aphrodisium vocatur: Incisæ illic in columna peruetusta literæ, fines eos esse inter Thelpusios, & Psophidios indicant. In Thelpusiaco agrum amnis præterlabitur Arsen: Eum vbi transferis, ad vicum accedas, cui Alunti nomen, quem vicum

Aesculapijeriam fanum appellant, quod in via dei huius templum erectum est. Ab Aesculapij distat stadia ferme xii. vrbis, cui à nymphā Thelpusa nomen impositum traditum, eam verò Ladonis filiam fuisse: Ladonis ipsius fontes in agro Clitorio sunt, sicuti & ante exposui. Inde præter Leucasium vicum, & Mesoboa, pérq; Nasos, ad Orygem, quem & Aluntem vocant, elapsus, ad Thaliadas, & Cereris cognomento Eleusinæ euadit. Est hoc templum in Thelpusiorum finibus: Signa in eo sunt, septenū haud minus eorum quodlibet, pedum Cereis, Proserpine, Liberi patris, è marmore æquè omnia. Ab Eleusinæ Thelpusan urbem à lœua præterfluit Ladon: Eminet illa in præcelso tumulo, sed astate nostra maiore ex parte deserta: Quandoquidem forum, quod olim fuisse dicunt in ipso vrbis umbilico, in extremo nunc recessu est. Aesculapij inter Thelpusa ruinas, & duodecim deorum delubra extant, quorū tamen magnam partem solo aquavit vetustas. Thelpusan præterlapsus ad Cereris, quod in Oncio est, templū Ladon defluit: Thelpusij dea Erinnyn nominant: Quod ipsum cognomen agnoscit Antimachus, illud usurpans eo carmine, quo alteram in Thebanos expeditionem

persecutus est.

Delubrum Cereris fama est ubi Erinnys esse. Hanc quidem ædem Apollinis fuisse demum fama proditum: Is enim ad Oncium in Thelpuso agro aliquando principatum obtinuit. Dea verò ipsa Erinnys cognomēto appellata est ob huiusmodi causam. Ne ptinum aiunt Cereri, dum illa errans filia quæreret, eius amore captum, vitium offerre cognatum: Sed cum in equam se dea vertisset, & ad Oncium gregibus permista pasceret, Neptunum non fecellit: Nam & ipse in equum mutatus, eam compressit: Quod illa primum iracundè tuli: Verùni postea placabilior facta, lauissē dicitur in Ladone: Cognomina itaq; attributa, Erynnis, à verbo, quod furere Arcadibus est: Lusia verò quod se in flumine abluisset. Signa eius templi, os, summas manus, & imos pedes è Paro marmore habent, reliquæ partes lignæ sunt. Erinnys cistā lœua, dextera facē tenet: Proceritate pedū nouē esse coniicio: Lusia pedes non amplius quam sex eminet. Qui verò Themidis, non Lusia signum hoc esse dictitant, neutiquam audiendi sunt. Cererem quidem ipsam Neptuno filiam peperisse tradunt, cuius nomen ne ad prophanos ederetur, religione sanxerunt: Equum præterea, cui no

268 P A U S I A R C A D I C A S I V E
nomen Arion fuit, & Hippēū id est Equum
Neptunum, ab Arcadibus primum
nuncupatū autumant: Testimonia ex Ilia-
de, & Thebaide afferūt: Ex Iliade quidem
versus eos:
*Non etiam si à tergo agitans, vel Ariona dium
Adraſti moderetur equum, diuinities ortum.
Ex Tebaide verò, vni de Adraſti fuga agit,
Cum pullo ornatu, Glaucus quē vexit Ariō.
His certe versibus innui putant Neptuni
satu ortum Arionem, & si Antimachus ē
terra genitū Arionē his versibus cecinit.
Adraſtus Talao genitus Cretheide, Graium
Primus duxit equos insigni laude superbos:
Et cœrum pernicem & Ariona Telpusseum.
Quem iuxta Oncei Phœbi nemus edidit ipsa
Terra parens cunctorum oculis mirabile mon-
strum.*
Quod si equos illos terra edidit, & diu-
no semine ortos, & cœrulea iuba fuisse cō-
sentaneum videri possit. Narratur & alia
quædam ad hūc prope modum Herculem
cum Eleis bellantem equum ab Onco po-
poscisse, eoque inuestum Eliden expugnaſ-
ſe: Ab Hercule deinde Adraſto concessum.
Hoc de Arione versibus mandauit Anti-
machus:
*Tertium ab Adraſto est domitus ductore Pe-
lagum.*

At Ladon Erinnys templo relicto: à lœua
Aesculapij Oncæate præterlabitur ad dex-
teram Aesculapij pueri ædem, vbi Trygo-
nis nutricis est sepulchrū: Aesculapij iphius
hanc nutricem fuisse memorant: Cū Aescu-
lapium enim expositū in Thelpusio agro
offendisset Autolaus Arcadis nothus filius
infantem dicitur sustulisse. Hinc facile ad-
ducor Aesculapij puero ædē dicatā, quod
ipsum in explicādis etiam Epidauriorum
rebus exposui. Influit in Ladonem Tu-
thoa amnis prope Heræsum fines, quem
locum Arcades planiciem nūcupant. Quà
verò ladon ipse in Alpheum erumpit, cor-
norum locus ille, Nasos idest insula nomi-
natur. Non defuerunt qui Enispen, Stra-
tiā, & Rhīpen, quæ loca Homerus enu-
merat, insulas in Ladone, fuisse putarent
ab hominibus olim habitatas: Quod ego
qui credant magnopere errare arbitror:
Vix enim Pontonibus pares insulas La-
don habet, qui vt sit fluuiorum omnium,
qui vel Barbarorum, vel Græcorum terras
permeant, multo pulcherrimus, nō tamen
ea est magnitudine, vt in eo quales vel in
Istro, vel in Pado, insulæ existere potue-
rint. Heræan condidit Neræus Lycaoni-
nis filius ad Alphi amnis dexteram: Op-
pidi pars vna in cliuo molliter surgenti,
altera

altera ad Alphei ipsius ripas sita est: Curricula prope amnē myrtis, & aliis felicibus inter septa arboribus: Ibidem balneū sunt: Tempa præterea Liberi patris duo, Politen vnum, Axitem alterum vocant: seorsum aedes, in qua initia Liberi patris celebrantur: Habet & Pan templum suū, quippe qui Arcadibus indigena deus est. Fani quidem eius, quod olim Itnoni dicatum fuit, rudera tantum, & columnæ reliqua sunt. Athletas verò omnes, quotcūque Arcadii nominis fuerunt, gloria vicit Demaratus Neræensis, qui primus ex armatorum cursu palmam tulit. Ab Heræa stadia fermè x v. progressus, Lodonem traiicias, atque inde stadiis confessis circiter x x. ad Erymanthum peruenias. Heræa fines, & Eleæ terræ medios, Arcades Erymæthum ipsius prodant: At Elei Corœbi sepulchrū agri sui terminum dicitant. At enim cum Olympicos ludos olim intermissos Iphitus restituisset, & cursus duontaxat certamina proposuisset, primis ludis Corœbus viscit: Hoc inscriptio tumuli testatur: Primū scilicet viceisse, & sepulchrum ei in ipsis Elei agri finibus erectum. Est & Aliphera ciuitas haud sane magna, quod multi iudicis bona pars tunc liceat, quo tempore communis Arcadum confilio, Megalopolis

iis Colonia deducta est. Huc ab Heræa si veniēdum fuerit, Alpheum ubi transieris, stadiis prope x. confessis, ad montem accedas, vnde stadium penè triginta itinere per clivum in oppidum ascendas. Nomen Alipheræ à Lycaonis filio Aliphero inditum. Aedēs ibi sacræ Aesculapij, & Mineruæ, quam, quod apud se natā, & educatam prædicant, præcipuis dignatur honoribus. Quo loco & Lecheatæ Ioui aram dedicarunt, cognomine ab eo ducto, quod ibi Mineruam pepererit Fontem etiam Tritonidem nuncupant, ad eum, quæ de Tritone amné vulgata sunt, referentes. Deæ ipsius ex ære signum est, Hypatodori opus, specie dignum, tum magnitudinis, tum opificij causa: Iam verò & nundinas celebrat, cui deo non satis constat, Mineruæ arbitrör. In iis nundinis vni atite omnes Myiagro rem diuidam faciunt, proque hostiis heroem precati, & Myiagri nomine implorato, securitatē sibi fore inter immolandum ab omni misericordia proteruitate pro certo habent. Circa viam, quæ ab Heræa Megalopolin ducit, Meleneas sunt quas Lycaonis filius Meleneus condidit: Aetate verò nostra desertus vicus, aquis stagnantibus diluitur. Supra Meleneas stadia abest xli. Buphagiū, ubi fontes habet suos Buphagus

phagus amnis: Is in Alpheum influit. Ad ipsos Buphagi fontes, inter Herænenses, & Megalopolitanos fines sunt: Magalopolis quidem ipsa non solum Arcadicarum, sed Græcatum etiam omnium ciuitatum recentissima est: Is tamen exceptis, in quas post imperij calamitatem ab urbe Roma coloni immigrarunt: roboris autem sui confirmandi gratia, Megalopolin Arcades duxerunt. Meminerat enim Arginos iam tam ab initio nullo non pene die, summo cum libertatis periculo, à Lacedæmoniis bello vexari solitos: Eosdem aliquot non sanè magnæ aestimationis oppidis, Tirynthe, Hyliis, Orneis, Mycenis, & Midea exercitus, traductaque ex illis Argos multitudine, ciuitatem inquinitorū numero adeo auxisse, ut in posterum & à Lacedæmoniis minus multo sibi metuerent, & aduersus alios finitimos firmiora haberent prædia. Hoc igitur cōfilio Arcades è suis quæ vrbibus Megalopolin commigrarunt. Coloniae verò author Thebanus Epaminondas iure optimo vocetur. Is enim Arcadas in unum congregavit, & mille Thebanorum delectam manum, duce Pamene Arcadibus misit, qui auxilio essent, si forte Lacedæmonij, Coloniam quo minus deduceretur, impedire essent aggressi. Ab ipsis

verò

verò Arcadibus viri x. quorum ductu, & auspiciis in Coloniam iretur, delecti sunt: E Tegea Timon, & Proxenus: Ex Mantinea Lycomedes, & Poleas: E Clitorii Cleolaus, & Amphius: A Mœnalo Eucampidas, & Hieronymus: Ex Parrhasis Pasicles, & Theoxenus. Ciuitates verò quæ tum nouæ Colonie studio, tum Lacedæmoniorum odio, ut patriam suam quæque desererent, facile sibi ab Arcadibus persuaderi passæ sunt, hæ fuere. E Mœnalo Halia, Pallantium, Eutasmum, Amatium, Iasæa, Ap̄tates, Elisson, Orethasium, Diopœa, Alycæa. Ab Eutresis, Tricoloni, Zethium, Charisia, Ptolederma, Cnauson, Paroria. Ab Aegiensibus Scirtonium, Malæa, Cromi, Blenina, Leulectron. Ad hos, Parrhasiorum, Lycosurenæ, Oristhochenæ, Trapezutij, Prosæs, Acaceium, Acotimacaria, Dasea. Ex Cynureis, iis népe, qui in Arcadia sunt, Gortis, Thisa, quæ ad Lycæum est, Lycote, & Aliphera. Iam ex iis, qui cum Orchomeniis censebatur: Thisa, Methydrium, Teuthis, quibus & Tripolis, Callia nomine, accessit, necnon Dipœna, & Nonacris: Ex iis omnibus populis, cæteri communī Arcadum decreto, nihil omnino recusantes, paruerunt, summâque alacritate nomina in Coloniam dedere. Lycosurenæ

ss

274 P A U S . A R C A D I C A S I V E
duntaxat, & Trapezuntij ab Arcadibus de-
sciuerent, quippe qui antiqua patriæ suavt
reliquerent mœnia, adduci non poterat:
Horum pars magna inuiti, Megalopolin
congenerunt. At Trapexuntij in quos pri-
mo iræ imperio Arcades non sciuerant, è
tota prorsus Peloponneso abiérunt: Eos,
cum nauibus in Pontum incolumes appli-
cuissent, qui Trapezuntem iam Metropoli-
m, in Euxini ora condebant, tanquam
gentiles suos recepero. Lycosurenses vero,
& si, neque ipsi in officio permanserant;
quod tamen in Cereris, & Proserpinæ con-
fugerant, violare Arcades veriti sunt. Alia-
rum certè omnium quas percensuimus vr-
bium, partim hodie deserta sunt, partim
in vicorum formam redactas Megalopolitani
tenant. Gortynam videlicet, Dipa-
nam, Thissoam: Ad Orchomenum, Methy-
drion, Theutidem, Callias, Elissuntem.
Vnum Pallantium deos habuit mitiores.
Sed & Alipherenses in hunc usque diem
vrbis suæ vetus nomen retinuerunt. Dedu-
cta autem Megalopolis est, eodem anno,
paucis post mensibus, quam Lacedæmonij
Leuctricam cladem acceperunt: Athenis
summum magistratum gerente Phrasicli-
de, Olympiadis centesimæ secundæ anno
altero, qua Thurius Damon è stadio pak-

mam

L I B E R V I T I L 275
mam tulit. Ac tunc quidem Arcades The-
banorum societate freti, nihil omnino si-
bi à Lacedæmoniis metuebant. At postea-
quam Thebani à Phocensibus, qui & Boe-
torum vicinitate nitebantur, & spoliati
Delphici Apollinis templo pecunia abundab-
ant, armis Lacesiti, in id bellum, quod
Sacrum fuit appellatum, incubuere. Lace-
dæmonij, & alios Arcadas, ob ea, quæ in
Thebanos profensi fuerat, studia, & in pri-
mis Megalopolitas, suis deturbare sedi-
bus, adorti sunt: Verum cum ciues acriter
obsisteret, & à finitimis alacritate summa
adiuuantur, nihil utrinque memora-
ratu dignum geri contigit. Philippum
quidem Amyntæ filium, & Macedonum
imperium, Arcadum in Lacedæmonios
odium ad summam opes prouexit: Neque
enim aut ad Cheroneam, aut in eo prælio,
quod in Thessalia commissum est, Græcis
Arcades præsto fuere. Non longo vero
post tempore Megalopolitanis Aristode-
mus tyranus exortus est: Phigalensis ille
quidem patria, Artyla filius, quem tamen
Tritaus, homo non tenus in sua ciuitate
census, sibi adoptauerat. Huic nihil domi-
natus obfuit, quominus Frngi cognomento
diceretur. Aristodemus dominante Lacedæmoniis exercitus duce Acro-

tato Cleomenis filiorum natu maximo, cuius gentilitatem omnem, & Spartano-
rum omnium regum iampridem percen-
suimus, in Megalopolitanorum fines in-
uasit: Ibi acerrimo prælio commisso, mul-
tis vtrinque cæsis, superiores tamen Me-
galopolitan ex eo certamine discessere:
In acie & ipse Acrotatus cecidit: Quare
ad eum paterni Imperij successio non per-
uenit. Post Aristodemum duabus ferme
ætatibus ad tyrannidem aggressus est Ly-
diades obscuro genere, sed apprime ge-
nerosa indolis vir, & vt res ipsa postea in-
dicauit, etiam publicæ libertatis amator.
Cum enim admodum adolescens impera-
re cœpisset, vbi ad ætatem prudentia ac-
cessit, eo ipso tempore, quo opes iam suas
in tutto collocarat, vltro se tyrannide ab-
dicauit: Cumque postea se ad Achæicum
concilium Megalopolitan aggrega-
sent, & suis est ciuibus, & Achæis vniuer-
sis tantopere probatus, vt vnu cum Ara-
to vita dignitate comparari posse vide-
retur. Iam tertio Lacedæmonij magno
totius populi concursu, Agide Euda-
midæ filio ex altera familia regia impe-
rante, maiore multo copiarum appa-
ratu, atque instructiore, quam is fuit
exercitus, cui Acrotatus præfuit, Me-
galopolin

galopolin adorti sunt. Ac in pugnam qui-
dem prodeentes oppidano primo con-
gressu fuderunt: Deinde admota ad mu-
ros præualida machina, turrim ex ea mo-
nitione parte tam vehementer concusserunt
vt nihil iam dubitarent se illam postero
die dejecturos. Sed enim ita accidit, vt Bo-
reas non semel imminentem Græcis per-
niciem auerteret: Idem enim qui multas è
Persarum classe naues ad Sepiadem pro-
montorium scopulis illisit, quo minus Me-
galopolis expugnaretur, disiecta vehemen-
ti pertinacis venti impetu hostium machi-
na, perfecit. Hic vero ipse Agis, qui Bo-
reain in oppugnatione Megalopolis ad-
uersarium habuit, is nempe est, cui Aratus
Sicyoniorū dux in Achaia Pellenē ademit,
quique postea ad Mantinean dimicans ceci-
dit. Post hæc non sanè longo interelecto
tempore, Cleomenes Leonidæ filius Me-
galopolin fœderis religione neglecta op-
pressit. Oppidanorum partim armati pro
patria mortem oppetierunt, inter quos Ly-
diades fortiter dimicans memoria homi-
num dignum vitæ exitu reperit. Partes po-
puli prope duas tam militaris etatis, quām
pueros, & mulieres Philopœmen fugiens
secū in Messeniā traxit. Reliquos Cleome-
nes vrbe excisa trucidauit. Sed quo nā mo-

278 P A V S A . A R C A D I C A S I V E
do suos fines, & vrbis aream receperint
Megalopolitæ, quæque reduces gesserint;
id à nobis in explicandis Philopæmenis
rebus gestis exponetur. Eius certe Mega-
lopolitarum clavis culpa Lacedæmonio-
rum ciuitas prorsus vocavit: Vnus iniuriz
author fuit Cleomenes, cum reipublica
formam à regno ad tyrannidem traduxi-
set. Fines quidem inter Megalopolitas,
& Herænenses, vti ante dictum est, ad Bu-
phagi amnis fontes sunt. Nomen amni
ab heroë Buphago, Iapeti, & Thornacis
filio, inditum tradunt. Thornacis ipsius
in Laconica etiam terra nomen celebra-
tur. Sed Buphagum Diauæ sagittis in Pho-
loë monte, impium in deam facinus molie-
rem, confixum memorant. A fluuij fonti-
bus discedentes vicus excipit Maratha. De-
hinc pagus ætate nostra, olim oppidū Gor-
tys. Est illuc Aesculapij ex Pentelico lapide
delubru, & signa impuberis Dei, & Hygeæ
Scopæ opus. Tradunt populares, ab Alexan-
dro Philippi filio loricā, & hastam in Ae-
sculapij dedicatam. Mea certe etiamnum
ætate, lorica, & hastæ cuspis ibi cernen-
tur. Gortynam fluuius præterlabitur, qui
circa suos fontes Lusium appellant, quod
in eo Iouem recens natum lotum cre-
dunt: Quæ verò longius à fontibus discedit,

Gorty

Gortynius dicitur. Hic vñus omnium aqua
fuit multo frigidissima. Istrum enim,
Rhenum, Hypanim, & Borysthenem, quo-
rum aquæ hyeme congelascunt, glaciales
rectius, & brumales, quæm frigidos appelle-
lare possimus: Meant siquidem illi per
terrae quoquis ferè anni tempore multa ni-
ue obductas, & prægelido aëre vndique
circunfuso rigentes: Nam & eos annes,
quotunque iij numerari possint, qui tem-
peratas regiones præterfluentes, æstate o-
mni vel bibentium, vel lavantium æstum
leuent, hyeme vero multo sint inclemen-
tissimi, illos neutiquam frigidam aquam
suppeditate hominum vñibus dixerim.

Sed maxime iucundo aquarum frigore
funt Cydnus, qui Tarsensium fines præter-
labitur: Melas, qui prope Sidam Pamphy-
lorum decurrit: Tum verò Halesi ad Colo-
phonem frigidam aquam qui elegos fece-
runt poëtæ celebrant: Sed his omnes æsta-
te præsertim aincit Gortynius. Fontes ha-
bet ad Thisoan proximo Methydriensi-
bus loco: Rhætas vocant Alphei, & Gor-
tynij confluentem. Thisoa regiuncula est,
qui finitimus pagus, Teuthis: oppidum
olim fuit, ac Troiano quidem bello du-
cem hinc millum narrant, cui nomen
Theuthis, Ornytū tamen alij appellat: In-

280 P A V S A N . A R C A D I C A S I V E
ter hunc,dum Græci Aulide ob aduersis
tempestates interclusi detinerentur, & A-
gamemnonem simulates fuere : Quare
cum cohortem suam Theuthis domum re-
portaturus esset,Palladem aiunt , assimu-
lantem Melanen Opis filium,illum retrahere
conatam: Sed is,quod erat in tumore
præ ira animus, hasta dicitur deæ fœmure
percussisse: Vbi verò domum rediit, deam
se ei ostendisse nudantem saucium fœ-
mur: Atque ab eo primum tempore Teu-
thidem letali tabis morbo correptum: Io-
ea verò vna parte Arcadiæ nullos plane
fructus è terra editos. Interiecto dehinc
tempore è Dodona oraculum redditum, ut
deam placarent: Faciundū itaque oppida-
ni signum curarunt,saucio fœmore , quod
ipse etiam vidi purpurea fascea vulnus
obligante.Sunt Teuthide cum alia,tum
Veneris, & Dianæ fana. Atque hæc qui-
dem illic. Ad eam verò viam, qua Gor-
tyne Megalopolin iter , sepulchrum eo-
rum visitur, qui contra Cleomenen pugna-
tes occubuerunt: Appellant monimentum
illud Megalopolitæ Paræbasium: Violatu-
nempe fœdus à Cleomene eo nomine testi-
fiantes. Adiacet Paræbasio cāpus stadiūm
fermè l. x. Berentes vrbis ruinæ ad via
dexteræ se ostendunt,præterfluente. Beren-
theate

theate amne, qui se hinc nō longius quam
stadiis v. in Alpheū demisit. Trans Alpheū
ager est Trapezuntius in quo Trapezuntis
vrbis ruinæ. Inde cū ad Alpheum descende-
ris,ad lœuam videas non longe ab ipso flu-
mine altè subsidentem vallem cui Bathos
nomen: Illic tertio quoque anno initia
Magnarum dearum peragunt: Fons ibi-
dem est,Olympias appellatur,è quo alter-
nis annis aquæ manant: proximè ignis e-
rumpit. Vulgatum inter Arcades est, Gi-
gantes hoc in loco, non autem ad Traciae
Pallenens præliatos: Rem itaque diuinam
fulguribus,procœllis,& tonitribus faciunt.
Gigantum quidem Homerus nullam om-
nino in Iliade mentionem fecit, in Ody-
sea memorat. Læstrygonas Gigantibus
persimiles homines Vlyssis classem ador-
tos. Phœacum etiam regem dicentem fe-
cit,Phœacas deorum propinquos esse,sicu-
li cyclopas,& gigantum progeniem: Qui-
bus in locis haud obscure ostendit,morta-
les fuisse,non antem deorum satu ortos gi-
gantes. Quod ipsum apertius illis versi-
bus docet.
Imperio indomitos qui rexerat ante gigantes,
At populo immanni amissi confelus & ipse est.
καὶ πεντὶς ἀπὸν Ὡμέρου μέγιστη μάζην εἶσε. Δρα-

cones verò pro pedibus gigantes habuisse, tum aliis rationibus facile refellitur, tum ex hoc maximè absurdum ostenditur. Orontem Syriz fluuium, ad mare non per campos ubique, sed per valde declivias, & prærupta citato cursu descendente, Romanorum imperator Antiocheam contendens, classi peruum reddere conatus est. Magno itaque labore, & impensa fossa deducta, in eam flumen auerit: Vetere verò alueo exiccato verna fistilis reperta est cubitorum x i. & in ea cadaver nihilo breuius humana specie ex omni parte corporis. Hunc Orontem fitisse ex Indorum gente, Clarij Apollinis oraculum Syris consulentibus responsum fuit. Quod si vda initio terra, & humore grauida, Sole concalvfacta, primos edidit homines, ecquenam mundi pars terra India humidior? Vel quæ omnino maiores gignere homines debuit, quamquam quæ his etiam temporibus vastissimas, & miranda forma belluas alit? Ab eo loco, qui Bathus dicitur, stadia ferme x. distat Basilis: Eam urbem condidit Cypselus ille, qui Cresphonti Aristomachi filiam nuptum dedit. Aetate nostra Basilidis ruine solæ extant, & inter eas Eleusinæ Cereris templum. Hinc progressus, Alpheum ubi iterum transieris,

Thocn

Thocniam peruenies, cui è Thocno Lycaonis filio nomen, aetate nostra profus deserata est. Et urbem quidem eam in collis vertice munisse dicitur Thocnus, collem Amnio amne præterfluente: Is in Elissonem illabitur, in Alpheum Elisson. Ortu Elisson habet suos è Pago eiusdem nominis: Inde Dipœnsum primum, Lycaatem deinde agrum præterlapsus, postremo stadium prope x x. interuallo, per Megalopolitarum urbem in Alpheum decurrit.

Proxime ad urbis moenia templum est Neptuni speculatoris, Epoptæ appellant: Simulachri solum caput relictum est. Urbem ipsam cum diuidat amnis Elisson, non fecus quām Cnidon, & Mitylenen Euripi interfecant: In dextera parte, qua fluminis ripæ eminent, ad Septentriones forum expositum est, lapidea circumseptum maceria: Templum illic Iouis Lycae, quo nulla ducit semita: Quæ nam sunt intus in conspectu sunt omnia: altaria Dei duo, mensæ duæ, rotidem meosis pares aquilæ: Panos lapideum signum, cui Sinoë cognomentum, à Sinoë nymphis, quæ vna cum ceteris nymphis, & seorsum ab illis Pana creditur aluisse. Ante sacram aream, Apollinis est ex are simulachrum spectatu dignū, pedum x li. magnitudine:

Id à Phigalensibus sociis ex collata pecunia, ad Megalopolin exornandam huc cōportatum tradunt: Locus vbi signum dedicatum est, iam tum ab initio à Phigalensibus Bassæ nominatæ: Quam verò ob causam Epicurij cognotem, è Phigalensium sibiis demum sit consecutum, cūm de rebus eius ciuitatis agemus, ibi exponetur. Ad Apollinis dexteram signum est non vti que magnum, Deum matris. Templi vero præter columnas iam aliud nihil reliquum. Pro Magnæ matris æde nullum omnino stat amplius signum: Extant scamilli, qui statuas olim sustinuere: Eorum vnius inscriptio testatur elegis versibus, fuisse effigiem illam Diophanis Diæ filij: qui primus cunctam Peloponnesum cum Achaico concilio coniunxit. Porticus vero Philippea nominatur, non quod eam extruxerit Philippus Amyntæ filius, sed quod Megalopolitæ gratiam regis capantes, sub eius nomine opus illud dedicarunt. Contingit eam porticum Mercurij Acacesij templum, cuius reliqua iam pars nulla, præter lapideam testudinem. Philippeam porticum excipit porticus altera, magnitudine illi neutquam par: In ea Megalopolitæ cellas prætorias continenter sex erexere: In earum vna est

Ephe

Ephesiae Diana signum, in altera Pan ex ære cognomento Scolitas: cubitali magnitudine. Transtulerunt huceum è tumulo, qui intra muros est, eodem nomine nuncupatus, in quo fons, unde aqua in Elissonem effluit. A tergo cellarum ædes Fortuna sita est cum signo marmoreo pedum vniuersitate breuiore. Iam vero porticus, quæ Myropolin, hoc est Vnguentariam, nuncupant fori pars est: Aedificarunt vero eam de manubiis Lacedæmoniorum, qui duce Acrotato Cleomenis filio ab Aristodemis Megalopolitarum tyranno fusii sunt. In eodem foro à tergo septi eius, quod est Ioui Lycae dicatum, pilæ insistit Polybius Lycortæ filius cum inscriptione, quæ elegis indicat, vagatum illum esse per terras, & maria omnia: amicum & socium Romanorum fuisse, quos etiam iratos Græcis placarit. Scripsit Polybius hic & alias res gestas P.R., & bella cum Carthaginiensibus suscepit: Quæ fuerit illorū causa, & quam spisse, & vix multis defuncti periculis ciuis cuiusdam sui virtute, quem Scipionem Africanum cognomento appellarunt, excisa Carthagine bellum Romani confecerint: Et sane, quæ Polybij monitu gesit Romanus imp. omnia bene, & feliciter ei cuenisse: In quibus vero minus se

eius

eius viri dicto audientem præbuit, in iis offendisse memoriae proditum est: Ciuitates planè omnes, quæ se Achæis contribuissent, Polybium nactæ sunt rerum suarum publicarum authorem, legum etiam latorem. Ad lauam Polybij statuæ curia est: Fori porticum Aristandriam nominant: Eam enim ab Aristandro eius suo exædificatam tradunt. Proximè eam porticum, contra Solis ferè ortum templum est Iouis cognomento Seruatoris, columnis circunquaque suffultum & exornatum, Ioui in folio sedenti à dextera parte adscissit Megalopolis, à laua Dianaë Sospitæ simulachrum, quod è Pentelico lapide Cephisodotus, & Xenophon Athenienses elaborarunt. Extremæ porticus latus alterum, quod ad Occasum porrigitur, Magnarum dearum circumseptam aream continet: Sunt vero Magna deæ, sicuti in Messeriorum rebus exposui, Ceres, & Proserpina: Sed Proserpinam Soteran, id est Sopitam, vocant Arcades. Pro areæ aditu signa erecta spectantur, qua Diana, qua Aesculapius, & Salus. Deæ ipsæ magnæ, Ceres è marmore tota est, Sospita qua veste velutina è ligno. Singularum magnitudo quiodem sermè pedum. Præferunt pueræ duæ, galatis amictæ tunicis, calathos utraque capite

capite floribus refertos: Damophontis eas aiunt fuisse filias. Sed qui ad coelites signa illa referunt, Minervam, & Dianam flores in Proserpinæ comitatu legentes, esse putant. Ante Cereris pedes Hercules collocatus est magnitudine cubitali: Hunc Herculem vnum de iis fuisse, qui sunt Idei Daedysi nūcupati, versibus mandauit Onomacritus. Horæ prætereadux ibidem affabré effictæ, & Pan fistula, cithara Apollo canens. Indicat inscriptio esse eos è primoribus diis. In mensa nymphæ eminent: Nais inter eas parvulum Iouem gremio ferens: Anthracia ex Arcadicis nymphis vna faciem præfert: Agno manu altera hydriam, phialam altera Anchitroë, & Myrræssa & ipsæ hydrias effluente aqua præferunt. Intra circunseptum eum ambitum cella est Iouis amicitiarum præsidis, Philium appellant, simulachrum Libero patri ornatu persimile fecit Argivus Polycletus: Nam & ei cothurni pro calceamentis sunt, & altera poculum, Thyrsum altera tenent. Thyrso aquila insitit, quod vnum cum iis, quæ Libero patri attribuuntur, non satis quadrat. A postico templi lucus est, non utique magnus, maceria circunseptus. Intra eum nullus hominibus ingressus patet: Ante eum lucum posita sunt

sunt Cereris, & Proserpinæ non maiora pedum trium signa: In septo interiore, Maguarum dearum, & Veneris ædes est: In vestibulo prisci operis linguae effigies, Iuno Apollo, Musæ: E Trapezunte hic deportatas ferunt. In ipsa æde simulachra, Mercurium è ligno, ac Venerem, & ipsa prisci operis, Damophon fecit: Veneris manus, os, & imi pedes è lapide sunt: Cognomen dæ Machinatrix, ac merito quidem indictum, quod veneris causa homines quodus artium, & fraudum genus, tam in factis, quam in dictis excogitarunt. Virorum in cella erectæ statuae sunt, Callignoti, Mentis, Sosigenis, & Poli, qui primi Megalopolitanis initia Magnarum deorum ad exemplar Eleusiniorum sacrorum tradidisse dicuntur. Intra ambitum hęc posta sunt aliorum deorum signa quadrangulara forma: Mercurius cognomento dux, Agetorem nuncupant: Apollo, Minerua, Neptunus, Sol præterea cognomine Senator, & cum his Hercules. Templum insigni sanè magnitudine erexere, in quod Dearum magna rum initia peragunt: Ad eius templi dexteram fanum est Cereris, & Proserpinæ: Signa marmorea sunt pedum octo magnitudine: Basin vndique incingut tænia: Huc foeminas quoquis tempore aditus

aditus patet, viris quotannis duntaxat semel. Continenter Solem occidentem versus foro gymnasium adhæret. A tergo verò porticus eius, quam Philippi vocant, tumuli duo, nos valde illi quidem editi, surgunt: In altero Minerua Poliadis ruderā, Iunonis in altero est Teleæ Adultæ ædes, cuius nihil præter ruinas reliquii est. In hoc eodem colle fons est Bathillus, & ipse aquas ad Elissontis austus conferens. Hęc sunt illic, quorum sit ratio aliqua habenda. Iam verò vrbis pars ea, quæ in ulteriori amnis ripa, ad meridiem conuersa est, theatrum habet ad memoriam insigne, & eorum omnium, quæ in Gracia sunt, maximum, in quo aquæ perennis fons. Non longe à theatro curiæ fundamenta reliqua sunt: Ea curia infinitæ prope Area dum multitudini fuerat destinata. Nomē ei à conditore Therfilia. Proxima domus, ætate mea priurati hominis prædium, Alexandro olim Philippi filio publicè exædicata: Ante eam domum situm est signum Ammonis, eadem qua Hermæ, quadriæ figura, arietis cornua capite præfert. Fani verò eius, quod Musis, Apollini, & Mercurio commune dicarunt, sola super sunt fundamenta, neque ea multis in locis. De Musis una reliqua est: Apollinis quidem efficit.

gies eodem est, quo quadrati Herme, opificio elaborata. Veneris etiam ædes aliud nihil est, quam ruinosæ reliquiæ: Antica duntaxat templi pars manet, & in ea dei simulachra tria: Vnum cœlestem Venerem, alterum Popularem, tertium sine proprio colunt nomine. Nō longe hinc abest Martis ara, erectam tradunt iam tum ab initio. Supra Veneris, stadium theatro coniungitur: Fons illic, quem Libero patri sacrum censem. In extremo stadij fine Liberi ædes, quam tactam de cœlo fuisse duabus ante ætatibus memorant: Non multa sanè eius vestigia nunc inter ruinas apparent. Herculis verò, & Mercurij commune ante stadium, tempsum nullum iam extat, sola ara reliqua est. In hac eadem vībis parte collis ad orientem Solem expositus consurgit, in eo Dianæ est Agroteræ, id est Agrestis, sive Venatrixis ædes, ab Aristodemo ipsa etiam dedicata. Ad Agroteræ dexteram sacra est area vbi Aesculapij templum: signa in eo dei ipsius, & Bonæ valetudinis: Pauxillum descendantibus dij se ostendunt è quadratis lapidibus, Ergatæ, id est Operatij, cognomento: Minerua inter eos Ergane, & Agyéus (quasi Compitalicium dicas) Apollo. Mercurio, Herculi, & Lucinæ sua sunt ex Home

meri versibus attributa munera. Mercurius enim à Ioue mandata præfert, idenque animos eorum, qui è vita excesserunt, ad inferos deducit: Hercules multis, & grauibus ærumnis est exercitus: Lucina, vti Iliados carmina testantur, mulierum partus leuat. Est ad imum collé aliud pueri Aesculapij templum, cuius recto statu signum nihilo est cubitali maius. Apollinis sedentis in solio formia est, magnitudo pedum sex, ac nihilo omnino breuiore. Eo ipso in loco ossa spectantur maiora multo, quam ut humana existimari possint. Esse verò ea distitant eorum gigantum vnius, quos Heraeam in auxilium Hoplodus aduocauit, quæ de re suus erit in sequenti historia sermo. Huic templo fons proximus, ex quo manentem aquam excipit Helissen. Megalopolis quidem ipsa magna alacritate, & conspiratione Arcadum, omnia sibi ad spem optimam de noua vrbe proponentium condita, veteribus iam omnibus ornamenti, ac prisniis opibus amissis, magna iam ex parte inter ruinas, & rudera iacet. Quæ res nullam mihi omnino admirationem affectum sciam noui semper aliquid fataliter, & arbitratu suo Fortunam æquæ validam, atque imbecilla, neq; vicius orien-

riæ, quæm iam occidentia impotenti qua
dam necessitatis vi agere ac ferre. Nam &
Mycenæ, quæ vrbs Troicis tēporibus Gra
ecia cunctæ imperabat, & regia Assyrio
rum Ninus, funditus deleteræ sunt: in Beeo
tia verò Thebae, quæ sibi olim Græcia
principatum vindicabant, ad arcem iam
vnam, & non ita multos incolas redactæ,
vetus nomen vix dum seruauit. Iam verò
quæ cunctas vrbes opum magnitudine an
tecellabant Aegyptiæ Thebae, & Minya
rum Orchomenus, ne per mediocres qui
dem nunc priuati hominis fortunas ad
quant. Delos commune olim Græcorum
conciliabulum, tantopere iam deserta est,
vt præsidio templi amoto, quod Athenien
ses mittunt, hominibus, si Delio tantum
numeræ, prorsus orbata sit. Babylon om
nium, quas ynquam Sol aspexit, vrbiū
maxima, iam nihil præter muros reliqui
habet, quod ipsum de Tirynthe Argolica
vrbe euenit. Hæc inquam ad nihilum For
tuna redegit. At ea quæ ab Alexandro in
in Aegypto, & ad Orontem amnem à Se
leuco nuper, atque adeo heri aut nudius
tertius conditæ fuerunt, eo felicitatis, &
magnitudinis progressæ sunt, vt eas in co
plexum prope suum Fortuna recepisse vi
deatur. Sed enim in vrbiū vel secundis,

vel

vel aduersis casibus, maius quoddam, & mi
rabilius specimen ætate nostra Fortuna
dedit. Chryse enim insula fuit, in quam è
Lemno modicus erat nauigationis cur
sus: Ibi olim Philoctetes à serpentis iætu
grauius dicitur laborasse. Eam insulam
estus alluuij ad imam maris depresso abo
leuit. Alia verò, cui nunc Hieræ nomen,
tunc emerit, cum ante nulla opinio fuisset
eo in loco insula. Caducæ nimirum, &
fluxæ res humanae sunt, neque est quidquā
stabile perpetuò & firmum. Distat à Me
galopoli Messeniam versus stadia haud
amplius v. i. ad lœuam viæ militaris dea
rum fanū, quas, & item sacrum ipsi agrū,
Mavias vocant. Est, quantum conjectura
assèquor, Furiarum appellatio: Hoc in lo
co ob matris cædem insanisse Orestem
tradit. Non longe ab eo fano terræ agger
surgit non utique magnus, è lapide exci
sum digitum insigne p̄tendens: Unde
& illi tumulo. Digitæ monimentum no
men est, Ibi furentem Orestem tradunt
alterius magous digitum alterum abro
sisse. Prope est alter tumulus. Ace nomine,
quod ad eum insanæ medelam Orestes
hactenus fuit. Et illuc est alterum furia
rum templum. Has deas Oresti, cum pri
mum est mente captus, nigras obuias fa

Etas memorant: Eisdem cum digitum ad edisset, albas apparuisse, & earum aspectu statim illum ad se redisse: Iccirco iis quorum effugit iram, inferias mississe: Posterioribus vero rem diuinam fecisse dicitur. Ac Candidis quidem deabus, & Gratiis pariter hac etiamnum artate incole sacra faciunt. Proximum Ace est templum aliud, Tonstrinam appellant, quod hoc ingressus comam Orestes totonderit. E Peloponnesis qui prisca res memoriae produnt, Oresti hæc in Arcadia accidisse affirmat, prius quam de eius facto in Areopago iudicium fieret. Accusatorem quidem non fuisse Tyndareum, quod è vita iam excessisset, sed à Perilaō Clytemnestra patruelē de matris cede accusatum: Fuit vero Perilaus Icarij filius, cum filias etiam post eum Icarius gennisset. A Mantineabus ad Alpheū via x i. ferme stadium ducit, qua parte Gatheatas amnis assumpto prius Cranione in Alpheum influit. Et huius quidem fontes in Aepyride terra sunt, infra Cereata Apollinis templum. Gatheatae vero in vi co Gatheis agri Cromitij, stadiis ferme i x. supra Alpheum, & ibi Cromonis vribis iam prope abolita vestigia, unde ad Nymphada vicum stadium circiter x xi internullum: Est Nymphas valde irrigual

& arboribus condensa: Intersunt ab ea ad Hermæum, quod est Mercurio sacrum, stadia prope x x. Quo in loco terminus est inter Messenios, & Megalopolitanos, Mercurius è pila eminens. Atque hæc quidem via Messenæ, altera Carnasium, quod Messeniorum oppidum est, ducit: Ea progressos Alpheus excipiet, eo potissimum loco, quo aquis communicariis Mallus, & Syrus ei imminentur. Inde Mallunte ad dexteram labente, secundum lquam eius ripam, ubi fluuium traieceris, per accliviorum sui extrema parte tramitem, ad vicum, quem Phædrian nuncupant peruenias: Abest à Phædria stadii x v. prope Dominæ ædem, vicus Mercurio sacer quod Hermæum dicitur: sunt hi etiam inter Messenios, & Megalopolitanos termini: Et eodem in loco non magna vtique signa Dominae ipsius, & Cereris: Mercurij etiam, Herculis præterea, quin & rude Herculis è ligno simulachrum, quod fabricatus est Dædalus, fuisse olim in hac finium parte erectum coniicio. A Megalopoli Lacedæmonen via secundū Alpheum ducit stadium ferè x x x. ad Thiumenti amnem, & hic cum Alpheo se coniungit: Fluente ad latam Thiumentia stadia x l. ubi confeceris ad Phalægas accedas: Absunt Phalæsiæ stadia x x. à Mer-

curij templo, quod ad Beleminam est. Narrant arcades Beleminam olim ad suos fines pertinuentem à Lacedæmoniis absconditam, sed enim non satis rationi consentanea dicere mibi videntur: Neque enim fuissest hac in parte Arcadum causa à Thebanis neglecta, si iure vindicari eum agri posse arbitrati essent. Megalopoli ad castella aliquor, quæ intra Arcadię fines sunt, ac primum quidem ad Methydrium via est stadi. c. & lxx. Non longe stadi. xiiii. ad Scian, ubi templi eius, quod Sciaditidii Dianæ fuit, reliquiae. Condidisse dicitur Aristodemus, dum in Arcadibus dominaretur: Ab hinc x. fermè stadi. Charisiou, vrbs ea quondam fuit: Vestigia nunc ostenduntur, & ea quidem non ita multa: Inde ad Tricolonos totidem stadium via est fuerunt olim & ipsi Tricoloni vrbs: Ad hæc usque tempora mansit in colle Néptuni templum, cum quadrato signo: Lucas templum ambit multis opacus arboribus: Eam vrbum Lycaonis filij condiderunt. Zœtian verò à Tricolonis xiii plus minus stadiis distantem, non recto sed itinere, sed ad Lxuam diuertentibus Zœteum Tricoloni filium eo Coloniā duxisse tradunt. At Paroreus Tricoloni & ipse minor natu filius, Parorian, excita-

uit, à Zœtia non longius stadi. x. Deserta ætate mea utraque est. Extant hac ætate Zœtia, Cereris, & Diana delubra. Alia verò vrbiū ruinosa visuntur monimenta. Thyræi à Paroria interuallo stadi. x v. Hypsuntis in monte, supra planiciem monti idem quod oppido nomen: Media inter Thyræum, & Hypsunti regio tota montana, tota feris reserta. Fuisse Lycaonis vrbes Thyræum, & Hypsunti, superius à nobis est indicatum. Tricolonis ad dexteram via primum acclivis est ad fontem, cui Cruni quasi ductus aquæ dixeris, nomen: A Crunis x x x. stadium abest interuallo Callistus sepulchrum, editus terræ agger, multis cum infuscundis, tum pomiferis vestitus arboribus. In vertice attollit se Diana ædes, cui Callistæ, hoc est Pulcherrimæ cognomentum: Primus autem, quod sciam, Pamphus Diana, accepta ab Arcadibus nomine, versibus Callisten appellavit. Iam verè stadia hinc x x x v. à Tricolinis prorsus c. Heliſſontem versus, recta verò à Methydrio (sola enim hæc de Tricolinis reliqua est) Anemosa vicus abest, & mons Phalanthū. In monte Phalanti vrbis reliquiae sunt: Agelai, qui Stympeli fuit, Phalanthum filium fuisse dicunt. Campi subiacent

monti, qui Pali nuncupantur: Inde Schœnus oppidum, cui à Schœneō Bæoro nomen. Quod si Schœneus ille in Arcadiam aliquando venit, curricula etiā, quæ Schœnus nunti proxima, Atalintæ dicuntur, ab eius filia nomen accepisse videri possunt. De-hinc, ut mea fert opinio, alia etiā fuerunt oppida: Arcadiæ enim finibus hæc omnia ab omnibus loca adscribuntur, sed ad hominum memoriam iam solum relictum est Methydrium, quo à Tricolonis via perducit stadt. c x x v i i. Id nominis oppido est, quod medio loco inter Malca-tan, & Mylaontem flumina, illud olim Or-chomenus condidit. Ac Methydrienses quidem, antequam se Megalopolitanis adiungerent, suos & ipsi Olympicorum ludorum victores prædicere potuerunt. Est Methydrij Néptuni equestris ædes ad Milaontem fluuium. Thaumasius verò mons, qui est à miraculis appellatus, supra Molossum amné est: Huc se Rheam Iouem vero ferentein recepisse credi volunt Methydrienses: Hoplodamo, & aliis eius sociis gigantibus in auxilium accitis, si forte Saturnus vim ei vilam intentaret. Ac fatentur illi quidem Rheam in quadam Lycei parte peperisse, dolo verò Saturnum, pro pueru lapide appo

apposito, in hoc ipso monte circumuentum prodidere. Spectatur in iugo spelunca Rhea, quod nulli hominum, præterquam solis deæ sacrâ facientibus fœminis introire fas est. A Methydrio stadia plus minus x x x. abest Nymphaea fons: Totidem inter sunt à Nymphaea ad Communes Me-galopolitanorum, Orchomeniorum, & Caphyatum fines. Ac Megalopolitanis quidem per Angustias, quæ portæ ad He-leos nominantur, via patet ad Mænulum præter Helisontem contendentibus. Ad eius viæ lœuam Boni dei ædes est. Quod si di hominibus bonorum authores sunt, deorum verò supremus est Iupiter: recte quidem hoc Iouis maxime proprium cognomen esse coniicere possis. Paulò hinc longius terræ agger est, Aristodemis sepul-chrum, cui viro ne ipsa quidem tyrannis Boni cognomē eripuit. Mineruæ etiam illic Machinatricis delubrum: Hoc deæ cognomen inde est, quod ipsa consiliorum omnium, & artium hominibus inuentrix extitit. Ad viæ dexteram Boreæ area di-cata est, cui anniuersarium sacrum Megalopolitanis faciunt, neque ulli deorum maiores habent honores: quod per eum contra Lacedæmoniorum, & Agidis conatum seruati fuerint. Próximo loco est recta

progradienti Oiolei Amphiarai patris sepulchrum: si modo in Arcadia ille, ac non Troiam, cum Herculem aduersus Laomedontem profectum secutus esset, extremum diem obiit. Exinde est Cereris, quæ ad Heleos nominatur, fanum cum Iuco: Ab urbe nihilo longius abest, quam stadii v. Huc solis mulieribus ingredi fas est. Mox stadii xx. spacio confecto, ager adiacet Paliscius nomine, unde reliquo ad dexteram Elapho amne, minimè illo quidem perenni intra stadii circiter xx. ad Paræthei reliquias peruenias, intra quas Panos templum reliquum est. Quod si torrentem transseas, illinc recta promouenti ad decimum octauum fermè stadium campi sunt, & eodem quo campi nomine mons Mænalius. Ad imum montem Lycoæ urbis vestigia, & Dianæ fanum, ac signum ex ære cognomento Lycoatidis. In ea montis parte, quæ ad Meridiem est, sumitia olim urbs munita fuit: Et in eodem monte locus, quæ Trivia suncupantur, unde Mantenenses Delphici oraculi monitu Arcadis Callistus filij ossa sustulerunt. Mænalia etiam ruinæ extant, & Mineruæ ædis. Stadia præterea duo, ad athletarum pugnas alterum, ad equorum, alterum cursus appositum. Mænaliū certe montem tam pr-

prium

prium esse Panos prædicant, ut fistula canentem deum se audire, accolæ affirmare non dubitent. Inter Dominæ fanum, & Megalopolitanorum mœnia stadii. interfuit xii. Ibi iam dimidia viæ parte confecta: Alpheus transmittitur. Hinc stadia duo absunt Macareorum ruinæ; inde viii. Daseorum, totidem à Daseis. Acacesius tumulus: Infra eum Acacesium urbs fuit, & Mercurij Acacesij è marmore signum, hac etiamnum ètate in eo tumulo extat. Enutritum illic Mercurium, & Acacum Lycaonis filium, eius nutritum fuisse Arcadum sermo vulgauit: Longe diuersa Thebani memorant: Ac rursus à Thebanis dissentient Tanagrai. Ab Acacesio distat stadii duobus. Dominæ, siue ea Hera sit fanum. Illic primum visitur Hegemones, id est ducis Dianæ ædes: Aeneum deæ signum facies præfert: Pedum vii, magnitudine id signum esse coniicimus. Hinc ad sacrum Dominæ septum aditus est: Accedentiibus ad ædem, & porticus ad dexteram est, & in pariete inclusa sigilla è candido marmore: Vix in parte Paræ, & Parcarum dux, Moerageten vocant, Iupiter: In altera Hercules, Apollini tripodem eripiens. Quæ verò de his audierim, si quando ad eam Phocensis historiæ partem quæ ad Delphos

301

Delphos pertinet, peruenero, tunc exponam. In porticu verò ad Dominæ, inter ea quæ percensui sigilla, tabula est; in qua pictæ sunt initiorum ceremoniæ: Tertio loco Nymphæ inter sigilla, & Panes sunt: Quarto Polybius Lycortæ filius. Inscrip-
tio testatur nihil ab initio offensuram fuisse Græciam, si Polybij consiliis paruis-
set: Iam verò grauiter affectæ vnum illum præsidio fuisse. Ante fanum aræ ere-
ctæ, Cereri vna, Dominæ altera, Deum ma-
gnæ matris tertia: Signa Cereris, & Heræ,
solium in quo sedent & item quod pedi-
bus subiacet scabellum, è solido, & vnicō
lapide sunt. Nam neque vestes, neque ex-
tranea quædam solij ornamenta, vlo vel
ferri, vel glutinis coagimento compacta
sunt: sed vno proorsus omnia lapide con-
stant: Neque verò eum lapidem aliunde
deportatum, sed somnij monitu quo loco
fodiendo tellurem aperuerant, innuentum
memorant: Vtriusque simulachri feor-
sum magnitudo instar eius est, quod Ma-
tris deum Athenis visitur. Sunt & hæc
Damophōtis opera. Ceres ipsa facem dex-
tera præfert, leuam Heræ admouet. Hera
sceptrum & vas, quæ cista dicitur, genibus
sustinet: Assit solio, quam late vtrunque
patet latus, Diana ceruina pelle vélata, pè-
dente

dente ex humeris pharetra: Altera manu
lampadem, dracones duos altera gestat:
Adiacet canis de venaticorum genere.
Adhæret Heræ signo Anytus, armati ho-
minis habitu: Hunc æditui deæ nutri-
eum fuisse tradunt, illum quidem de Ti-
tanibus vnum. Sanè Titanas primus om-
nium Homerus suis carminibus commen-
tus est, deos esse earum sedium incolas, qui
bus Tartaro nomen est: Ea de re poëtæ ver-
sus in Iunonis iurejurando sunt. Sumpto
deinde ab Homero Titanū nomine Ono-
macritus, quo libro Liberi patris Orgia
exposuit, illorū opera grauibus affectū erū
nis Liberum, versibus mādauit. Sed quæd
Anytum pertinēt ab Arcadibus memoriæ
prodita sunt. Cereris verò filiā nō Latonæ
Dianā fuisse, ab Aegyptiis acceptū sermo-
nem Græcos docuit Aeschylus, Euphorio-
nis filius. Iam de Curetibus, nam & hi
infra ea signa cernuntur, & si vnius intelli-
go longe alium quam Curetis habitum
esse: Déque Corybantibus, qui in basi in-
sculpti sunt, omnia consulto missa facio.
Intra hoc fanum Arcades pomiferarum
omnium arborum præter quam Punice
mali fructum inferunt: Ad dexteram ède-
lubro egredienti speculum in testorio pa-
rietis apte inclusum est, in quod qui in-
spexerit, suam ipsius imaginem, aut pa-

rum perspicue, aut prorsus nihil cernet: Deorum tamen signa, & solium ipsum dilucide intuebitur. Præter Heræ fanum ascendentibus ad dexteram est quod Megaron vocant, ac si magnificè exædificatum basilicam dixeris: Ibi arcana sacra celebrantur, Heræque victimas complures, & peropimas mactant: Et immolat quidem pro suis quisque copiis, neque vero guttura dissecant, ut alii in sacris, sed artum quem quisque fortuitu primum apprehenderit, illum præcidit. Hanc dearam omnium maximè venerantur Arcades. Filiam illam quidem esse Neptuni dictitant: Ceres tamen ipsa vulgo hoc Heræ cognomen habet uti satu Louis genitam νέαντι idest puellam, vocant: Cuius tamen proprium nomen Persephone est ab Homero, & ante eum à Pampho usurpatum. Is autem Heræ nomen non est ausus: ad prophanos prodere. Supradem eam, quod vocari diximus Megaron, Heræ sacer lucus est, ambiente lapidum materia: In eo luco & aliæ sunt arbores, & ex una, atque eadem radice oleæ, & illices enatae, quod sanè nulla effectum est agricultorum arte. Supradem lucum equestris Neptuni, nempe qui Heræ pater creditur, & aliorum deorum aræ sunt: Ea-

rum extremitam indicat inscriptio cōmūnem esse illam dis omnibus. Illinc per cocleam in Panos delubrum ascendens: Adiacet delubro porticus: Intus est numinis haud sanè magnum simulachrum. Huic deo æquæ a potentiis suis quibusque, & hominibus vota rata habere, & merita improbos pœna lafficere attributum est. Ignis ei perpetuus ardet: Quin & responsa oraculorū priscis temporibus reddere solitum autumant, eiisque interpres tem Eratōny mpham fuisse: quæ cum Arcade Callistus filio: nupta fuerit: De qua eadem memorie prodūtur, quæ ipsi etiam percensuimus. Est eodem in loco Martis aræ. Sunt intra ædem Menēris duo signa, è candido alterum marmore, vetustius, alterum è ligno. Apollinis item è ligno, & Minervæ prisca sunt signa. Minerva cellam etiam suam habet. Paulus Iulius supra hunc locum, Lycofuræ muros rum ambitus erat, intra quem pauci sunt incolæ: à Verbium cerfe omnium, quas vel continens terra, vel insula sustinent, vetustissima est Lycofuræ: Hanc primam omnium Sol aspergit: Et ad huius templum verbis icterici homines condere didicunt. Ad lœviam Heidæ Lycaum mons est, quem Olympon etiam sacerum calij Ar-

306 PAVS. MARCABIDA SIVE
cadum iugum nuncupant. In hoc mon-
te educatum Iouem vulgo traditum est.
Ager est in Lyceo, quæ Creta vocatur,
ad leuam luci, qui Apollini facet est, co-
goemento Parrhasio. Huic esse locum,
in quo sit educatus Iupiter, non autem Cre-
tam insulam, contra Cretensium sermo-
nem cōtendunt Arcades: Nymphae etiam
dominant, quæ Iouem nutrierint Thiso-
an, Nedan, & Agnò: Et à Thisoa quidem
nominata vrbs fuit olim frequens in Par-
rhasiorum finibüs: Est verò nunc Thisoa
pagus, Megalopolitani agri pars. Ne-
da fluminis nomen dedit. Fonte Agnò, qui
in Lyceo monte est, Istro fluminis hyber-
nae astiuæque aquæ natura quam simili-
mus: Quod si forte siccitate solum labo-
ret, atque ex eo segetes & stirpes exar-
scant, ibi Lycae iouis sacerdos ad aquam
eius fontis cum preicatione conuersus, ri-
téque re diuina mactatis hostiis peracta
queru ramum non alte, sed in summam
aquam porricit: Existit reperente domi-
nata aqua, atque halitus nebulae persimilis,
neque ita multo post nubes attollitur,
moxque plurium nubium accessione ob-
dusto celo. Arcadiam fines h�atatis ambi-
bus perfronduntur. Est in Lyceo Panos
sanum condensò circumseprum lycò, adia-

LIBER VIII.

307

cet Hippodromus, Hippodromo stadium,
in eo iam tum ab initio Lupercalia cele-
brabantur. Sunt ibidem aliquot statua-
rum cippi statuis amotis: Eorum vnius
inscriptio, elegis testatur, fuisse eam Afya
nactis effigiem, Arcadis patria hominis.
Mons ipse multa quæ visentes admiren-
tur habet: Hoc inter cetera: Area est Ly-
cae iouis, quo hominibus non est acce-
sus: Si quis loci religione contempta in-
troierit, necesse omnino est eum intra an-
num è vita excedere. Mirum est etiam
quod aiunt, tam homines quam bestias,
quæ fortè intra eius loci ambitum se im-
misericordia nullas è corporibus suis umbras
reddere: Ac feras quidem venator illuc
confugientes non consequitur, sed fortis
consistens, nullam sanè umbram ab eius
corpo mitti animaduertit. Eacerre anni
parte, qua Cancer Solem gestat, Syenæ,
quæ Aethiopæ vrbs est, nullæ è corpori-
bus umbræ se ostendunt: Verum in Ly-
ceo hoc nulla non anni parte contingit.
In supremo omnium montis iugo est ter-
ræ editissimus tumulus: In eo Lycae ioui-
s ara, unde omnis prope Peloponnesus
prospici potest: Ante aram duæ eminent
pila ad Solis ferè exortum, insistunt aqui-
la inauratae peruetusti operis. Ad hanc

aram loui Lycaeō in operto faciunt. Sacri eius ritus curiose mihi exquirere non est collibitum : quare ita se habeant, vt præsenti, & prisci temporis religione sanciti sunt. In ea montis parte, quæ ad Orientem spectat, est Apollinis fanum cognomento Parrhasij, eundem Pythium appellant: Ei' deo festos quotannis dies dum agitant, aprum Apollini Auxiliari immolant: Ibi re diuina peracta, in Apollinis Parrhasij hostiam deportant, cum solemni pompa ad tibiae cantum: Fœmora deinde excisa adolent: Viscera quidem eodem in loco absument: Hæc patrio more religio sancita est. In Lycaeī parte, quæ ad Aquilonem vergit, Thisoënsis ager est: Incolæ præceteris numinibus Thisoan nympham venerantur. Præterlabentes amnes influunt in Alpheum: Mylaon, Nus, Achelous, Celadus, & Naphilus. Acheloo Arcadico cognomines: alij duo an̄nes, sunt multo illi quidem nobiliores. Eorum alterum ad Echinadas insulas per Arcanaas, & Aetolos decurrentem, Homerus in Iliade fluviorum regem nuncupavit: Alterum idem poëta ē Sipylo monte fluentem, cum ipso monte ad ea, quæ de Niobe prodiuit, adiecit. Tertio huic ipsi Acheloo nomen est, qui præter Lyceum mont

montem labitur. Lycosuræ ad dexteram consurgunt montes, qui Nomij dicuntur: Est in illis Nomij Panos fanum; Vicum proximum Melpean, ac si Modulatricem dicas, nominant, quod fistulæ modos illuc Pani primum excoitaros dictitant. Nomios verò montes à Panos passionibus vocatos fuisse, obvia esse posset, & expofita cuiuis coniectura: Ipsi tamen Arcades de nymphæ cuiusdam nomine vocitari affirmant. Lycosuran præterfluit Occidenteim versus, fluuius, cui Platiston nomen, quem traicere necesse habent, qui Phigalian contendunt: à fluamine cliuus se attollit stād. non minus xx x. sed neque altius multo. Quæ verò ad Lycaonis filium Phigalum pertinent: Fuit enim is primus urbis Phigaliae conditor: et quemadmodum à Bucolione Phigali filio nomen accepérit, ac deinde rurus pristina appellatio inualuerit, est à nobis in hoc ipso rerum Arcadicarum commentario expositum. Traduntur etiam alia fide non satis digna: Indigenam hominem Phigalū fuisse, non autem Lycaonis filiū: Ex horū sermōe Phigalia nymphæ vna de Dryadibus fuit. Quo tempore Lacedemonij Arcadas bello adorti, in eorum fines cum exercitu inuaserunt: Ho-

stibus verò prælio victis urbem obsidione cinixerunt: Cùmque parum abesset quin muri expugnarentur, Phigalenses effugèrè, sub certis conditionibus à Lacedæmoniis dimissi. Excisa est Phigalia Phigalensis omnibus electis Miltiade summum Athenis magistratum gerente, Olympiadis tricelimæ, qua tertiam palamam tulit Chionis Lacon, anno secundo. Qui è Phigalensisbus eam cladem effugerant censuerunt Delphici Apollinis oraculum de reditu consulendum: Sciscitantibus responsum est, si soli per seipso redire conti essent, nullam fore iam reliquam post liminijs spem: At si ab Oresthasio centum lectissimos viros assumpissent, illos quidem ad vnum in pugna perituros, Phigalenses reditus compotes fore. Orestasij eo responso cognito, optimus quisque certam in eam expeditionem nomina dederat. Congressi verò cum Lacedæmoniorum præsidio, ratam omni ex parte oraculi vocem fecere: Strenue enim dimicantes, Spartanis pulsis, cum ipsi ad vnum mortem operiissent, Phigalensisbus patriam reddiderat. Sita est Phigalia edito, & prærupto loco, multoque maior mœnium pars sub ipsis extructa fuit rupibus: Montis iugum ascendententes excipit plana, & minime sale-

brosa

brosa area, in qua Hospitæ Dianaæ ades est, stante marmoreo signo. Ab eo templo mo re majorum pompas ducere solenne habent. In gymnasio simulacrum Mercurij positum est, eo habitu ut pallium induere videatur, in quadrangulam figuram desinens, neque pedum tenus expolirum. Libero etiam patri templum erectum est: Acratophorum cognomento incolæ appellanti: Signi partes inferiores conspici nequeunt, quod hederae, & lauri densi, fronde velantur: Quæ in conspectu sunt, cinnabari oblitera illuminati: Cinnabari ipsum cū auro erui tradunt ex Iberorū metallis.

Est Phigalensisbus in foro paucratias æ Arrhachionis statua, cum cetera percutus tum ipsa maximè figura: Pedes modico distant interuallo: Manus lateribus latenter, ad coxendices demissæ: E lapide statua est, cuius fuisse adscriptum elogium dicunt, sed illud vetustas aboleuit. Tulit Arrhachion, palmas duas è superioribus Olympiabus, & quarta supra quinquagesimam, tam iusta eorum qui ludis præsidebant sententia, quam virtute sua oppido, quam insignem meruit. Cum enim victis aliis aduersariis, vass quo cum de Oleastro certaret, reliquæ esset, ille eodem impetu, & pedibus Arrhachionem inciv-

sit

vii 4

xit; & manibus collum obstrinxit: Eius digitum Arthachion pedis infregit, & dum strangulatus iam animam ageret, praedicti dolore aduersarius eodem tempore momento corruit: Etei itaque Arthachionis cadaveri victoriam preconis voce adiudicarunt. Consimile fuisse iudicium Argivorum de Creugante Dyrrachino pugile noui. Ei enim iam mortuo Nemeorum coronam detulerunt, quod Damoxenus Syracusanus eius aduersarius pacta inter ipsos conuenta violarat. Nam cum diem pugillatu ad vesperum exremissent, inter eos ita conuenerat cuncta audiente spectatorum corona, ut vicissim alter in quam iussus esset corporis partem, singulas alterius plagas acciperet: Nondum instituerant pugiles castus, attrahebato in actu lorio, ad utriusque manus articulum, quem Graeci *nuptio* vocant, religare: Sed ex crudo bouis corio, implicatis arte quadam vetere inter se torulis (Melichas appellabat) & ad volas reuinctis depugnabant: Quo siebat ut digiti nudi relinquentur. Tunc quidem Creugas prior Damoxeno in caput plagi amplexu infixit: Iussit hic illum manum immoram sustinere: Quod cum ille fecisset, Damoxenus infestis digitis partem eam alii petiit, que infra

fractas est: Ea verò fuit cum vnguium dritia, tum incursionis impetus, ut immisisse utrinque manibus viscera apprehenderit, eaque dilaniata extraxerit. Expirauit statim Creugas. Argivi Damoxenum, quod pactis non stetisset, quippe qui non uno, sed pluribus vulneribus aduersarium confecisset, exilio mulstarunt: Creugas iam mortuo palmani detulerunt, eidemque statuam Argis posuerunt, quae ad meam usque etatem in Lycij Appollinis fuit. Habebat Phigalensium foruin commune sepulchrum lectissimam illius, de qua ante dictu, Oresthasiorum manus: Ius eodem quo heroibus ritu quotannis inferias mittunt. Fluius, qui Lymax dicitur, Phigaliam perfluens cum Neda coniungitur. Hoc ei nominis à Rheæ purgatione inditum ferunt: Quod nempe cum louem illa pèperisset, in hunc amnem nymphæ puerperij colluuiem abiecerunt. Colluém à Græcis νύμφαι, dicta fuisse restatur Homerus, quo loco à pestilentia Græcos purgatos dicit, eaque purgamina, quæ lymata nominat, in mare abiecta fuisse. In Ceræusio mōte Nedæ fontes sunt: Mons ipse Lycæ pars est quod quam proxime ad Phigalensium urbem adlabitur Nedæ, eius cinitatis pueri crinem fluvio detundent. Nedæ alueus ma-

xit & manibus collum obstrinxit: Eius dixit
gitum Arthachion pedis infregit, & dum
strangulatus iam animam ageret, praedigi-
ti dolore aduersarius eodem tempore mo-
mento corruit: Eleni Itaque Arthachionis
cadaveri victoriam pugonis voce adiudicarunt.
Consimile fuisse iudicium Argi-
uorum de Creugante Dyrrachino pugi-
le noui: Ei enim iam mortuo Nemeorum
coronam detulerunt, quod Damoxenus
Syracusanus eius aduersarius pacta inter
ipsos conuenta violarat. Nam cum diem
pugillatu ad vesperum exemissent, inter
eos ita conuenierat cuncta audiens spe-
ctatorum corona, ut vicissim alter in
quam iussus esset corporis partem, singu-
las alterius plagas acciperet: Non dum in-
stituerant pugiles caestus, attribuunt oī acu-
tum loro, ad utriusque manus articulum,
quem Graeci *nayptu* vocant, religare: Sed
ērudo bouis corio, implicatis arte qua-
dam vetere inter se torulis (Melichas ap-
pellabat) & ad volas reuinctis depugna-
bant: Quō siebat ut digiti nudi relinque-
rentur. Tunc quidem Creugas prior Da-
moxeno in caput plagam infixit: Iussit
hic illum manum immotam sustinere:
Quod cum ille fecisset, Damoxenus infe-
stis digitis partem eam alii petiit, quæ in-

fra

fractostas est: Ea verò fuit cum vnguium du-
ritia, cum incursionis impetus, ut immisis
utrinque manibus viscera apprehenderit,
cāque dilaniata extraxerit. Expirauit sta-
tim Creugas. Argiui Damoxenum, quod
pactis non stetisset, quippe qui non uno,
sed pluribus vulneribus aduersarium con-
fecisset, exilio mulstarunt: Creugas iam
mortuo palmani detulerunt, eidēisque fla-
tuam Argis posuerunt, quæ ad meam us-
quæ è statim in Lycij Appollinis fuit. Ha-
bent Phigalensium forū commune sepul-
chrum lectissimæ illius, de qua ante dictū,
Oresthasiorum manus: Iis eodem quo he-
roibus ritu quotannis inferias mittunt.
Fluuius, qui Lymax dicitur, Phigaliam pre-
terfluens cum Neda coniungitur. Hocei
nominis à Rheæ purgatione inditum fe-
runt: Quod neimpe cū louem illa peperis-
set, in hunc amnem nymphe puerperij col-
luuiem abiecerunt. Colluiēm à Græcis
wuxia, dicta fuisse restatur Homerus, quo
loco à pestilentia Græcos purgatos dicit,
cāque purgamina, quæ lymata nominat, in
mare abiecta fuisse. In Cerausio mōte Ne-
dæ fontes sunt: Mons ipse Lycei pars est:
quod quam proxime ad Phigalensium vr-
bem adlabitur Nedæ, eius cinitatis pueri
crinem fluvio detondent. Nedæ alueus ma-

3103

si proximus , nauigiis haud sanè magnis subnavigatur. Amnū quoq; nouimus omnium maxime multipli, & sinuoso flexu labitur Mæander plurimis in se reuolutus, ambagibus. Ea vorticosis & sapius ulcro, citrō ue remeantis lapsus natura vnu Ne da est, qui cum illo conferri possit. Stadiis ferè xii supra Phigaliani calidatum aquarum balnearia sunt, à quibus non longe in Nedam Lymax descendit: In eorum amnium confluentib; veteri religioe sanctissimum fanum est Eurynomes; ob loci asperitatem aditu difficile: Circa ipsum multa & condensa surgunt cupressi: Eurynomen Phigalensium plebs Diana cognomen esse credit. Quincunq; verò antiquitatis monumenta pertractarunt, Oceanī fuisse filiam norunt cuius & Homerus in Iliade fecerit mentionem, cum eam vñā cum Theride ad Vulcanum venisse dixerit. Stato quotannis die Eurynomes templū aperiunt: Aperiunt alio tempore mos patrius nō est: Sacra eo die publicē, ac priuariam fiunt: mibi certe non contigit, vt eo tempore adesse, neque Eurynomes simulachrum videre potui: Audiui de Phigalensibus aureis cætensis reuinctum esse: Forminea facie usque ad summa extrema, cætera piscis figura. Quæ sanè forma nulla satis probabilitat-

tione Diana conuenire posse videatur. Incingitur Phigalia montibus, à leua Cotylio, à dextera imminet qui Elaius vocatur: Distat ab urbe Cotylius stadi. prope xii. In eo vicus est, cui nomen Bassæ, (à valibus opinor) & Apollinis Epicurij, id est Auxiliaris, ades, lapideo lacunati. Templorum sanè omnium, quæ in Peloponneso sunt, excepto eo vno quod Tegeæ est, cum lapidis pulchritudine, tum verò structuræ concinnitate, est hoc longè præstantissimum. Cognomen illud est Apollini tributum, quod pestilentia laborantibus openi tulerit: Qua etiam de causa est idem Apollo apud Athenienses Alexicacus, quasi Aueruncum dixeris, quod pestilentem morbum auerterit, nun cupatus. Bello certe, quod cum Peloponnesis Athenienses gessere, neque alio omnino tempore hoc Dei extitit in Phigalenses meritum: Testatur id cum cognominum rei congruentium similitudo, tum verò quod Ectinus architectus, qui templum exædificauit Phigaliæ, iisdem quibus Pericles Athenis temporibus vixit: Idémque Atheniensibus ædem eam, quem Parthenonem vocant, quod est ac si Virginum ædem dicas, erexit. In superiori quidem huius commentarij parte expositum

positum est, fuisse Apollinis signum hoc
Megalopolitanorum foro. In Cotylio
fons est, à quo, qui Lymacen amnem or-
tum ducere historie mandauit, id sane scri-
psit, quod nēquē ipse vidit, neque ab iis qui
viderint audiuæ: Nam & amnē profluen-
tem vidimus, & è fonte, qui in Cotylio
est, non multum illam quidem manan-
tem aquam, quæ intra modicum soli spa-
cium evanescit: Non tamen in qua esset Ar-
cadia partē Lymacis fons, in mentem ve-
nit curiosus inuestigare. Est supra Apol-
lini Epicurij, eo loco, quod cognomento
Cotyloñ appellatur, Veneris ædes sine te-
cto: signum deæ extat. Elaius mons alter
abest à Phigalia stadia propè x x. Est eo
in loco Cereris autrū cognomēto Nigræ,
Cuni iis certè, quæ de Cereris cum Neptu-
no concubitu Thelpusij prodiderunt, ea
conueniunt, quæ Phigalenses sacris pér-
grediis celebrant: Peperisse verò Cererem
non equum memorant, sed eam, quæ ab
Arcadibus Hera nuncupatur: ac nigram
quidem illam vestem, tum ira in Neptu-
num, tum luctu de Proserpinæ raptu com-
motam sumpsisse: In hunc certè specum
cum se abdidisset, diu luce in vitasse: Ita
verò accidisse, ut cum omnes, quos terra
educat fructus corrumperentur, & homi-

nes passim pestis conficeret, diis cæteris
Cereris latebras ignorantibus, Pana per
Arcadiæ montes alios inter venandum er-
rantem cum ad Elaium venisset, ibi Cere-
rem offendisse, tali cum ornatu & vestitu:
Iouem re de Panos oratione cognita, Par-
cas misisse, quibus deprecantibus compres-
sa ira & luctu lenito, placata Ceres fuerit.

In rei memoriam se Phigalenses di-
cunt antrum illud cum ligneo simulachro
deæ dedicasse: Simulachrum ita fabricasse,
ut saxo insideret muliebri figura, præter
caput, quod equinum atque adeo cum iuba
esset: Serpentibus, & aliis feris ad caput
alludentibus, reliquo corpore ad imos pe-
des tunica velato, altera manu delphinem,
columbam altera præferente: Quæ simu-
lachri ratio sit homini neque vlla in re im-
prudenti, eidēmque tum aliarum rerum
non imperito, tum vero in omni antiqui-
tatis memoria versato, satis perspicuum
fuerit. Nigram sane appellatam tradunt,
quod pullum sumpserit vestimentum. Cu-
ius opus lignæum illud fuerit signum, vel
quo nam modo sit flammis correptum, nō
est memorizæ proditum. Phigalenses qui-
dem illo deleto, alud non modo non resti-
tuere, sed quæ ad statas etiam ceremonias,
& sacra pertinebant, magna ex parte ne-
glexer

glexerunt: Quare cum fruges agri ferre desilient, deprecatibus respondit Pythia.

Arcades Axanes & glanduori Phigaleam,
Alme quis Cereris spelæa reposta habitat:
Scitatum accessit, causamque, famisque leuamē
Sols bis Nomades, Baccis sylvestribus alti,
Ipsa Ceres flauam segetem subtraxit, & ipsa
Fecundam inuidet miseri pastoribus herbam,
Præmidique eripiens, & prisci commoda honoris,
Liba iterum donata deis absumere adegit:
Coget ea & natos & madere membra vicissim,
Ni festo plebes placet libamine diuam:
Diuinōque sacros exornet honore recessu.

Accepto Phigalenses responso, & aliis maioribus multo quam ante honoribus dea affecterunt, & Onatae Miconis filio Aeginetæ quinti poposcerat, nouum signum faciendum locarunt. Huius Onatae Pergameni ostendunt æneum Apollinem, cum magnitudine, tum artificio spectabilem: Idem sanè vir vel priscam aliquam tabulam, vel signum ligneum nactus, ad eius similitudinem æneum hoc Phigalensisibus signum fecit: Quin etiam maiorem eius partem ad somiorum imagines effinxisse dicitur: Aetatis eerte aliquot hoc opus fecit post Persarum in Græciam irruptionem: Testimonio orationi meæ eares

est,

est, quod Xerxis transmissio in idem tempus incidit, quo Syracusis, & in reliqua Sicilia dominabatur Gelon Dinomenis filius, cui demortuo Hieron frater successit. Nam verò cum & hic è vita excessisset, ante quam Olympio Iour dona, quæ pro equestribus victoriis voverat, perfolaueret, eius filius Dinomenes patris vicem impleuit. Sunt verò dona ea Onatae opera. Eoru inscriptions huiusmodi sunt. Vnus quidēs Iupiter Eleo redit qui à puluere vñctor
Quadrigaque semel in uige his & equo
Voverat hac Hieron: natus monimenta pa-
trarentis
Denomenes posuit clara syracusij.

Alterius verò

Ista Micon olim proles tua fecit Onatas
Insula in Aegina, cui patria, atque domus,
Aetate floruit Onatas eadem qua Hegias
Atheniensis, & Argius Agelades. Huius
ego maximè Cereris spectandæ cause
Phigaliam diuerti: Ac deæ quidem ho-
stiam planè nullam cecidi, sed patro in-
colarum ritu è consitis arboribus, & in
primis è vite fructus obtuli: Fauos preter-
ea, & lanas, non illas quidem ad lanificij
opus purgatas, sed planè succida, & suis
fondibus referta vellera: Hec enim illi ad-
aram porticiūt, quæ pro spelunca extiusta
est.

est: Porrectis oleum super infundunt. Huiusmodi publicè , priuatimque quotannis sacra peraguntur. Sacerdos foemina sa- cris praefest, ministrantej sacrificulis (Hie rothydas appellant) natu minimo: Sunt vero iij tres è ciuium numero. Ambit speluncam quercuū, lucus, prægelida è terra erumpente aqua Ipsum sane, quod Onatas fecerat simulacrum , neque cum ego illuc veni amplius extabat: neque an unquam extitisset. Phigalensium multitudo compertum habebat: Audiui tamen gran dem natu hominem, qui cum forte sum congressus , cum diceret , tribus ante se natum etatibus vetus, illud signum collapsis è culmine axis ita cōfractū, ut species eius omnis pristina aboleretur : & sane in ipso calamine vestigia facile cernebam, unde saxa coruerant. Postulat locus hic ut ad Pallantium transeam, quæque memoratu illic digna , ut oratione perse- quar. Nec omittam quare imp. D. Antoninus maior, urbem ex pago fecerit, & incolumis libertatem, & à tributis immunitatem dederit. Euandruin narrant nympha Landonis filia, & Mercurio genitum, confilio, & bellica virtute Arcadas cæteros ante celluisse. Hunc à Pallantio in Coloniam nullum deduxit in locu Tyberi proximu-

Arcadum manu, oppidum cōdidisse, quod urbis Romæ postea pars fuerit: Appellatum verò de Arcadii oppidi nomine ab ipso Euandro, & in quolinorum comitatu Pallantium, quod nomen consecuta ætas literis duabus submotis immutauit. Hæc ipsa res Antoninum Cæsarem adduxit, ut de Pallantiensibus quamoptimè mereretur. Hic Antoninus, qui tam benigne Pallantiensibus fecit nullius omnino belli gerendi Romanis voluntarius author fuit: Sed Mauros Libyum suis viuentium legibus partem maximam, vagos, & errantes, quippe qui inter Nomadas censemur, Scythicis gentibus eo minus expugnabiles, quod non plaustris, sed equis cum uxoriibus inueneti erant: eos ille finibus pulsos suis, in ultimas Africæ solitudines ad Atlantem montem, eiusque montis accolas populos expulit. Brigantibus verò, qui in Britannia sunt, quod Genuinos P. R. socios armis lacesserant, magnam agri partem ademit. Præterea cum Lyciorum, & Carum urbes, Coon etiam, & Rhodon terræ ingens motus euertisset, eas Antoninus infinitis prope sumptibus, & summa in Coloniis deducendis diligentia restituit. Nam quoties & Græcos, & Barbaros in opia laborantes pecunia iuuerit:

qua operum magnificentia Græciam, Ioniām, Syriam, & postremo Carthaginem exornarit, est ab aliis accuratissime scriptum. Idem Impe. aliud huiusmodi liberalitatis suæ monimentum reliquit. Lex erat, ut socij, qui iure Quiritium donati essent, si eorum liberi in officio non permanissent, quod scilicet cum Græcis censeri se malent, bonorum partem aliquam alienis relinquerent, vel si collibitum fuisset in principis fiscum referrent: Licere voluit Antoninus ipsis etiam filios ex asse hæredes facere, cum satius esse diceret laudem humanitatis mereri, quam appositam illam ad pecuniam ac cumulandam legem seruare. Hunc Romani Pium cognomine appellarunt, quod vobis omnium religionum studiosissimus fuerit: Sed opinione mea Cyri etiam maioris cognomen promeruit, ut scilicet communis hominum pater diceretur. Imperij reliquit successorem eiusdem nominis filium. Is & ferociissimos Germaniæ populos, & plurimas Barbarorum in Europa nationes, & in his Sauromatarum gentem, à qua multis iniuriis, & iniusto bello fuerat prouocatus, armis domuit. Sed reliquias iam partes institute de Arcadum rebus historiæ persequamur. A Megalopolit

Pallantium & Tegeam usque ad eum locum, qui Agger dicitur, via dicit ea, in qua suburbanus vicus est, qui Ladocea à Ladoaco Echemi filio nominatur. Adiacebant priscis temporibus vrbes Hæmoniæ, quarum fuerat conditor Hæmon Lycaonis filius: Mansit ad hunc usque diem vice nomen, quæ Hæmoniæ dicuntur. Ab Hæmoniis discedenti, ad dexteram viæ, Oresthasij vrbis, & aliae extant reliquæ, & è Diana templo columnæ: Diana sanè illi cognomentum fuit Sacrificula. Recta pergentibus vici sunt, Aphrodisium primo, ac deinde Athenæum: In lœua huius parte est Mineræ delubrum cum signo. Lapideo. Ab Athenæo stadi. fermè xx. Asea ruinæ distant, & vbi arx olim fuit, tumulus: Arcis adhuc extant murorum vestigia. Ab Asea stadi. non amplius v. non longe à via Alphei, deinde in ipsa via Eurota fons abest. Alphei fonti Matri deum ædes proxima est, sine tecto: Ibi duo sunt leones è lapide: Admisetur Eurota: Alphei aqua: Auuntque ambo amnes communia luceo ad stadi. prope xx. Exceptique exinde eodem cuniculo, erumpit Eurotas in Laconica terra, Alpheus in Megalopolitanorum finibus è nouis emergit fontibus. Ab Asea acclavis est via ad Boreum

montem, in cuius summo vertice veteris templi vestigia remanent: Templum ædificasse Vlyssem Mineruæ Sospitè tradunt, & Neptuno, in patriam reducem. Eo certe loco, quem Aggerem vocant, agri fines inter Megalopolitanos, Tegeatas, & Pallantienses sunt. Pallantici quidem campi ad Ieuam ab Aggere diuertentes excipiunt. In Pallantio delubrum, & in eo marmoreæ statuæ Pallantis, & Euandri: Proserpinæ præterea, & Cereris fanum: Modico interuallo ostenditur Polybij statua. Eo colle, qui vrbi imminet, quoque pro arce priscis temporibus oppidanî vtebantur, manet adhuc in collis vertice fanum deorum, qui Puri cognomine sunt appellati, per quos de rebus maximis iusserandum concipere religione sanctum habent. Singulorum certe nomina vel ignorant, vel scientes in vulgus prodenda non putant: Sed Puros ex eo vocari coniicidum relinquunt, quod illis Pallas non eodem ritu sacrum fecit, quo pater eius Ioui Lycæo. Ad dexteram loci eius, qui Agger dicitur, campi Manthurici sunt: Patent hi iam intra Tegeatum fines, ad ipsum usque Tegeæ oppidum stadia penè 1. Ad via dexteram surgit mons nomine Cresius, in quo templum ædificarunt Aphnei,

quasi

quasi Laeturni, vel Vberis dicas. Nam cum Aerope Cephei filiæ vitium Mars (vulgaris hic est Tegeatarum sermo) obtulisset, puella quidem inter pariendum animam efflauit: At puer matrem complexus iam examinen, lactis è mamillis eius profluente copiam hausit: Id Martis voluntate siebat: Eius rei gratia Aphnei nomen in deos relatum: Puero ipsi Aeropo nomen fuit. Iuxta Tegeaticam viam aqua est cognomento Leuconia, nempe à Leucone puella, quam Aphidantis fuisse filiam tradunt, cuius in suburbanis Tegeæ, sepulchrum monstratur. Et à Tegeo quidem Lycaonis filio oppido duntaxat nomen impositum Tegeatae dictitant, cum incolæ curiatim habitarent: Et curias quidem nominant Gareatas, Psylacenses, Caryatas, Corythenses, Potachidas præterea, Manthurense, Echeuerhenses: Ad has dum Aphidas regnaret nonam accessisse curiā dicunt Aphidantum. Hanc certe, quæ nunc extat, vrbe, Coloniam deduxit Aleus. Rerum gestarum Tegearis cum reliquis nominis Arcadii populis communis fuit gloria, tam ex Troiani, quam ex Persici belli temporibus, & ea pugna, quæ in Dipœensibus cum Lacedæmoniis commissa est. Sed priuatim propria fue-

runt eorum decora, quod & aprum Calydonium Ancæus Lycurgi filius accepto etiam vulnere sustinuit, & Atalanta cum prima omnium belluam sagitta transfixisset, virtutis ergo, capite, & pelle apri donata est. Iam vero redeuntibus in Peloponnesum Herculis liberis, Tegeates Echemus Aeropi filius singulari certamine Hyllum superauit: Lacedæmonios etiam armis in Arcadiam inuadentes primi omnium Tegeatæ fuderunt, magnumque captiuorum numerum abduxerunt. Ac Tegeatis quidem Aleæ Mineruæ vetus templum Aleus ædificauit: Interiecto deinde tempore aliud ipsi sibi ciues exerèrunt, & magnitudine, & reliqua exædificatione spectantium admiratione dignissimum: Nam cum prius illud igne conflagrasset, Diophante Athenis annum principatum obtinente, anno eo, qui Olympiadem consecutus est xcvi. qua victor è stadio Eleus Eupolemus discessit, ita instauratum est, ut cum loci spatio, tum vero ornatu reliquo facile templo cætera, quæ in Peloponneso sunt, supereret: Triplex columnarum seattollit ordo: Primus est Dorici operis, alter Corinthiaci, tertius extra templum Ionicæ columnæ sunt. Architectum fuisse eius operis accepi Scopam Parium, qui si-

gna cum multis in veteris Græciæ locis, tum vero in Ionia, & Caria fecit. In fastigij antica parte expressa est apri Calydonij venatio, Medium fermè vrgent feram, Atalanta, Meleager, Theseus, Telamon, Peleus, Pollux, & Iolaus, qui Herculi ærumiarum maxima ex parte socius fuit: Præterea Theslî filij, Alchææ fratres Prothous, & Cometes: Ad alterum bellum latutus Ancæum iam saucium bipennem attollente Epochus subleuat: Proximi sunt Castor, & Ioclis filius Amphiaraus: Adsistunt etiam Hippothous Cercionis filius, Agamedis nepos, Stymphali pronepos: Postremus omniū in eo opere est Pirithous. Postica sagigij pars pugnam habet Telephi, & Achillis in Cayci campis. Mineruæ Aleæ signum, & simul Calydonij apri dentes, asportauit Cæsar Augustus, victo Antonio, eiisque partibus, in quibus Arcades prope oīines fuere præter Mantinen ses. Non primus tamen Augustus proditur deorum signa, ac donaria deuictis à se gentibus eripiisse, sed fuit hoc ei à priscis iam tum temporibus tralatitium. Siquidem exciso Ilio cum inter se Graci spolia diuidenter, Sthenelo Capanei filio Hercei Iouis signum obtigit. Multisque post annis cum Doricæs in Siciliam transmi-

grarent, Antiphemus, is qui Gelan deduxit, Omphace Sicanorum oppido direpto simulachrum à Dædalo fabricatum Gelan deportauit. Persarum verò regem Xerxes Darei filium, præter ea ornamenta, quæ ex ipsa Athenarum vrbe amodit, scimus & ex Braurone Brauroniacæ Dianæ signum auexisse: Eundémque Milesiis criminatu, quod illi de industria nauali prælio in Græcia cum Atheniensibus infelicius pugnafsent, æneum, qui in Branchidis fuerat, Apollinem ademisse: Quem multis post annis Seleucus iisdem remisit Milesiis. Arguius hac ipsa etiamnum ætate, signa, quæ ex Tirynthe ablata fuerant, alterum in Iunonis, in Apollinis Elei alterū reposita sunt. Iam Cizyceni cum Proconnesios bello adegissent ut sibi inquilini essent, Dindymenæ matris signum è Proconneso asportarunt: Aureum illud fuit: facies, cum ebur deesset, è fluuialis equi dentibus est fabricata. Augustus certe (ut ad eum redeamus) in signis, ac donis auferendis, & Græcorū, & Barbarorum iam vsu confirmata est exempla secutus. Ac Aleæ quidem Mineruæ signum Romani positum habet in eius fori aditu, quod est ab Augusto dedicatum: Est verò signum id ex ebore totum: Endius opus fecit. Ex apri dentibus, alte-

rum effractum dicunt ij quorum curæ sunt huiusmodi miracula commissa: Alter in Liberi patris æde, quæ est in Cæsaris hor-tis, suspensus visitur: Nihilo ille quidem passus vnius dimidio breuior. Aleæ quod nunc Tegeæ signum est, è curia Manthuriensium, apud quos dea Hippia: hoc est equestris, cognomento colebatur, deputatum fuit. Cognominis ea fuerat causa, quod in gigantum pugna Manthurienses ipsi prodidere, deam in Enceladum bigas immisisse. Sed Alean vocari eam, & apud Græcos reliquos, & apud Peloponnesios maximè vsus obtinuit. Deæ quidem assitunt hinc Aesculapius, illinc Hygea è Pentelico marmore: Scopæ Parij opera. In templo memoratu dignissima dona sunt: Apri Calydonij corium, putre iam præ vetustate, & setis vndique nudatum. Sunt præterea suspensa compedes illæ, & si ex illis multas temporis longinquitas aboleuit, quibus vincit Lacedæmonij captiui, Tegeatis in agro fodiendo opus faciebant: Lectus præterea Mineruæ sacer, cum effigie picturæ persimili. Ad hæc Tegeatidis fœminæ, Viduæ cognomento, scutum: sed huius mulieris posterius mentionem faciemus. Deæ rem diuinam facit virgo, quam longum tempus virginitatem con-

feruerit non satis scio, illud habeo compertum, antequam pubescat se illam sacerdotio abdicare. Erectam à Melampode Amythaonis filio aram Mineruæ tradunt. Aræ insistunt Rhea, & Oenoe nymphæ, parvulus Iouem complexæ: Vtrinque quaternis assistentibus nymphis: Ab una parte Glauca, Neda, Thisoæ, & Anthracia: Ab altera Ida, Agnò, Alcinoë, & Iphixia. Musarum etiam ibidem, & Mnemosynes signa sunt. A templo non longius quam stadium unum ab est terræ agger, ad quem ludos faciunt Alæ, de Mineruæ nomine, & Ilotia, ex eo quod in pugna viros è Lacedæmoniis multos ceperant. Adeam templi partem, quæ ad Aquilonem spectat, fons est, prope quem vitiata ab Hercule Augæ ferunt, quod tamen ab iis, quæ Hecatæus hac de re scripsit, discrepat. A fonte stadia fermè 111. Mercurij Eeptyi cognomento ædes dicitur. Habent & aliud Tegeatæ templum Mineruæ Poliatidi dedicatum: Eo singulis annis semel duntaxat ingreditur sacerdos: Propugnaculi templum appellant. Vulgo proditum est Cepheo Alei filio Mineruam Tegean inexpugnabilem, donato ei detenso de Medusæ capite crine, præstissime. De Dianæ verò, quam Hegemona, hoc est Duætricem, appellant, ta-

lis propemodum sermo est. In Orchomeniis, qui in Arcadia sunt, dominabatur tyrannus Aristomelidas: Is cum Tegeatibus virgine, quam amabat, quoquo modo potius esset, ac eam cum praesidio ad se perducendam Chronio cuidam commendasset, puella antequam ad Tyrannum perducetur, præ metu, & pudore sibi necem consciuit: Chronium Diana oblatis nocturnis visis ad opprimendum Aristomelidan incitauit: Patrato itaque facinore, cum Tegean Chronius confugisset, Diana templum dedicauit. In foro quod laterculi figuram præ se fert, Veneris ædes est, quæ ad Laterculum appellatur, cum signo mareo. Pilis duabus statuæ impositæ existant: Vni Antiphanes, Crœsus, Tyronius, & Pyrias, qui cum Tegeatibus leges tulissent, hunc sibi honorem meruerunt: Alteri pilæ insitit Iasius laua equum detinens, dextera palma ramum ferens: E quo in Olympia dicitur viciisse Iasius, quo primum tempore Thebanus Hercules Olympiorum conuentum instituit. Quaverò de causa victori in Olympia ex Oleastro, Delphis è lauro corona detur: de superiori, iamdudum in cōmemorandis Eleorum rebus, exposuimus: De laurea suo loco agemus. In Isthmo autem primum, in Nemea

Nemea apium, ad Palæmonis, qui Archæmorus olim fuit, casus testandos, dari institutum est. Ludi sanè multis palmæ corona decernitur. Vtiores utique cuncti, ubique locorum palmâ manu præferunt. Eius rei huiusmodi traditur initium fuisse. Theseum aiunt è Creta reducem Deli ludos fecisse, victorésque palma coronasse. Palmæ quidem, quæ Deli fuit, mentionem fecit Homerus, iis versibus, quibus Vlys-sis ad Alcinoi filiam misericordiam implorantis orationem exposuit. Est etiam in Tegeatum foro Martis signum pilæ insculptum, Gynæcothœan nominant. Laconico enim bello cum primum Charillus Lacedæmoniorum rex cum exercitu in Arcadum fines inuasisset, fœminæ arrestis armis sub collem subsederunt, quem ætate nostra Phylactiden, ac si Præsidarium dicas, vocant: Congressis verò ad pugnam exercitibus, cum viri utrinque præclaræ, & memoratu dignissima ederent sa-cinora, postremo fœminas subita eruptio-ne ex insidiis facta, in fugam Lacedæmonios ipsæ verterunt. Virtute quidem fœminas anteisse cæteras prædicant Marpes-sam, cui Vidua cognomè fuit. Captū in pugna ipsum Charillū tradūt: Dimissum de-ānde gratis, cum se iure iurando obligasset,

bellum nunquam amplius Tegeatibus il-laturum, cum tamen postea minime quod fuerat iuratus seruasset. Sed tunc fœminas aiunt Marti seorsum victoriam gratula-tas, exta cum viris communicare noluisset. Ex eóque Marti cognomen, quod iam di-ximus. impositum. Ara etiam adulti Iouis erecta est, cum signo quadrangulo: Præci-pue enim tali figura delectari mihi A-rcades videntur. Ad hæc sepulchra in eo-dem foro sunt Tegeatæ Lycaonis filij, & eius vxoris Mæræ, quam Atlantis fuisse filiam dicunt: Cuius mentionem Home-rus fecit, in iis, quos cum Alcinoo Vlysses habuit, sermonibus devia ad inferos, ani-mas, quas ibi conspexerit, enumerans. Lu-cinam verò Tegeatæ (habent enim ipsius etiam in foro ædem, & signum) cognomé-to Ingeniculam appellant: Ex eo nempe (uti aiunt) casu, quod cum Aleus Nauplio filiam despondisset, iis qui puellam deducebant, ut in mare abiectam demergerent, imperasset: Illam verò in via ingenua pro cumbentem puerum peperisse, eo ipso in loco, ubi Lucinæ templum dedicarunt. Ab hoc diuersus est eorum sermo, qui Augen dicunt clam patre Telephum enixam, in Parthenium montem eum abiiciendum curasse, ibique puer exposito ceruam lac-

præbuisse. Hoc certe ipsi etiam Tegeatæ vulgarunt. Prope Lucinæ ara est Telluris: Pilæ duæ eminent iuxta aram: Earum vna Polybium Lycorræ filium, Elatum altera vnum de Arcadis filiis sustinet. Non longe à foro theatrum est, cum sedibus ænearum statuarum: Statuæ quidem ipse non extant, sed in earum sedium vna, incisi elegi restantur, statuam illam Philopœmenis fuisse. Huius viri memoriam, cum ob eius prudentiam, tum verò ob rerum gestarum magnitudinem, maximè in uitiatam seruant. Quod ad generis claritatè attinet: Pater ei Megalopoli fuit Craugis, nulli ciuium suorum secundus: Is moriens adhuc impuberi Philopœmeni tutorem dedit Cleandrum Mantinæensem, qui domo exul, Megalopolis inquiliinus, Craugidis, domo pro paterno hospitio, assidue in temporum suorum calamitate illa vsus est. Præceptoribus cum aliis, tum Megalophani, & Ecclæto, Arcesila Pitanæ discipulis, operam dedisse Philopœmen tradunt. Corporis quidem magnitudine, ac robore nulli Peloponnesiorum inferior fuit, sed facie feedissima. Sacrorum quidem certaminum coronas omnino contempserit: Agro, quem possidebat, colendo deditus: A venatione, & feris conficiendis

mini

minime alienus. Legisse dicitur eruditorum hominum libros, quibus vel bellicæ res, vel imperatorum consilia mandata essent. Epaminunda ille quidem artes, & res gestas studiosissimè æmulatus, assequi tamen nullo pacto potuit. Fuit enim Epaminundas miti prorsus ingenio, & animi lenitate summa, cum hic ad iram esset pro cliuor. Oppressa autem à Cleomene Megalopoli, nihil inopinata clade perculsus, militaris ætatis amplius duas partes, fœminas præterea, & pueros Messenens amandauit: Erant enim Messenij eo tempore Arcadum amici, & socij. Cum itaque exulum magnam partem Spartanus rex per caduceatores quod eorum quæ crudelius in Megalopolitanos admisisset, iam pœnitenter sub certis fœderis conditionibus ad redditum adhortaretur, vntuersis ciuibus suis Philopœmen, ut armis mallent, quam isto fœdere patriam recipere facile persuaserit. In eo verò prælio, quod Achæi, & Arcades ex omnibus vrribus, cùmque ipsis Antigonus ex Macedonia transportato, in Sicilia exercitu contra Cleomenen, & Lacedæmonios commisere, equitatum Philopœmen rexit: Vbi verò rei summam in peditatu positam vidit, pedes & ipse cum graui armatura, dum periclitatur audacius

cius vtrunque fœmur tragula traiectus, in genua se demisit, tantiisper impediente te-
lo progreedi conatus, dum infringetur
hostile inter fœmora medium. Vicit cer-
te hostibus in castra reportato, ex altero
fœmore spiculum, ex altero missilis fra-
gmentum extractum est. Viri ingentem
virtutem admiratus Antigonus, omni stu-
dio ut se in Macedoniam sequeretur ope-
ram dedit. At ille neglecto Antigoni in-
uitatu, in Cretam quæ tunc civili bello ar-
debat, transmisit, ibique, mercenarij ducis
munia obiit: Mox Megalopolin reuersum
equestribus copiis Achæi præfecerunt. Et
eos quidem, quibus ipse imperauit, equi-
tes, longe optimos præstitit, tum Achæo-
rum, tum eorum, qui in eadem fuere expedi-
tione. Deinde in pugna ad Larisum
amnem, cum Aetoli opem Eleis tulissent,
cognitionis causa, suamet manu Damo-
phantum hostilis equitatus præfectum in-
teffecit: Ac deinde alias Aetolorum, &
Eleorum equestres copias in fugam ver-
tit. Iam vero cum Achæi in eum unum
intuerentur, omniaque ad unum defer-
rent, peditatus ante omnia armaturam im-
mutauit: Cum enim ante breibus ha-
stis vterentur, & scutis grandioribus, pro-
inde ac sunt Gallica, & Persica (thyreos
ipſi,

ipſi, ac gerrha appellat) ut loricis, & ocreis
corpus tegerent, militibus persuasit: Ar-
golicos addidit clypeos, & hastas maiores.
Præterea cum Lacedæmonie tyrannus Ma-
chanides exortus esset, eoque duce Sparta-
ni iam nouum bellum cum Achaïs gere-
rent, dux fuit Achaici exercitus Philopœ-
men. Prælio apud Mantinean inito, Spär-
tanorū expediti milites veterans Achæo-
rum fuderunt: Fugientes Machanidas per
sequebatur: Ibi Philopœmen cum pedi-
tum phalange grauem armaturam Spär-
tanorum repulit, Machaniden retrocedē-
tem cum in eum incidisset occidit. Lace-
dæmoniis quidem in pugna vicit, ex ipsa
tamen clade fortuna meliorem euentum
ostendit, quod scilicet à tyranni domina-
tu libertatem consecuti sunt. Non mul-
to vero post Nemea celebrantibus, Argi-
giuis, cum Iudis interesset, certantibus ci-
tharœdis Philopœmen: Actunc fortè citha-
ra caneret homo magni in ea arte nomi-
nis (quippe qui Pythicam palmam tulerat)
& carmen illud Milesij Timothei pronun-
ciaret, qui Persæ appellantur, canticum
exorsus.

Libertate frui licuit tibi Grecia per quem.
Coniceret in Philopœmenen Græci uni-
uersi oculos, & plausu ingentie edito, cer-

338 P A V S . A R C A D I C A S I V E
tam significationem dederunt , eum ver-
sum vni maximè conuenire , & ad vnum
omnino esse referendum . Talem acce-
pimus Themistocli in Olympia habitum ho-
norem , cum in theatrum intranti specta-
tores vniuersi assurrexere . Philippus qui-
dem Demetrij filius , Macedonum rex , is
qui Aratum veneno peremit , Megalopo-
lin ad Philopœmenen occidendum per-
cutores miserat : Verùm cum facinus illi
perficere nequissent , inuidiam sibi Philip-
pus cunctæ Graciæ concitauit . Cum ve-
rò Thebani victis acie Megarenibus vr-
bem ipsam iam prope superatis muris ex-
pugnassent , oppidanorum astu de Philo-
pœmenis aduentu dissipato , tantus est ho-
stibus terror iniectus , vt confestim report-
ato domum exercitu , eam obsidionem
missam fecerint . Iam rursus erat Sparta
exortus tyrannus Nabis . Is præ cæteris Pe-
leponnesiorū populis primos Messenios
bello lacepsiuit : Ac nocte quidem inopi-
nantes adortus , vrbem iam totam , præter
arcem , ceperat : In sequenti verò die præ-
sto fuit cum auxiliis Philopœmen : Quo
factum vt ille à Messene discedere sub cer-
tis conditionibus coactus fuerit . Iam verò
cum imperandi finem tempus attulisset ,
& noui imperatores ab Achæis delecti
essent

essent , in Cretam Philopœmen transmi-
fit , Görtyniis graui bello pressis opeis la-
turus : Sed eius peregrinationem cum Arc-
ades offensiore animo ferrent , reuersus
ex Creta , in ea incidit tempora , quibus cō-
tra Nabin arma Romanæ ceperat : Et com-
parata sanè , atque instructa classe , se Phi-
lipopœmen , qua erat in bellicis rebus alacri-
tate , eius expeditionis socium præbuit : Ve-
rūm vt erat naualium rerum planè expers ,
triremā forte concendit rimosam : Quod
cum à Romanis , & reliquis suis sociis
animaduersum , subiit eorum versusum re-
cordatio , quibus Homerus Arcadas nauig-
ationis ignaros esse in enumeratione na-
uum testatur . Paucis diebus post naua-
le prælium , Lunæ silentis opportunitate
vsus , immissa suorum manu Lacedæmoni-
orum ad Gethium castra incendir . Inde
elapsus Nabis iniquo loco Philopœme-
nem , & Arcadum , qui cum eo erant , ma-
num circunuenit : Erant ij sanè exigni
numero , sed virtute præstantes . Ibi Phi-
lipopœmen conuerso , quasi retrocederet ,
agmine , effecit vt multo equiore sui quam
hostes loco consisteret : Mox prælio vi-
to Nabi , & Lacedæmoniorum quam plu-
rimis nocte illa cæsis , in maiore multo fuit
apud omnes Græcos nominis celebritate .

340 PAVS. ARCADICA SIVE
His ita gestis, Nabis inducias cum Romanis pepigit: Sed antequam præfinitum tempus exisset, à Calydonio homine, qui societate verbo simulata (fuerat enim ab Aetolis subornatus) re se hostem esse demonstrauit, est interemptus. Philopœmen tunc, cum forte Spartam diuertisset, è re nata, vt cum Achæis Lacedæmonij se coniungerent, effectit. Non multo post Titus Flaminius, cui bellum in Græcia decreatum fuerat, & Diophanes Dizei filius Megalopolitanus, quem sibi ducem Achæi delegerant, ad Lacedæmonis moenia cum infesto exercitu accesserunt: Id nempe Lacedæmoniis criminis dantes, quod nouas res contra Romanos moliti essent. At Philopœmen, & si priuatus tunc erat, portas tam occludendas irruentibus hostibus curauit. Ob hæc merita, & ob res in vtrinque tyrannum gestas, Lacedæmonij dominum Nabidis talentis c. & eo pluris æstimatam, ei donarunt: At ille pecuniam eam reiecit: Ius sit autem eos, qui in Achæo conuentu plurimum autoritate apud multitudinem valerent, ea largitione ciliari: In quo Timoleontem ab eo significatum fuerunt qui crederent. Iam vero rursus ei ab Achæis imperio decreto, cum Lacedæmonij, iam ciuile bellum capessent,

rent, trecentos ille homines, seditionum authores, è Peloponneso eiecit: Et publicorum seruorum propterea milia vendidit: Vrbisque muros demolitus, puberibus omnibus iis exercitationibus, in quibus ex Lycurgi lege versabantur, interdixit: Contra vero vt eas Achæorum pubes susciperent edixit. Sed patria postea instituta Spartanorum pueris Romani restituerunt. Iam Antiocho Seleuci, cui Nicator cognomen fuit, Syrorumque auxiliis à Romanis Manilij ductu ad Thermopylas victis, cum Aristænus Megalopolitanus Achæos hortaretur, vt Romanorum imperata omni ex parte facerent, neque villa omnino in re ipsis aduersarentur, turbato illum præ ira vultu aspiciens, accelerare dixit Græciæ fatum. Manilio deinde Lacedæmoniorum exules restituere contendenti, acriter pro concione restitit. Post illius verò profectionem exiles omnes Philopœmenis permisso Spartam redierunt. Sed enim & ipsum aliquando iusta manebat ob nimiam animi elationem pena. Nam cum Achæorum Imperator iam octauum renuntiatus fuisset, Lycortæ, homini haud quam obscurō, quod viuis in hostium pontestem venisset, obiecit: Neque ita mul-

342 PAVSA. ARCADICA SIVE
to post coortis inter Messenios, & Achæos
inimicitarum causis, Lycortan cum exer-
citu misit Philopœmen ad Messeniorum
agrum depopulandum: Ipse triduo post,
& si vehementi febri laborabat, ac iam au-
num impleuerat lxx. quin tamen eius
excursionis particeps esset, se cōtinere non
potuit. Secutus igitur Lycortam est cum
equitibus, & peltatis lx. At Lycortas, to-
tāque eius manus cum neque hostes vlo-
damno affecissent, neque ipsi quidquam
graue passi essent, incolumes domum re-
diere. Philopœmen inter dimicandum
accepto in capite vulnere cum ex equo
concidisset, viuus Messenen pertractus
est. Vbi aduocata concione cum sen-
tentiae variarent: Dinocrates & Mes-
seniorum locupletissimi cuique occiden-
dum omnino Philopœmenem censebant.
At plebs magno studio eum vindicabat à
potētorum iniuria, Græci nominis paren-
tem, eo etiam ad laudem insignioribus ti-
tulis appellantes. At Dinocrates Mes-
senis omniibus inuitis veneno missò homi-
nem de medio tollendum curauit. Quod
facinus Lycortas non multo post ex Arca-
dia, & Achaia cōparato exercitu vltus est:
Cui se Messenij cum dedidissent, omnes
præter Dinocratem (is enim sibi ipsi ma-
nus

L I B R E R VIII. 343
nus consciuit) ob Philopœmenis necē pœ-
nas dederunt. Offa Philopœmenis Arcades
Megalopolim reportarunt. In quo sanè vi-
ro bonorum, & fortium virotū omnis pro-
pe est in Græcia consumpta progenies. Pri-
mus etenim Miltiades Cimonis filius Per-
sis ad Marathonem fufis, & ingenti contrā
eundē hostem classe comparata, cūctæ Græ-
cīæ salutem attulit: Postremus Craugidis
filius Philopœmen. Nam qui ante hos præ
clara suæ virtutis documenta dederunt, Co-
drus Melanthi filius, Spartanus Polydorus
Messenius Aristomenes, & si qui possunt
alij cum his enumerari, patriam quisque
suam iure videri possint, non vniuersam
Græciam seruasse. Post miltiadem verò, &
Leonides Anaxandridæ, & Neoclis filius
Teomistocles Xersen'è Græcia expulerunt:
Duobus ille naualibus prælii, hic nobili
ad Thermopylas pugna. De Aristide Lysi-
machi, & Pausania Cleombroti filio, qui
ad platas Græcis imperauit, nihil attinet
hoc loco dicere: Quod huic, proditionis
crimen: Illi imposita omnibus insulis ve-
tigalia, cum antea omnes Græci nominis
populi immunes fuissent, seruatę Græcīæ
gloriā eriperūt. Xanthippus quidē Ati-
phronis, & Cimon: ille delecta Persarū clas-
se ad Mycale Leotychide Spartanorū rege-

adiuuante: Hic multis , & æmulatione dignissimis facinoribus , de Græcis optimè meriti sunt. At omnes, qui bello Peloponnesiaco, quod est cōtra Athenienses gestū, exercitibus præfuerūt, atque ex iis gloria præstantiss. quenque iure quis Græcię par-
ricias, & prope (vt ita dicā) demersores ap-
pellarit. Græcorum certè imperiū iam gra-
uiter perculsum. Conon Timothei, & Po-
lymnidis filius Epaminondas ad spem sa-
lutis aliquā reuocarunt, cū vterque, ex ins-
ulis ille, & maritimis locis: ex vrbibus
hic mediterraneis præsidia, & Lacedæmo-
niorū præfetos, quos Harmostas vocabāt,
eiecissent: Decuriones verò in singulis ciui-
tatibus in ordinē coëgissent. Epaminūdas
ad hæc duarum minime obscurarū vrbū,
Messenes, & Arcadicæ Megalopolis acceſ-
ſione Græciā illustriorem reddidit. Adnu-
merandi Græciæ parentibus ture etiā fue-
rint, Leosthenes, & Aratus: Ille enim Græ-
cos conductitios, qui Persis stypendia fece-
rant, ad quinquaginta propè militum mi-
lia in naues impositos, inuitio etiam Ale-
xandro , in Græciā incolumes reporta-
uit. Arati verò merita ex iis cognosci pos-
sunt, quæ de Sicioniorum rebus gestis con-
scripsimus: Ad philopœmenis quidem sta-
tuam Tegeæ talis legitur inscriptio.

Gviss

Cuius virtutem mirata est Græcia, quique
Multa manu gesit, multaque consilio:
Arcados inuicti Philopœmenis hæc monumenta:
Quem belli ornauit gloria clara ducem
Huic duo de geminis excelsa trophya tyrannis,
Erectis Sparte libera seruistio.
Grata etiam Tegee pro libertate recepta
Craugidis hæc gnato magnanimo posuit:
Actalis quidem illic extat inscriptio. Apollini
verò Agyleo signa ob huiusmodi cau-
sam Tegeatæ dedicasse feruntur. Apollinē
& Dianam aiunt vbique gentium graues
de iis hominibus sumptissile pœnas, qui La-
tonam dum vterum ferret, errantem con-
tempſiſſent. Quare cum ij, quos nomina-
uimus, dij in Tegeatarum terram veniſſent.
Scephrus Tegeatæ filius semotis ar-
bitris cum Apolline est collocutus: Ibi
Lemon (erat hic quoque de Tegeatæ li-
beris) in ſuspicionem venit, fuisse clan-
destinum illum sermonem aliud nihil
quam sui criminationem: Impetu itaque
facto fratrem occidit: sed mox Diana sagittis
confixus, eius cædis pœnas dedit:
At Tegeates, & Mæra ex tempore ſacrum
quidem utrique Deo fecerunt: Verūm po-
ſtea cum ſoli sterilitas inceſſeret, conſul-
tentibus, ē Delphici Apollinis penetrali-
bus respōſum allatum eſt: Lugendum eſſe
yy 5

Scephrum: Quamobrem in Agyiei sacris & alia in Scephri honorem faciunt, & virgo Diana sacerdos vnum quempiam infestatur, Dianam dum Lemonem persequeretur simulans. Aiunt etiam de Tegeatæ liberis vltro in Cretam migrare oportuisse Cydonem, Catreum, Archidium, Gortynem: A quibus vrbes nominatae fuzint, Cydon, Cottyn, Catreus. Cretenses tamen neutquam huic Tegeatum sermo ni assentientes, Cydonem Acacallide Minois filia, & Mercurio genitum dicunt: Catreum Minois: Rhadamanthi Gortynem filios fuisse. De Rhadamantho quidem, Homerus prodidit in Protei, & Menelai colloquio, in Elysios campos Menelaum venturum, vbi multo prius Rhadamanthus sedem esset natus. Cinæthon verò vestibus mandauit Rhadamantum Vulcani. Vulcanum Tali, Talum Cretis filium fuisse. Sunt sanè Græcorum scripta, cum in cæteris, tum in iis maximè, quæ ad gentilitates pertinent, inter se dissidentia. Agyieo apud Tegeatas signa quatuor singula à singulis tribubus posita sunt. Tribuum ipsarum nomina perhibentur Clæteotis, Hippothoitis, Appolloneatis, Athaneatis: Sic appellatæ ab ea agri sorte, quam liberis Arcas proposuit suis & simul ab

Hippot

Hippothoo Cercyonis filio. Est præterea Tegeæ Cereris, & Proserpinæ fanum: Frugiferas deas nominant. Prope Venetis cognomine Paphiæ templum dedicauit Laodice, cui Agapenor pater, is qui bello Troiano Arcadum dux fuit. Paphi tamen illa vixit, vti alio est à nobis loco prius explicatum. Ab eo templo non longe absunt Liberi patris delubra duo, Proserpinæ ara, Apollinis ædes, cum inaurato simulachro. Ea omnia Chirocephalus fecit, Cretensis patria, de cuius ætate, & magistro compertini nihil habemus. Longior certe Gnosi apud Minoëm Dædali commoratio, Cretenses in signorum etiam opificio nobilitauit. Adsistit Appollinis ipse Chirocephalus è marmore. Habent Tegeatæ ædem aliam, quem communem Arcadum focum vocant. Est ibi Herculis simulachrum: in foemore cicatrix cernitur: ex vulnere quod in pugna accepit primus, dum cum Hippocoontis filiis dimicat. Excelsior quidam vicus, in quo multas Tegeatæ aras habent. Clarij dicitur Iouis: cognomen manifestū est à sortitione Arcadis filiorum ductum. Festos dies quotannis eo in loco agitant: Ac Lacedæmonios quidem eo se sacro occupatis, cum exercitu fines inuafisse memorat Multa ve-

91915

rō

348 PAVSAN. ARCADICA SIVE
rō cum se effunderet è celo nix, præ frigo-
re hottes grauiter sub armis laborasse: In-
tere se clam illis, ignes accendisse, móx-
que frigoris incommodo liberatos, armis
arreptis hosti occurrisse, viatorésque pau-
lo post reuertisse. Conspicatus & alia Te-
gea sum: Alei domum, Echemi sepulchrū,
& in pila incisam Echemi cum Hyllō pu-
gnam. A Tegea in Laconicum agrum per-
gentibus ad laeuam viæ est Panos ara: Est
etiam Iouis Lycei. Restant adhuc templo-
rum fundamenta. Ara quidem hæ à muris
absunt stadia duo. Progressi stadia fermè
vii. ad Lianatidis (quod est ac & Palustris
dixeris) Diana perueniēt. In ea æde ex ebe
no signum est: Operis forma, cuiusmodi
qua à Græcis Aeginæa appellatur. Absunt
hinc stadi. circiter x. Diana Cnateatidis, &
Alei ruinæ. Lacedæmoniis, & Tegeatis a-
gri fines Alphæus est amnis. Eius caput ad
Phylacen: Vnde non procul influit in eum
aqua è fontibus orta non vtique magnis,
sed numero pluribus, & iccirco Symbola
(quasi confluentem dicas) est ei loco no-
men. Alphæus ipse longè alia quām cæteri
amnes est præditus natura. Abdit enim se
infra terram sæpe, & rursus exoritur è
Phylace primum, & à Symbolis emanans,
mergit se in Tegeatico agro Mox in Afæa
erump

erumpens, & Eurotae aquas permiscens
suas, cuniculo iterum absorptus, emergit
quo loco fontes Arcades nominant, ac Pi-
fæum agrum, & Olympiam præter lapsus,
supra Cyllenen Eleorum nauale in mare
prorumpit: Neque potest cursum eius A-
driatici maris concitatio retardare, quo-
minus magum, & violentum internatans
pelagus, ad Ortygiam Syracularum insu-
lam, pristino Alphæi nomine conseruato,
Arethusæ fonti permisceatur. Recta sanè
via ad Thyrean, & vicos, qui intra Thyrea
tum fines sunt, habet qua merito in huius
historiæ commentarios referantur: Ore-
stis Agamemonis filij sepulchrum, ex
quo reuulsa à Spartano homine eius ossa
memorant Tegeatae. Nostra quidem ætate
nullus iam est intra portas, ciustumulus.
Præterfluit viam Garatis amnis, quem ubi
transieris, stadia prope x. progressus, Pa-
nos facum offendas, & iuxta illud quer-
cum deo sacram. Iam qua à Tegea Argos
ducit via, vehiculis peruvia, & populari tri-
ta est itinere. Adiacent ipsis viæ primum qui
dem ædes Aesculapij cum suo signo. Diver-
tentibus ad Ieuā vnū fermè stadium, est Ap-
ollinis cognomento Pythij eversa ædes,
cuias ipsa duntaxat extant rudera. Secun-
dum rectam viam locus est quercu plurima
conden

condensus: In eo querceto templum est Cereris cognomine Corythense, quasi Galea et dixeris. Proxima Liberi patris aedes, Mystra, idest Arcani vocant. Inde Parthenius mons incipit. In eo sacra Telephi area ostenditur, in qua altum à cerua Telephum dicunt. Paululum abest Panos farnum, ubi Philippidae occuruisse Pana: & quæ ei opus erant monuisse, tam Athenienses, quām Tegeatae prædicant. Præbet saltus Parthenius testudines ad lyras compingendas quā accommodatissimas. Sed eas accolæ capere verentur, neque à peregrinis capi finunt, quod Panis sacras Putant. Vbi iugum superaueris, ac iam in subiectio[n]e arua descenderis, illuc fines inter Argiios, & Tegeatas sunt, ad eum prope modum, quo in Argiuo agro ad Hysias. Hæ quidem Peloponnesi regiones sunt, & vrbes in singulis. Persecuti autem ea sumus omnia, vel in agris, vel in vrbibus ipsis, quæ hac historię commemoratione dignissima duximus. Atheniensibus verò, & aliis Atticæ terræ partibus finissima est Boeotia. Proximi ad Eleutherias Plætænenses.

PAVS

351

PAVSANIAE

BOEOTICA SIVE LIBER NONVS.



BOEOTI quidem, tota in universum gens, à Boroto nomine accepere, quem Itoni, & Melanippes nymphæ, Itonū ipsum Amphyctyonis fuisse filium dicunt. Oppidatim nomina multa à viris, sed à foeminiis plura nacti sunt. Platænenses quidem opinione mea indigenæ sunt: Nomen illis inditum putant à Platæa amnis cuiusdam filia. In regum & hos fuisse priscis temporibus imperio, sati omnibus constat: Tota enim Græcia olim regibus paruit, cum nondum respubliæ institutæ fuissent. Alium certe è suis rebus neminem, quām Asopum, & eo superiorem Citheronē norunt, à quorū altero flumini, ab altero monti nomen fuerit. Et ipsam sancit Platæam, à qua vrbis nomine accepit, facilem credâ adducor, fuisse regis nō amnis filia. Huius ciuitatis ante Merathoniā pugnam, nullū extat memorabile facinus. In eo prælio cū Athenienses adiuvent, post Xerxis in Græciā irruptionē, cū iisdem

352 PAVSAN. BOEOTICA SIVE.
iisdem Atheniensibus alacriter in naues
conscenderunt, & intra suos met deinde fi-
nes Mardonium Gobryæ filiū, Xerxis co-
piarum præfectum malè mulctarunt. Bis
autem euenit, vt sedibus suis pellerentur,
& rursus in Boeotiam restituerentur. Bel-
lo enim Peloponnesiaco Lacedæmonij diu
obsessam Plateam expugnaruot: Iam verò
restituta, per eam pacem, quam Græcis
à Persarum rege Antalcidas homo Spar-
tanus confecit, cum iij qui Athenas conju-
gerant in patriam redissent, noua ite-
rum clade afflcta est. Nam cum nullum
omnino propalam bellum Thebanis in-
dixissent, ac sibi cum illis pacem esse
dicerent, quod dum Cadmea à Lacedæ-
moniis oppugnaretur, neque consilij,
neque operis eius participes fuissent:
Thebani tamen contra Lacedæmonios
autumabant eam se pacem sciuisse: Quam
cum deinde violassent, eidem culpæ affi-
nes esse interprætabantur omnes, qui-
bus communi fœdere cautum fuisset.

Cum itaque Platæensibus specta esset
Thebanorum voluntas, urbem firmissi-
mo præsidio tuebantur. Qui verò agros à
mœniibus longiquiores habebant, non
quauis diei hora in eos veniebant, sed ob-
seruatis concionum temporibus, quas illi,

& alias

& alias frequentes ex omni populi parte
celebrare soliti erant: Tunc demum cum
in unum consultandi causa conuenissent,
sua, qui extreum agrum colerent, ociole
curabant. At Neocles, qui summū in Boeo-
tis magistratum gerebat, cum Platæensib[us]
astum deprehendisset, suis imperauit, vt in
concionem quilibet cum armis veniret.
Quo facto, omnes Platæas duxit, non sa-
nè recta per campestrem agri partem, sed
quā Hyliæ sunt, inter Eleutheras, & Atticam:
Vbi speculator à Platæensibus nullus
erat: Merediana sanè hora, qua oppidani
concone occupatos Thebanos rati, se in
agros occlusis à tergo portis effuderant.
Cum iis, qui intra muros deprehensi sunt,
hostes pepigerunt, vt cum singulis viri,
mulieres, binis cum vestimentis ante Sol-
lis occasum exirent. Diuerso autem longe
casu oppressi sunt Platæenses quam
olim à Lacedæmoniis duce Archidamo:
Tunc enim cum obſiderentur duplice mu-
ro interclusi sunt, at eos Thebani mœni-
bus excluserunt. Accidit hæc altera op-
presio Platæensibus anno tertio ante Leu-
etricam pugnam, Athenis Asteo principa-
tum obtinente. Vrbs tota à Thebanis
præter deorum templo excisa est. Excidij
modus ciuiibus æque omnibus saluti fuit.

Eiecti enim primum ab Atheniensibus re-
cepti fuere. Deinde Philippus victoria
apud Cheronean parta, cum Thebanis pre-
sidium imposuisset, ac omnia ad eorum per-
niciem molitetur, ipsos etiam tunc Pla-
tænenses in pristinas sedes reduxit. Agri
quidem Platæici à recta digressi, ad levā
paululum Hysiarum & Erythraturum iude-
ra sunt: Vrbes olim Boëtorum fuere: ac
nunc etiam inter Hysiarum ruinas Apol-
linis templum est, dimidiata sui parte per-
fectum. Sacer præterea puteus, de quo (vii)
Boëti ipsi sermone suo vulgarunt) biben-
tes vaticinabantur. Hinc in militarem
viam reuersi, offendant ad dexteram (Mar-
donij quod esse aiunt) sepulchrum: Cum
tamen statim à prælio, Mardonij cadaver
nuspiam intentum, sit consentienti homi-
num voce proditum: Neque omnino qui
eum sepelierit certus quisquam perhibe-
tur. Satis illud constat Artontem Mardonij
filium luculenta dona Dionysophani
homini Ephesio, & aliis quibusdam Ioni-
ci nominis dedisse, quo patris sepeliendi
curam suscepserent. Atque hæc quidem via
ab Eleutheris Platæan ducit: Eodem verò
Megaris contendentibus ad dexteram
fons, & paulò progressis longius saxum
est, Actæonis nuncupant: Nam super eo
dor

dormire Actæonem solitum dicunt, à ve-
natione fatigatum. Atque inde Dianam in
fonte proximo lauantem aspexisse. Sthesi-
chorus Himeræus Actæonem à Diana cer-
ui pelle circundatum scripsit, incitatis ad
eum lacerandum canibus, ne Semelen vox
rem duceret. Ego Actæonis canes facile
adducor, vt credam rabie percitos, cum in
quem seuerent furentes non sentirent, in
quenuis obuium fuisse impetum facturos.
Qua in parte Cithæronis Pentheo perni-
cies euenerit, aut recens natus Oedipus
vbinam expositus fuerit, nouit planè ne-
mo: Nam biuum non ignoramus, in quo
patrem Oedipus occidit: In Phocensibus
enim vulgo monstratur. Est Cithæron Ci-
thæronio Ioui sacer, de quo tunc agemus
copiosius, cum ad ea, quæ illuc extant, per-
uenerit oratio. Circa ipsum propè ad Pla-
tan aditum, sepulchra eorum spectantur,
qui cum Persis pugnantes ceciderunt.
Ac reliquis sanè Græcis vnum est, & com-
mune conditorum: At Lacedæmoniis, &
Atheniensibus eo prælio peremptis, sui se-
paratim sunt tumuli, & in illis inscripti
Simonidis elegi. A communi illo moni-
mento non procul ara dicata fuit Ioui
Eleutherio: Sepulchra quidem omnia ex
ære sunt: Iouis ara, & signum è candido

lapide. Ad eam aram ludos quinto quoque anno Eleutheria faciunt, maximis de cursu propositis præmiis. Armati ante aram decurrunt. Trophēum quod à Platæensi pugna victores Græci erexere x v. ut plurimum stadia ab urbe distat. Intra urbem ipsam cum introieris, ea parte, qua ara, est & signum Iouis Eleutherij, Platææ heroi. cum videas monumentum. De ea iam ante & quæ dicantur, & quæ Platæenses ipsi opinentur, exposuimus. Habent Platæenses Iunonis ædem multo spectatu dignissimam, tam magnitudine, quam signorum ornata. In primo ingressu Rhea saxum fascis inuolutum pro puero quem peperrat ad Saturnum defert. Templi numen Taleam, id est adultam Iunonem, vocant. Recto statu fabricatum signum est ingenti prope magnitudine. Signum utrumque è Fentelico lapide Praxiteles fecit. Sedenter vero Iunonem eodem in templo fecit Callimachus: Nymphaeum ene, id est De sponsatam nominant, ob huiusmodi rei eventum. Iunonem aiunt iratam Ioui, incerum qua de causa, in Eubœan secessisse: Iouem cum placare eam non potuisse, ad Cithæronem, qui tunc Platæensi bus imperabat, venisse: Fuisse vero Cithæronem nemini calliditate secundum. Eius

monitu Iupiter simulachrum è ligno fabricauit, illudque plaustro vestimentis velatum imposuit: In vulgus vero prodidit Platæam eam esse Afopi filiam, quæ sibi esset despōsa. Id ubi ad Iunonis aures peruasit, accurrit illico, & ad plaustrum accedens, veste consciissa, ligneam esse effigiem comperit, quam nouam esse nuptam putarat: falsam se itaque letanti animo ferens, facile in gratiam cum Ioue rediit: In eius rei memoriam festos celebrant dies, Dædala quæ nuncupatur: Quod prisci lignea signa Dædala vocitabant. Quod sanè nominis ante natum Athenis Dædalum Palæonis filium, usurpatum crediderim: Quin à Dædalis, lignis scilicet simulari chris, non autem proprio, ac germano nomine, Dædalo ipsi cognomen impositum fuisse arbitror. Referuntur Dædala septimo quoque anno, sicuti mihi narrabat interpres patriæ suæ antiquitatum: Re autem vera breuiore temporis ambitu. Verum cum subtiliter enumerare vellemus media tempora à Dædalis ad altera Dædala, neutquam id consequi potuimus. Ludi certe tali peraguntur ritu. Lucus est in Boeotia omnium maximus non longe ab Alalcomenis: Ibi peruerteres quercus quamplurimæ: In eum lucum

358 P A V S . B O E O T I C A S I V E
venientes Platæenses, carnium frusta cli-
xarum exponunt. Et sanècum aibus aliis
minus est eis negotij: Coruorum verò tur-
bam, quod iij omnia sunt extis infensi-
simi, quām diligentissimè arcant. Obser-
uant autem siqua earum alitum carnem
abripuerit, in qua cōsiderit arbore: Nam
ex ea sola materia cēdunt ad Dædalum fa-
bricandum: Hoc enim nomine signum vo-
cant. Priuatum Platæenses sacrum faciunt,
quæ parua Dædala appellant: Dædala sanè
magna, Bœotij omnes conuentu suo cele-
brant, sexagesimo quoque demum anno.
Tam dij enim solenne sacrum intermis-
sum tradunt, cum Platæenses interea do-
mo eius exularent. Et in paruis quidem
Dædalis signa quotannis comparata qua-
ternadena promunt, quæ sortiti ioter se,
tollunt Platæenses, Coronæ, Thespiëses,
Tanagriæ, Cherrhonenses, Orchomenij,
Lebadenses, Thebani. Nam & hi in gra-
tiā redire conuentus eiusdem, & sacri vi-
cem suam obire sibi in animum induxe-
runt, post restitutas nempe à Cassandro
Antipatri filio Thebas, Quæ enim oppida
minore sunt dignatione, ea vbi sua cuique
sors obtigerit sacri eius ita sua obeunt mu-
nia. Ad Asopi ripas simulachrum ornau-
erunt, Mulierem deinde in plastrum imposi-

tam

L I B R E R I X . 359
tam pronubam pompa præficiunt: Ac sor-
titù quo quisque populus loco pompa
ipsam traducat, plaustra à flumine in sum-
mam Citheronis verticem agunt. Ara ibi
in ipso iugo parata est: Eam aram hoc ex-
adficant modo: Quadrata ligna tam apte
inter se componuit, vt lapidum structu-
ram fecisse videri possint: Sermēta eō con-
gesta in fastigium erigunt. Ex urbibus qui
dem singulis locupletiores Telean macta-
ta boue, Iouem taurō, vino, & odoib⁹
refertis hostiis venerantur: Simūlque Dæ-
dala super ara collocant. Quibus verò mi-
nus est copiarum, iij reliqua eodem cum di-
uitibus faciunt ritu, è minoribus tantum
immolant gregibus. Aram correptā ignis
cum iis omnibus quæ porrecta fuerint cō-
burit. Flammam in sublime attoli maxi-
mam, maximéque è longinquō spectabi-
le nouimus. Ultra iugū illud, in quo aram
extrauunt, vbi stadi. fermè x. v. descenderis,
antrum videoas Citheronidum nympharum.
Sphragidum nominant: Vaticinatas
priscis temporibus nymphas sermo ho-
minum vulgauit. Mineruæ etiam Areæ,
ac si Martiæ dicas, apud Platæenses sanum
est: De manubiis erectum fuit, quas à pú-
goa Marathonia cum Platæensibus Athene-
nenses conamericarunt. Signum è ligno

est inauratum, eius summæ munus, & pedes è Pentelico lapide, magnitudine prope paricum ea Minerua, quam Atheniensis in arce ex ære de Marathonia præda dedicarunt. Mineruam sanè illam Platæensibus Phidias fecit. Picturæ in æde sunt Polygnoti, Ulysses patrata procorū cædere. Onatae, Argivorum prior ad Thebas expeditio. Atque haec quidem picturæ in parietibus primi aditus cernuntur. Ad pedes deæ est Arimnesti imago. Dux hic Platæensi fuit in pugna contra Mardonium, & ante etiam ad Marathonem. Est & Cereris cognomento Eleusinæ Platæas facellum, & Leiti sepulchrum: Vnus hic ex omnibus Boeotorum ducibus è bello Troiano domum rediit. Gargaphiæ ductum aquæ Mardonij equitatus corruptit, quod Græcorum copiæ quæ contra se steterant, illa aqua vrebantur. In via quæ à Platæa Thebas dicit, fluvius est Peroë: Filiam fuisse Asopi Peroën dicunt. In citeriore Asopi ripa ad inferiora stetentibus, stadiūm interuallo prope x l. Scoli ruine sunt, inter quas extat imperfecta ædes Cereris, & Proserpinæ, cum dimidiatis dearum signis. Diuidit ad huc à Thebano Platæensem agrum Asopus. Qui primi Thebædem terram tenuerint, Ecstenas fuisse tradunt, quorum

rex fuerit Ogyges homo indigena. Ab eo nempe poëtarum complures Thebas Ogygias cognomine appellant: Periisse hunc populum ferunt pestilentia. Successisse in eas sedes Hyantas, & Aonas, Boeoticas (opinor) non alienigeas gentes. Iam verò cum in ea loca Cadmus Phœnicum copias adduxisset, prælio fusi Hyantes, postera nocte profugere. Aonas Cadmus deprecantes, & supplices manere, & cù Phœnicibus permisceri facile passus est. Et illi quidem vicatim habitarunt. Cadmus verò oppidum, cui & nunc idem est nomen, Cadmean condidit. Sed aucta postea vrbe inferioribus mœnibus pro arce Cadmea fuit. Illustræ omnino Cadmi nuptiæ fure, si quod Græcorum monumentis proditum est, Martis, & Veneris filiam vxorem duxit. Ipsiis quoque filiæ viuente etiamnum patre in magna famæ celebritate fure, quod Semele ex Ioue pepererit, Ino in marinas deas relata fuerit. Magnæ secundum Cadmum opes fuere Spartorum, quorum nomina, Chthonios, Hyperenor, Pelorus, & Vðæus: Nam Echionem virtutis ergò, quem sibi generum adscisceret Cadmus dignum duxit. Hos sanè viros, quod nihil amplius comperti habeam, fabulæ assentiens Spartos, à satu quo dicuntur è

terra editi, appellatos crediderim. Post Cadmi in Illyrios, & Encheleas Illyricum populum migrationem, Polydorus eius filius paternum imperium tenuit. Pentheus quidem Echionis filius & genetis dignitate, & regis amicitia plurimum pollebat. Verum cum esset insolentior, & planè impius, Libero patri violati numinis pœnas dedit. Polydoro Labdacus filius fuit: Hunc pater cum è vita decederet, vna cum regno Nycteo in tutelam tradidit. Quæ huc pertinent reliqua mihi in Sicyoniarum rerum commentatio exposita sunt. Cuiusmodi scilicet mors Nyctei fuerit, & quemadmodum ad Lycum eius frater trem pueri tutela, & Thebanorum principatus peruererit. Et is quidem Labda-co iam adulto regnum restituit: Sed cum non ita multo post, & ipse Labdacus diem suum obisset, rursus Lycus Labdaci filium Laium in tutelam suam recepit. Lyco jam iterum tutelam gerente, Amphion, & Ze-thus collecta militum manu agrum inaudunt: Et Laium quidem periculo substraxe-runt iij, quibus curæ fuit prouidere, ne Cadmi genus in posterum aboleretur, Ly-cum Antiope filij prælio vicerunt. Idem oppidum inferius cum Cadmea coniunxe-runt: Vrbem totam Thebas, ob cognacio-nem

nem, quæ cum Thebe Nympha Promethei filia ipsis fuit, nuocparunt. Huius rei testimonio mihi sunt Homeris in Odyssea versus.

*Qui portis septingeminis, & turribus altis
Cinxerunt Thebas: neque enim sine turribus ausi
Incolere: inuicti quamquam illi viribus essent.
De Amphionis verò cantu, & quod muros
ad Lyram erexerit, nullam prorsus fecit
mentionem. Hanc in musicis famam iccir
co est Amphion consecutus, quod à Lydis
ob Tantali affinitatem molos didicit,
primusque chordas tres ad quatuor à su-
perioribus inuentas addidit. At enim
qui carmina in Europam fecit, is memo-
riæ prodidit Amphionem Mercurio ma-
gistro fidibus didicisse: cantu verò faxa,
& feras mouisse. At Myron Byzantius
heroici carminis, & elegiorum scriptor,
Amphionem tradit primum omnium
Mercurio aram dedicasse, & iccirco ly-
ram ab eo accepisse. Aiunt etiam apud
inferos Amphionem, ob eas contumelias
plecti, quibus Latonam, & eius filios
affecit. Ac de eius quidem pœna in ea
poësi mentio est, cui Minyas nomen:
Est verò communi arguento de Am-
phione, & Thamyri Thrace conscrip-
ta. Postea quām Amphionis domus
pest*

364 PAVS. BOLOTICA SIVE
pestilentia deleta est, & Zethus, cum geni-
tum ex se puerum ipsa ob certam noxam
mater peremisset, animi ægritudine con-
tabuit. Lao Thebani regnum detulerunt.
Duxit Laius Iocastam vxorem. Accepit ve-
rò ab Apolline Delphico responsum, à fi-
lio, si quis ei ex Iocasta nasceretur, se inter-
fectum iri: Quare recens natum Oedi-
pum exposuit: At ille cum adolevisset pa-
trem occidit, & matrem ipsam vxorem du-
xit. Filios verò nulos ex ea omnino ge-
nuisse, testimonio mihi sunt, qui in Odys-
sea leguntur Homeri versus.

Vidi etiam Oedipodis matrem, formosam Epi-
casten,

Quæ fredo imprudès temeravit criminè ritā.
Gnati iuncta toro: genitorem occiderat ille.

Mox facinus visum est superis abolere nefan-
dum.

Qui enim eius flagitiij fama statim potui-
set aboleri, si quatuor fuissent ex Iocasta li-
beri suscepti? Verùm Euryganea illos Hy-
perphantis filia peperit: Quòd is, qui car-
mina illa condidit, quæ Oedipodia nomi-
nant, declarat. Onasias etiam Plataësibus,
tristem demissò vultu, ob filiorum dimica-
tionē, pinxit Eurganeam. Polynices enim
uero viuente adhuc, & imperante Oedipo
Thebis discensit, metuens ne diris, quibus
ipsum

ipsum pater deuouerat, esset obnoxius. Cū
autem Argos configisset, & iam filiam ei
nuptum dedisset Adrastrus, Eteoclis fratri
acerbitu, post Oedipi mortem Thebas re-
uertit. Orto verò de imperio cū fratre dissi-
dio, iterum exulauit: Fretusque socii opi-
bus, dum regnum conatur recipere, exerci-
tum quidem perdidit: Congressi verò ex
prouocatione singulari certamine fratres
ambo, mutuis confecti vulneribus cecide-
runt. Succesit Eteocli Leodamas filius,
imperium regente Creonte, Menæcei filio
pueri tute. Adoleuerat iam Leodamas,
ac penes ipsum regnum erat, cum iterum
Argiuī Thebas oppugnatū exercitum mi-
sere. Iis cum exercitu Thebani occurre-
runt ad Glisanem, Cūunque ad manus ve-
tum esset, ibi Aegialeū Adrasti filiū Lao-
damas occidit. Ab Argiuīs verò prælio su-
peratus, cum ea Thebanorum manu, quæ
illum vltro fecuta est, in sequenti nocte è
fuga se in Ilyrios recepit: Hostes haud ma-
gno negotio captas Thebas Thersandro
Polynicis filio tradidere. Iam verò cum
Agamemnonis copiarū pars, dum ad Tre-
ianum bellum cōtenderet, ab instituto na-
uigationis cursu aberrasset, & in Misia cla-
dem accepisset: Fors ita tulit, vt Thersan-
der, cuius in ea pugna præ cæteris Grae-
cis

366. PAVS. BOEOTICA SIVE
cis virtus entuerat, à Telepho occidere-
tur: Est verò ei monimentum erectum
circa Cayci campos, in Elæa vrbe, lapis in
subdiali fori parte, quo in loco ei paren-
tant, ut ipsi dicunt, incolx. Thersandro
mortuo, altera iam classe contra Paridem,
& Trojanos comparata, Peneleum sibi du-
cem delegerunt, quod Tisamenus nōdum
per artatem erat imperio capeſſendo ido-
neus. Interfecto rursus ab Eurypylo Te-
lephi filio Peneleo, regem Tisamenum de-
clararunt, Thersandro, & Demonassa Am-
phirai filia genitum. Ac is quidē dirarum
Lai, & Oedipi expers fuit: At eas non effu-
git Autesion: Qui nempe ad Dorienses ex
oraculo migrare coactus est. Eo iam pro-
fecto regem illi surrogarunt Damasich-
thonem nepotem Penelei, Ophelte filium.
Damasichthoni Ptolemæus filius fuit:
Xanthus Ptolemæo: Is nempe, quem An-
dropompus in singulari certamine non
virtute, sed dolo perculit. Placuit in po-
sterum Thebanis non vni amplius, sed
pluribus reipubli. summam committere:
Ac sane secundum omni ex parte de cæ-
tero vi evidentur fortuna. Quæ verò ipsiſ
vel prospera, vel secus euenerunt, hæc ego
maxime memoratu digna compcri. Vi-
eti ab Atheniensibus prælio sunt, cum illi

eo bello, quod de agri finibus gerebatur,
Platænsibus opem tulissent. Alteram
etiam cladem acceperunt ad Platæam, cum
iisdem Atheniensibus acte congressi, quo
tempore Xerxis amicitiam, Græcorum fa-
luti anteponere visi sunt: Atque huius rei
culpa non fuit penes vniuersum populum:
Tunc enim paucorum principatus, non pa-
tria reipub. administratio vigebat. At pro-
fecto si Pisistrati filij Barbaris in Græciam
inuidentibus dominati fuissent, dubitari
non potest, quin ipsi quoque Athenienses,
quod in Persarum studia propensiores es-
sent, criminè vacaturi non fuissent. Poste-
riore dein tempore rursus Athenienses ad
Delium in Tenagris vici sunt à Theba-
nis, cum Hippocrates Aiphronis filius im-
perator cum magno militum numero cecidit,
Lacedæmonis certè statim post Per-
satum discessimus, vsque ad id bellum, quod
Peloponnesij Atheniensibus intulerunt, cù
Thebanis optimè conuenit. Bello au-
tem confecto, & exarmata iam Athenien-
sium classe, non ita multo post Thebani
vna cum Corinthiis arma contra Lacedæ-
monios mouerunt. Cum verò pugna ad
Corinthum, & Cheronæan superari suis-
senter: Mox ad Leuctra omnium, quas de
Græcis Græcos inquam reportasse noue-
rimus

rimus, maximè illustrem sunt victoriam adepti. Tunc & Decurionatus, quos in ciuitatibus constituerunt Lacedæmonij sustulerunt, & præfertos Harmostas, quos appellabant, eiecerunt. Phocicum deinde bellum, quod Sacrum Græci appellabant, annos perpetuos x. gesserunt. In rerum Atticarum historia iam ante conscripsimus, cladem illam ad Cheroneam uniuersis Græcis calamitosam fuisse. Thebanorum tamen in primis res vehementer attriuit. Sunt enim illi victorum præsidium coacti intra urbis mœnia recipere, quod post Philippi demum mortem, regnante iam Alexandro eiecere. Quo facto futura pernicies est diuinitus significata. Nam cum ia Legiferæ Cereris sub Leuctricæ pugnæ tempus araneæ albas circa templi valvas texuissent telas, ad orientibus iam fines Macedonibus longè diuerfa portendentes, nigro omnia opere compleuerunt. Proditum etiam est annalibus in Attica terra, cinere pluuisse anno vno antequam Syllaæ arma ingens Atheniensibus exitium importassent. Thebani ab Alexandro expulsi, cum Athenas profugi se receperissent, à Cassandro Antipatri filio restituti sunt. Ac ad Thebas quidem instaurandas egregiam præcæte,

ris operam nauarunt Athenienses, adiuvantibus certè Messenis, & Megalopolitanis. Restiruisse verò Thebas Cassandraum crediderim Alexandri maximè odio. Eius enim domum totam funditus euertere contendit. Nam & Olympiadem Alexandri matrem, iis Macedonum, qui in eam acerrimis flagrabant odiis, lapidibus obruendam tradidit: Et Alexandri filios, Herculem ex Barsine, Alexandrum ex Roxane suscepitos, venenis peremisit. Neque ipse tamen satis fortunatus è vita discessit: Ex morbo enim aquæ subter cunctum fusæ, viuens etiamnum erumpentibus undique vermis extabuit. Ex eius verò liberis Philippum natu maximum regno iam inito, tabidi corporis lues sustulit. Cui cum successisset Antipater, Thessalonicensis illius matrem interfecit, Philippo Amyntæ filio, & Nicasipolide genitam: Parricidij ea fuit causa, quod ea plus benevolentia Alexandro, qui erat Antipatri liberum minimus impetrare. At hic accedit in auxilium Demetrio, fratre interempto, matris cædem vltus est: Verum intellectus percussorem paratum, quem sibi socium adscuerat. A Cassandra itaque deorum aliquis, quisquis ille fuerit, meritam pœnam exegit. Thebanis Cassandrai auspi-

cis vetus omnis murorum ambitus est restitutus. Sed oportuit etiam in posterum magnorum eos malorum minimè expertes esse. Cum enim Mithridati cum Romanis bellanti se adiuoxissent, nulla alia ratione quam publica Atheniensium amicitia adducti, Sylla cum exercitu in Boeotiam ingresso, periculi terrore, studia statim sua, mutata sententia, ad Romanos conuerterunt: Non tamen Sylla propterea quidquam de sua in illos ira remisit: Nam & alia ad Thebanorum fortunas comminuenda excogitauit, & dimidia agri eos parte multauit: factum verò suum huiusmodi prætexuit causa. Cum primum bellum contra Mithridatem gerere coepit, ob pecunias inopiam donaria omnia conflauit, ex Olympia, ex Epidauro, ex Delphici etiam Apollinis templo, quæ Phocenses reliqua fecerant: Inde coactum stipendum militi diuisit. Quo verò sacrilegij infamiam redimeret, dimidiā agri Thebani partem diis adjudicauit. Sed Romanorum liberalitate erexit agrum postea Thebani receperunt. Ceterò quin ad calamitosissimum statum Sylla eos rededit. Aetate quidem mea inferior vrbis tota, delubris deorum exceptis, funditus eversa est: Arx tantum habitatur, The-

barum,

barum, non Cadmeæ amplius nomine. Vbi Asopum transferis, ab urbe ipsa x. interuerso stadiū, Potniarum ruinæ sunt, & inter ipsas Cereris, & Proserpinæ lucus: Signa fluminis accolæ, Potniis deas appellant: Iis statu tempore & alia patro ritu faciunt sacra, & intra eas ædes, quæ Megara, ac si Basilicas dicas, vocant, lactantes sues mittunt: Eos exacto anno iisdem ferè anniuersariis diebus, apud Dodonam pascere aiunt: Id ut credit, tibi qui volet in animum inducat. Est ibidem & Liberi patris ædes, cognomine Aegoboli, idest Capræ cædantis. Ita enim aliquando accidit, ut dum sacrificarent, per temulentiam eò recordæ processerint, ut ipsum Liberi patris sacerdotem occiderint: Quod piaculum cum atrox pestilentia consecuta esset, ex Delphici Apellinis responso, puerum Libero iam pubescentem mandatum acceperunt. Sed non multis post annis deum ipsum capellam pro pueri supposuisse tradunt. Potniis puteus monstratur, è quo potantes equas in furorem agi præcipites tradunt. Qua est à Potniis Theba, iter, ad viæ dexteræ circumseptus est columnis non magna vti-que area. Ibi terram discessisse credunt, cum Amphiaraus subito soli hiatu est ab-

AA 2

forptus. Addunt ad fabulam neque aues illis columnis insidere, neque eius areæ herbem vllum vel ferum, vel mansuetum animal attingere. Thebani in veterum murorum ambitu portas vi i. habuerent, quæ adhuc manent. Sumpsisse arbitror nomina, Eleæridem ab Eleætra Cadmi sorore: Prætidem, à Ptæto homine Indigena: Qua verò hic ætate, & vnde genus duxerit, perdifficile est inventu. Ne tidem nominarunt, quod in cithara chordarum vnam, cui Nete nomen, Amphion ante hanc portam inuenisse dicitur. Audiui etiam illud aliquando, Zethi, qui frater Amphionis fuit, filio, Neis nomen fuisse, & ab eo portæ nomine datum. Iam Crenæam portam

Altissimam vocant, quod est ad eam portam Iouis altissimi cognomine facellum. Præter eas, quas consumerauimus, portas, est quæ Ogygia, & omnium postrema Homolois: Cuius nomen ita nuperimum esse facile appetet, ut Ogygia antiquissimum: Dicta verò est Homelois ex eo, quod in pugna cum Argiuis ad Gisantem accepta clade, cum Laodamantem Eteoclis filium secuti profugissent multi, eorum pars vna ab itinere in Illyrios capessendo

do abhorruit. Cōuersi autem in Thessalos, Homolen occuparunt, omniū, qui in Thesalia sunt, montium maximè fertilem, & aquis irrigum: Illinc à Thersandro Polynicis filio postliminio reuocati, portam, qua redeuntes urbem introierunt, Homo loidei ab Homole, in quo dum exularent considerant, nuncuparunt. A Platæa quidem venientes Eleæris porta accipit: Ad eam Capaneum Hipponei filium, dum vehementiore impetu muros ascendere conatur, fulmine istum corruisse memorat. Atque hoc quidem bellum, quod Argui gesserunt, eorum omnium, quæ heroicis temporibus inter Græcos gesta fuere, longe dignissimum, quod hominum memoriarum proderetur, fuisse existimo. Est enim ab Eleusiniis cum reliquis Attici nominis populis: Et à Thebanis cum Minyis ita pugnat, ut vna ferè exercituum excursive, & vnico conflictu debellatum fuerit, conuersis mox ad concordiam & fœdera hominum animis. At Argiorum exercitus in medium Bœtiā ex media venit Peleponneso: Et Adrastus ex Arcadia, & à Messeniis auxilia in vnum coëgit. Cum interea Thebanis à Phocentibus stipendum missum fuerit, & ex Miniande terra à Phlegyis,

Prælio vero ad Ismenium inito, in ipso con-
gressu Thebani superati, & in fugam ver-
si, intra mœnia se recepere: Cumque es-
sent Peloponnesij eorum artium, quibus
urbes oppugnantur, omnino ignari, & ira
incitati improuide impetum facerent, eo-
rum multos de muris Thebani occide-
bant: Quin facta etiam eruptione dissi-
patos turbatis ordinibus perculerunt. To-
tus itaque exercitus, vno Adrasto excepto,
est ad intermissionem cæsus. Sed ea The-
banis victoria magna stetit clade. Ex eo
vsurpatum, ut si qua victores perniciēs op-
primat, Cadmea victoria dicatur. Non
multis post annis, Thersandro duce, The-
bas adorri illi sunt, quos Epigonus, id est
Posteros, Græci vocant: Satis autem con-
stat, eorum signa secutos non tantum Ar-
giuos, Messenios, & Arcadas: sed in auxi-
lium accitos Corinthios etiam, & Megar-
enses. Thebanis turfus opem finitimi tu-
lere. Acriter verisque est ad Glisantem di-
micatum. E Thebanis multi post cladem
acceptam cum Laodamante effugerunt,
reliqui per obsidionem expugnati sunt.
Et hoc quidem bellum est vetibus per-
scriptum. Eorum versuum Celentus men-
tionem faciens, ab Homero factos cen-
set: Cui multi, & iij non ignobiles autho-
res

res assentiuntur. Ego certe poësin illam
secundum Homeris sanè Iliadem, & Odys-
seam plurimi facio. Et hactenus de bello
quod gestere cum Thebanis Argiui, Oedi-
pi filiorum causa, satis multa. Non longe
à portis commune sepulchrum extat
eorum, qui in acie cum Alexandro Macé-
done configentes mortem oppetieré.
Monstrant proximo loco campum, in quo
occisi à Cadmo ad vicinum fontem, draconis
dentium facta semente (si fabula est fi-
des habenda) terra homines edidit. Ad
portæ Homoloidis dexteram collis est Apollini
sacer: & collis & deus eodem nomi-
ne Ismenius dicitur, Ismenio fluvio præ-
terfluente. Ab ea parte, in ipso ad portam
aditu, Minerua, & Mercurij marmorea si-
gna sunt: Pronai, ac si Vestibulares dicas,
dij appellantur: Mercurium Phidias, Mi-
neruam Scopas fecisse dicitur. Tenplum
proxime erectum est: In eo signum magni-
tudine ei, quod in Branchidis est, par: Spe-
cie etiam ipsa ab illo nihil omnino dif-
ferit. Eorum signorum si quis alterum vide-
rit, & à quo factum fuerit cognoverit, ni-
mirum ille haud magno negotio cū alterū
intueatur Canachi opus esse cognoscat:
Tantum interest, quod ille in Branchidis
Apollo, ex ære, Ismenius hic, è cedro est:

Est eodem in loco saxum, super quo Mantò Tiresiæ filiam sedisse tradunt: Prominet ante ipsum templi vestibulum: Nostra etiamq[ue]m arate, Mantùs sellam vocant. Ad templi dexteram effigies è marmore sunt, Heniochæ, & Pyrrhae filiarum Creontis, qui dum Laodamanti Eteoclis filio tutor esset, imperium tenuit. Apollini Ismenio hac etiam arate puerum claris natibus, forma, & robore præstantem annū sacerdotem deligunt. Lauriger ei cognomen est, quod laurea coronatur. Non habeo satis compertum, an omnes laureati pueri ex patro instituto æneum Apollini tripodem dedicent: Existimo certe nulla lege illos teneri: Paucos enim illuc tripodas vidi. Editissimis certe orti parentibus pueri omnes dedicant. Eorum tripodum est maximè insignis cum operis virtute, tum hominis dignitate, quem Amphitruo dedicauit, Hercule laurum gestante. Supra Ismēnij fontem videas, quem Marti sacrum dictitant, & à Marti fontis custodiā draconi demandatam. Prope est Caanthi tumulus: Meliae fratrem, Oceani fuisse filium Caanthum dicunt: missum verò à patre fororem raptam quæsitum: Cum in Apollinis eam esse potestate conperisset, neque omnia abducere puellam

potuif

potuisset, ignem in lucum, quem Ismeniū vocant, iniicere ausum: Ob eam rem (vti narrant Thebani) sagittis ab Appolline confixum: Est illuc quidem Caanthi sepulchrum: È Melia verò Apollinem aiunt filios duos suscepisse, Tenerum, & Ismenium: Illi diuinationem dedisse: Ab Ismenio fluuium nomen accepisse: Cum tamen neque ante nomine caruisset: Nam & priusquam Ismenius Apollini nasceretur Ladon hic amnis nuncupabatur. Ad laeum eius portæ, cui Electridi nomen, domus rudera sunt, quam inhabitasse Amphitruonem memorant, cum è Tirynthe Electryonem fugisset. Manet inter ea rudera Alcmenæ thalamus, quem à Triphonio, & Agamede exædificatum Amphitruoni Thebani dicunt: id olim attestante inscriptione.

Alcmenam sibi connubio cum iungere vellet Amphitryon, Thalamum hunc elegit quem fabricarunt

Anchasius mira arte, Trophonius, atq; Agamedes.

Ostendunt etiam Herculis Megara librum sepulcrum. Neque tamen de eorum morte iis omni ex parte assentiuntur, quæ sunt ab Himerao Stesichoro, & Panyassi in versus relata: Addunt enim Thebani

Herculē p̄r̄e insania ipsum etiam Amphitruone occisurum fuisse nisi lapide ictus somno se deditset: Eum lapidem Mineruam iccisse: Sophronistera, hoc est Resipescendi authorem nominant. Sunt eodem in loco foeminarum imagines, minus eminenti figura, cuiusmodi Typi appellaontur: Eorum signorum parum est perspicua præverustate species: s̄ harmacidas idest Veneficas, vocant Thebani: Missas verò à Iuno ne aiunt, quo parturient Alcmenæ impedimento essent. Sed eas, dum Alcmenæ partum cohiberent, Tiresiae filiam Historidem tali astu elusisse: Ex eo nanque loco vnde ipse facile audire possent clamauit peperisse iūm Alcmenam: illas ea voce deceptas statim abiisse: Alcmenam illico puerum enixam. Herculis illic templum cum signo è candido lapide, Promachum, id est Propugnatorem, vocant: Xenocriti, & Eubij Thebanorum opus. Nam ligneū simulachrum prisci operis Dædali fuisse arbitrantur: quod ut credam & ipse facile adducor. Dedicasse tunc Dædalum ferunt, cum è Creta fugiens, bene de se merito Deo gratiam retulit: Cum enim sibi, & filio Icato non magna ædificasset nauigia, primūisque omnium velificationem adiouenisset, quo Minois classem, quæ remis tantū vtebatur

secund

secundo impulsū vento antevenerterent, tunc ipse quidem in columnis appulit: Icari verò nauem, imperitia gubernantis eueram tradidit: sub vndis enectum, mari æstu delatum in insulam iuxta Pergamum, cuius nōmen nondum proditum fuerat: Herculem cūm fortè in illa loca venisset, agnitus cadauer sepelisse, vbi hac etiam ætate non magnus terræ agger extat, in promontorio, quod Aegaeo mari imminet.

Ab Icaro sicut & insulam & quod eam incingit mare nomen accepisse. Thebanis sub ipso templi culmine circa Tholū complures ex duodecim Herculis laboribus fecit Praxiteles. Quæ prætermisit sunt Stympali aues, & Eleæ terra purgatio: Pro illis est cum Antæo lucta. Thrasibulus quidem Lyci filius, totaque illa Atheniensium exulum manus, quod Thebis moventes expulsi xxv. tyrannis patriam reciperissent, in Herculis fano, Mineruam & Herculem ipsum, colossi specie, è Penteliaco lapide, Alcmenis opus, posuerunt.

Iam verò gymnasium & stadium vtrinque de Herculis nomine appellatum cum templo coniuncta sunt. Supra lapidem Sophronistera est Apolinis ara cognomento Spondij, è victimarum cineribus congesta. Ominus ibi diuinatio obse

obseruatur, qua præ cæteris maximè Græcis, vti Smyrnæos noui. Est enim apud illos in exteriore murorum ambitu ad omnia captanda sacrata ædes. Apollini verò cognomine Cano taurum priscis temporibus immolabant Thebani sed cū ita accidisset, vt statu, festo que die hostiam cædendi tempus instaret, qui verò vt taurum adducerent missi fuerant non venirent, de plaustro prætereunte bouem alterum arreptum mactarunt: ex quo institutum domito boue fecere. Vulgatus est præterea inter Thebanos sermo, Cadinum Delphis in Phocidem venientem, ducem itineris bouem habuisse: Emptam illam de Pelagonis bubulcis, & in utroque latere insignem fuisse candida nota in Lunæ speciem iam plenæ. Oportebat autem Cadmum cum sociis, & exercitu ex oraculi responsu ibi consistere, quo loco bos fessa procubuisset. Illum ipsum locum hodie quoque ostendunt. In eo sub diuina aræ est Mineruæ cum signo, quod à Cadmo dedicatum perhibent. Refellitur facile eorum error, qui in Thebanorum fines Aegyptium, non Phœnicem Cadmum venisse putant, vel ipso huius Miseruæ nomine, Signa enim, Phoenicum, non Saïs, Aegyptioru lingua dicitur. Tradunt præterea

terea Thebani quo loco est arcis nunc forum, Cadmi domum fuisse. Harmonia verò thalamorum ruinas monstrant. Semeles item thalamum, quem ætate etiam nostra ab hominum accessu custodiunt. Est à Græcis in literas relatum, Musas Harmoniæ nuptias carmine celebrasse: Fidem iis qui hoc credant facit, quod in foro locus est, ubi deas cantasse aiunt. Est etiam memoriae proditum, cum eo fulmine quo iusta est Semele, de cælo lignum decidisse in eius thalamum, quod cum ære Polydorus exornasset: Liberum Cadmeum appellauerit. Prope est Liberi signum, quod Onassimedes è solido ære fecit. Nam Cadmum ei Praxitelis filij elaborarunt. Posita illuc etiam statua est Pronomi tibicinis, qui vnum maximè appositè omnium ad aures multitudinis permulcendas tibiis cecinit. Hic cum diuersæ essent ob diuersa modorum genera tibiae, & non iisdem omnino Dorij, Lydij, & Phrygij modi incinerentur, primus eiusmodi tibias excogitauit, quæ inflatæ modos omnes eadem redderent. Idem etiam & oris gestu, & totius corporis motu mirifice dicitur spectatores in theatris delectasse. Extat eius cantilena, quam Chalcidæsibus Euripi incolis fecit, vt eo carmine Delu venientes, loci

loci numina salutarent. Huic itaque viro Thebani, & Epaminundæ Polymidis filio in quo diximus loco statuas posuere. Epaminundæ quidem maiores valde illustres generis claritate fuere: Eius vero pater tenuiore fuit inter Thebanos re familiari, quam alius per mediocris qui uis filium tamen à puero patriis omnibus disciplinis accuratissime erudiendum curauit: Ipse ab incuate iam adolescentia ad Lysin Tarentinum se descendit causa contumelie, hominem Pythagoræ praceptoris egregie instructum. Bello quo d gestere cum Mantinensibus Lacedemonij, misus est cum aliis Thebanis in Lacedemoniorum auxilium Epaminundas. Is Peloponnesum saucium magno suo periculo in pugna seruavit: Ac deinde cum legatus venisset Spartam, quo tempore Lacedemonij pacem eam, quæ Antalcida vocatur, sancte decreuerant, & Epaminondam rogasset Agesilaus, nunquid singularis urbes in pacem iurare suti essent Thebani: Respondit ille: Non utique Spartane, priusquam vestros videamus singularium urbium finitimos iuras. Iam vero cum bellum inter Lacedemonios, & Thebanos ceceptum esset geri, & cum suis, tum sociorum opibus freti vehementer Thebanos

Laced.

Lacedæmonij vrgerent, ipse cum exercitus parte supra Cephissidem paludem, qua Peloponnesij irruptionem facturi erant, castra posuit. At Cleombrotus Lacedemoniorum rex ad Ambrossum in Phocenenses agmen vertit: Mox Chærea, & iis, quibus fuerat eius aditus custodia commissa, interfectis, ad Leuctra in Boeotiam penetravit: Eo in loco cum ipsi Cleombroto, tum vniuersis Lacedæmoniorum copiis dira ostenta euenerunt. Mox fuit Spartanis ad bellum proficiscentibus greges in extremo agmine habere: quo & ad sacra, & antequam signa cōferrent ad litandum hostiæ in promptu essent: Earum pecudum duces itineris erant capræ, quas Catœadas nominant pastores. Tunc quidem gregem inuidentes lupi, ouibus nullam sanè noxam intulerunt: solas vero Catœadas necarunt: Dicuntur etiam Lacedæmonij filiarum Scedasi, clade illa diras luisse. Scedaso Leuctris domicilium habenti filiæ fuere Molpia, & Hippo. Eas iam nubiles Lacedæmonij homines, Parathemidas, Phrudarchidas, & Parthenius per vim vitiarunt. Puellæ tam insignem cōtumeliam minime ferendam ratæ, laqueo vitam finierunt. Ipse etiā Scedassus, cum iudiciū postulanti datū nō fuisset,

Leuct

Leustra reuersus voluntaria morte de de-
cūs effugit. Huic sedasō Epaminundas,
eiūsque filiabus parentauit, votāque nun-
cupauit: Professus prælium non magis pro
Thebanorum salute, quām eam iniuriam
vīcīscendi causa commissum iri. Sed Bœo-
tij nominis ducum non vna omnino fuit
sententia: Nam Epaminundæ, Malgidi, &
Xenocrati placebat quām celerrimè pu-
gnam capescere: Damocidas verò, Damo-
philus & Simangelus, congreediendum
neutiquam censemant: Sed coniugibus, &
liberis in Atticam amandatis, ad obli-
dionem sustinendam quæ pertinerent esse
omnia comparanda. Atque horum qui-
dem v. t. in hunc modum consilia varia-
runt. Vbi verò septimi, qui ad Citheronis
angustias præsidio fuerat præfectus, Bran-
chyllides ei nomen fuit, suffragio, est eo-
rum, qui Epaminondæ assensi fuerant, sen-
tentia comprobata: decreuerunt omnes
prælio belli fortunam experiri. Erant
cum alijs ex Bœotis Epaminundæ suspecti,
sed præ ceteris Thespientes: Veritus igitur
ne dum manus consererentur partes
proderent, potestatem fecit omnibus,
qui vellet è castris domum concedendi.
Quare cum Thespientes, tum reliqui,
qui à Thebanis erant alieniores, sub sua
quique

qui que nationis signis, discessere, prius
quam esset ad manus ventum. At Lacedæmoniorum socij conceptum in illos
iam ante animo odium facile declararunt. Nempe qui neque locum tenerint,
& in quam partem hostis impressionē fe-
cisset, terga dederint. Aequauit inter duas
acies certamen: quod pristina rei militaris
scientia, & patriæ gloriae retinendæ cura
Spartanos incitabat. Thebani sibi pro pa-
tria, pro coniugibus, & liberis propositū
certamen videbant. Postea veiò quām &
alij de Lacedæmoniorum primoribus, &
rex ipse Cleombrotus occubuit, ibi Spar-
tanos, tametsi grauiter affectos, adegit ne
cessitas, vt locum pugnando tuerentur
suum: Erat enim magno apud Lacedæmo-
nios dedecori regis cadauer finere in ho-
stium esse potestate. Thebani certe victo-
riam adepti sunt omnium præclarissimā,
quas de Græcis Græci vñquam reportauer-
int. Postero die Lacedæmonij suorum ca-
dauerā ad sepulturam misso ad Thebanos
caduceatore poposcerunt. Epaminundas
verò cum sciret maximè in dissimulandis
calamitatibus suis callidos esse Spartanos:
sociis se prius eorum cadauerā tollendi fa-
cultatem daturū respondit, ac deinde se
facile suos à Lacedæmoniis humari passu-

xum. Quod cum ita constitutum esset, so-
ciorum alij, suos non fuit omnino quod
tollerent, cum neminem amississent: Alij
quām paucissimos desiderarunt: Lacede-
moniis confiteri necesse fuit suorū illam
stragem fuisse maximē. De Thebanorum
quidem, & eorum qui permanerant Boeo-
torum numero quinque duntaxat, & x l.
desiderati fuere, cum c Lacedemoniis ipsi
plures quām mille cecidissent. Post pugnā
edictō permisit cæteris Peloponnesiis, vt
domos quique suas redirent: Solos Lacede-
monios ad Leustra interclusos tenuit. Ve-
rū cum certior factus esset populariter
Spartanos ex vrbe effusos suis in auxiliū
venire, hostibus quō vellent abeundi sub-
certis cōditionibus potestatem dedit: Suis
asserens multo esse optabilius ex Boeotia
bellum in Laconiam propulsare. Thespi-
enibus, quōd & vetera in se Thebanō-
rum odia, & recentem eorum felicita-
tem suspectam haberent, visum est vrbe
relicta Cereſsum conſugere. Et Cereſſus
castellum in Thespiesi agro munitionis-
mum, quōd & ante multo se in agrum suum
cum exercitu inuidentibus Thessalī re-
ceperant. Quo tempore cum Cereſſi ex-
pugnandi ſpes post longos conatus Thes-
ſalos fruſtrata eſſet, Delphos dei conſu-
len

Jendi cauſa miserunt, à quo huiusmodi
oraculum eſt redditum.
Leuſtra mihi umbrosa, eſt curæ quoque Aleſia
tellus:

*Et Scēdatis oboles gemina miseranda puelle.
Pugna illi atrox miserebitur: haud erit ullus
Qui fecit hoc heminū: lumen iuvenile priusquam
Perdiderint Dores, fatalis ubi ingrueat hora
Exiendi poterit, alia nec ſorte Ceressus.*

Epaminūdas expugnato Cerello, ac The-
ſpienibus, qui illuc conſugerant, eieclis,
ad Peloponnesi res ordinādas maturauit,
magno studio accerſentibus Arcadibus.
Ac primo statim aduentu Argivis eius
amicitiam expetētes ſocios adſciuit: Man-
tinenses in vicos ab Agesipolide dispersos
in veterem vrbeam reduxit: Arcadibus au-
thor fuit, vt paruis oppidis, quē facile, cum
ſine munitionibus eſſent, expugnari po-
teſt. deletis, in vrbeam vnam, quæ eſt ab eo
condita, & Magna (vti nunc etiam dicitur)
appellata, congregarentur. Exacto impe-
rii tempore, cum lex capitis pœnam ei qui
imperium continuasset, interrogaret, alienif-
fimo reip. tempore non eſſe exiſtimans le-
gis rationem habendam, imperium reti-
nuit: Profectusque cum exercitu Spartā,
cum Agesilaus ad pugnam ſuos non edu-
xiſſet, ad Messenes reſtituendam cogita-

tionem cōuertit suam. Eos enim, qui nunc nomen seruant, Messenios, ipse restituit Epaminundas. Qua de re in exponendis Messeniorum rebus, quæ opus fuere, à me sunt explicata. Interea cum Thebanorum socij dissipati fines Laconici agri excusio nibus, & populationibus, infestos reddi dissent: Adduxit ea res Epaminundam, ut in Boeotiam exercitum reportaret: Cūmque iam ad Lechæum accederet, ac prope esset, vt ex locorum angustiis, & difficultatibus euaderet, occurrit Iphicrates Timothei filius cum Cetratis, & aliis Atheniensium copiis, quas contra Thebanos ducebant: Ibi Epaminundas inuidentes in fugam vertit: Et ad ipsa Athenarum membra persecutus, simulac egredi ad pugnā suos vētuit Iphicrates, Thebas agmen retro egit. Iam verò cum domi causam capitū dixisset, maiestatis accersitus, quod succelfori exercitum non tradidisset, iij quibus iudicandi fors obtigerat, ne suffragium quidem eorum quisquam inierit. Postea verò cum Alexander Thessalīa tyrannus Pelopidam ad se cum priuata, tum publica fretum amicitia venientem, in vincula conieciisset, vt eam hominis perfidiam, & contumeliam vlciscerentur, Thebāi contra illum statim exercitum compara-

runt,

runt, ducēmque eius expeditionis Cleomenem declararunt, cuius potestati eum, qui nunc summo Boeotiorum magistratu fungens rebus bellicis præterat, subiecerunt. Priuatus erat & inter ordinarios Epaminundas. Ad angustias iam Termopylarum peruererant, cum Alexander ex insidiis inter Aspreta erumpens hosti negotium cœpit faciliſſere: Vniuersus itaque exercitus cum spem salutis in dubium vocari animaduerteret, Epaminundæ, ipsis Boeotiarum præfectis summa voluntate assentientibus, imperium decreuit. Enim uero Alexander se bellī aleæ, simulac ad Epaminundam imperium trāslatum intellexit, committere non est ausus: Ac Pelopidam ulro dimisit. Dum absuit Epaminundas Orachomenios Thebani suis sedibus expulere: Quod ille tulit indignissimè, neque omnino factum ex rep. censuit: Quin etiā affirmauit si adfuisset, nullo pacto tantum se à Thebanis facinus committi passurum fuisse. Interea cum alij nemini imperium decerneretur, cum exercitu rursus in Peloponnesum veniens, Lacedæmonios ad Lechæum prælio fudit, cūmque iis, ex Achæis Pellenenses, & ex Atheniensibus eos quos duxerat Chabrias. Erat Thebanis patrium institutum, vt quoscun-

que ex aliis populis captiuos haberent, pretio dimitterent: Boeotici vero nominis exules capitum damnatos occiderent. At Epaminundas cum Sicyoniorum oppidum Phubi expugnasset, in quo maxima pars erat Boeotorum exulū, non is compunctos, qui comprehensi fuerant, omnes dimisi: Nam alienæ singulos patriæ nominibus vti ei in mentem venisset recensuit. Iam vero cum ad Mantinean victoriam esset adeptus, ab Atheniensis milite est interfetus. Athenis ybi equestris pugna picta est, Gryllus Xenophontis filius Epaminundam occidens ostenditur. Eius pater Xenophoa nempe is fuit, qui se Cyro minori contra fratrem Artaxerxes susceptæ expeditionis comitem præbuit: Idemque reduces ad mare Græcos reportauit. Ad Epaminundam statuam elegi adscripti sunt, quibus & alia de eo prædicantur, & quod per ipsum fuerit Messene restituta, & Græcis parta libertas: Elegi huiusmodi supt.

Confilijs nostris laus est attrita Lacrum,

Pubisque Messene floret adauela noua.

Iam validæ armorum septæ munimine Thebæ Legibus & fruitur Græcia tota suis.

Atque hæc quidem ad viri gloriam pertinent. Proxime abest ab Epaminundæ statua Ammonis delubrum, cui signum,

Calamidis opus, Pindarus dedicauit. Idem etiam ad Ammonios usque in Lybiām Ammoni hymnos misit. Mea quidem ætate in triangula pila hymnus Pindari extabat, ad aram, quam Lagi filius Ptolemaeus Ammoni statuit. Secundum Ammonis apud Thebanos Tiresias est, quod Auguraculum appellatur. Proxime Fortunæ ædes, fert dea Plutum infantem, Tradunt Thebani manus, & os eius signi fabricasse Xenophontem Athenieum, reliqua Callistonicum ciuem suum. Callidum sanè fuit commentum, in manus Fortune tanquam vel matris, vel nutricis Plutum ponere. Neque minus prudenter Cephisodotus, qui pacem Atheniensibus fecit, Plutum in sinu habentem. Sunt etiam Thebapis Veneris signa lignea tam antiqua, ut ab Harmonia posita dicantur. Fabricata ea quidem sunt de rostris Cadmianium: Tres Veneres sunt, quarum unam Cœlestem, Popularem alteram, tertiam Apostrophiam nominant: cognomina imposuit Harmonia, Vranix purum significans, & Corporum cupiditate vacantem amorem: Popularis, ob Venerios congressus: Iam vero Apostrophæ numen coli instituit, id est Aduerfaticis, quo ab ex lege cupiditate, & incestis stupris

hominum genus auerteret. Multa enim apud Barbaros, multa apud Gracos sciebat Harmonia per nefarios concubitus turpiter commissa: Qualia postea de Adonis matre, de Phedra Minois filia, deque Tereo Tracie rege decantata sunt. Cereris quidem fanum, Cadmi, & eius posterum domum aliquando fuisse dicunt. Deæ simulachrum supra pectus duntaxat in aperto est. Fixa eo in loco sunt ænea scuta: fuisse illa procerum Lacedæmoniorum aiunt, qui ad Leuctra cederant. Ad eam portami, quæ Praxis dicitur, theatrum surgit: Theatro proxima est Liberi patris ædes cognomento Lyfij: Cognominis causa, quod cum olim captiuos complures ex Thebanis vincitos Thraces abducerent, eos cum ad Haliartiorum fines ventum esset, vinculis solutos deus dimisit, móxque illis Thracas somno oppressos occidendos præbuit. Alterum quod in ea æde signum est, Semeles esse dicunt Thebani: Ac statis quidem diebus quotannis templum aperire patrius illis mos. Sunt ibidem Lyci dominus ruinæ, & sepulchrum Semeles: Nam Alcmenæ non sepulchrum illud est: Sed eam ipsam post mortem in lapidem illum conuersam memorant: Neque om-

nino

nino de ea idem est Thebanis qui Megarensibus sermo. Dissentient enim ple runque inter se aliis item de rebus plerisque omnibus Grecis. Erecta etiam sunt apud Thebanos Amphionis liberis monumenta, seorsum maribus à fœminis. Prope est Diana delubrum Euclæ, quod est ac si Gloriosæ dixeris: Signum Scopæ opus est. Sepultas in templo Antipœni filias dicunt Androcleam, & Alcidem. Cum enim Thebani duce Hercule cum Orchomeniis prælium commissari essent, oraculum redditum est, eius bellî victoriam penes eos fore, quorum se ciuis, qui generis claritate præstaret, sibi ipsi manus consiceret. Erat Antipœnus natalium dignitate omnium suorum ciuium facile princeps, sed adduci is non poterat ut libenter mortem pro populi salute oporteret: At eius filiae alacriter se deuouerunt. Necem itaque cum sibi ipsæ consicissent, publicos promerita sunt honores. Ante ædem Euclæ leo è lapide factus collocatus est. Dedicasse dicitur Hercules, viatis in pugna Orchomeniis, & eorum rege Ergino Clymeni filio. Proxime abest Apollo Boëdromius, & qui Agoræus, id est Fornensis, vocatur Mercurius: fuit & hoc Pin-

BB 5

dari donum. Distat filiorum Amphionis rogos à sepulchris dimidium stadij. Permanet adhuc in eo rogo cinis. Prope Amphitruonem duo sunt Mineræ lapidea signa Zosteriæ cognomento: Illic enim dicuntur arma induisse Amphitruo, cum Euborensibus, & Chalcodonte congressurus. Ipsum verò arma induere, veteres cingere dixerunt. Nam & Homerum cum Agamemnonem Marti similem Zona fecisset, de armorum ornatu intelligi voluisse putant. Extat Zethi, & Amphionis commune monumentum, terræ non sancte magnus tumulus: Ex eo qui Tithorea Phœcensium incolunt, terrâ surripere magnopere student: Eo verò id agunt tempore, cum Sol tam permeat, tunc si amotam ex eo tumulo terrâ iniecerint, ager suus Tithorensibus, fœcundior redditur: Thebanis longè secus. Quare per eos dies diligenter sepulchrū custodiunt. Id ita esse ex fatidicis Bacchidis carminibus persuasum est utriq; urbi. Sunt verò ea carmina huiusmodi.

*Inferias quando à Tithorensi plebe, preecessit.
Et vota accipiet cum fratre Amphione Zethus:
Phœbus Agenoreum irradiat cù lumine taurū:
Tum nexam ingentem vitato quæ ingruit urbi.
Ninque suos fietus olim terra ægra negabat
E Phœci dones scindatur gleba sepulchro.*

Phœ

Phœci monimentum Baccis ideo dixi, quod Lyci vxor Antiope præ ceteris diis Libero patri honorem habebat: Cum verò ab eo contendisset quæ vulgo prodita sunt: Deū illi aiunt vehementer succensusse: Et ex eo, vti acres, & immodicæ sunt à dis animaduersiones, immisso furore mente captam per totam Græciam Antiope errasse: Phœcum verò Ornytione Sisyphi filio genitum infanæ morbo eam liberasse, & vxorem duxisse: Quocirca commune Antiope, & Phœco monimentum possum fuit. At eos lapides, qui Amphionis tumulo subiacent nulla cura, aut arte elaborati, ea tradunt esse saxa, quæ Amphionis cantum secuta fuerant. Nam & de Orpheo carminibus proditum est, feras fidibus canentem secutas. Thebis Chalcidem à Prætide porta iter est. In ipsa militari via Melanippi sepulchrū ostenditur, viri bellicis laudibus Thebanorum longè præstantissimi, qui cum Thebas Argiū oppugnatum venissent, Tydeum, & Meicistum Adrastrī fratrem occidit: Interfectus verò & ipse ab Amphiarao dicitur. Huic tumulo proximi sunt rudes lapides tres. Qui Thebanorum vetustas res commemorant, ibi Tydeum situm esse autumnant, & à Mecone sepultum. Homerū
verò

Tydeos, alta tegit Thebis quem terra sepultum.
Exin proxima sunt Oedipi filiorum sepul-
chra. Ad ea, quæ suscipiuntur, sacra. & si
ipse non spectaui, narrantibus tamē fidem
habui: Aiuut enim Thebani & alii ex iis,
qui heroës vocantur, & Oedipi filii infer-
rias à se mitti. His certe dum adolescent,
cum flammā, tum emissum ex ea fumum,
in partes duas discedere. Id ego ut cre-
derem, facile me adduxit quod in Mysia,
quæ supra Caycum est, vidi. Est ibi mo-
dica vrbs Pioniae appellata, cuius condito-
rem Pionin de posteris Herculis vnu per-
hibent. Huic dum parentant, sponte fu-
mus è sepulchro exilit. Hoc ipse dum ac-
cideret vidi. Tiresias etiam monumentum
quod abest à sepulchro filiorum Oedipi
stadia fermè xv. ostendunt Thebani. Ve-
rū cum & ipsi fateantur Tiresiam in Ha-
liartia è vita excessisse, honorarium esse,
qui apud se est, tumulum credunt. Est
etiam ad eam, quæ Oedipodia appellatur,
aquam, Hectoris Priami filij apud The-
banos monumentum: Eius enim ossa ex
huiusmodi oraculo ab Ilio se deportasse
tradunt.

Excelsa incolitis Cadmi qui mania Thibas,

Si patriam optatis nunquam non esse beatam,
Ex Asia transferte domum magni Heclto-
ris ossa:

Hic Ieus imperio heroem sua iusta manebüt.
Oedipodia verò aqua icci co est nuncupata,
quod in ea paternæ cædis cruentem Oe-
dipus abluerit. Proximè ad eius aquæ fon-
tem est Asphodici sepulchrum. Hic Aspho-
dicus, sicuti opinantur Thebani, Parthe-
nopæum Talai filium, dum pugna cum Ar-
giuis committeretur, occidit. Nam The-
baidis carmina, quæ sunt de Parthenopæi-
cæde, Periclymenum eius interfectorem
fuisse testantur. In hac eadem militari
via, vicus est Teumessus, vbi occultatam à
Ioue Europam ferunt. Est & alias de Teu-
messia vulpe sermo hinc ortus: Bacchum
scilicet iratum ad Thebanorum perniciem
eam feram ali voluisse, quæ cum iam pro-
pe ab eo cane, quem Procridi Erechthei-
filiæ Diana dono dedit, caperetur, & vul-
pes & canis in Lapidem sunt conuersi. Est
Teumessi Mineruç Telchiniae qædes, in qua-
nullum extat signum: Deæ cognomen
coniici potest à Telchinibus, qui in Cy-
pro olim fuerunt, extitisse: Eorum enim
partem, cum in Bœotios venissent, ibi Mi-
neruæ, credibile est, templum Telchiniae
dedicasse. A Theumesso stadia ad lœuam,

VII. progressis, Glisantis ruinæ se ostendunt: Adiacet ad viæ dexteram tumulus non sanè magnus, cum agresti sylua, tum consistit arboribus opacus. Illic humati sunt, qui Aegialeum Adraſti filium sunt ad bellum Thebanum secuti, Argiutorum proceres, & inter eos Promachus Parthenopæi filius. Aegia leo verò ipsi Pagis monumentum erectum, iam antè dum Megarensium res persequeretur exposui. Quia Thebis recta Glisantem iter est, regiunculam yideas selectis lapidibus circuiseptam: Serpentis caput Thebani vocant. Serpentem sanè, quocunque ille fuerit nomine appellandus, è cauerna lustri sui caput exerentem, gladio à Tiresia, cum forte illuc venisset, percussum tradunt, atque ex eo loco nomen inditum. Supra Glisantem mons est, cui nomen Supremo, Hypaton ipsi nominant: Et in eo Supremi Iouis est templum cum signo: Torrentem fluuium præterlabentem Thermodontem nuncupant. Teumessum, & in viam, quæ Chalcidem dicit, regressis, in conspectu est Chalcondontis monumentum: Qui cum prælium inter Thebanos, & Eubœenses fieret, ab Amphitryone est occisus. Cernuntur exinde vibium Harmatos, & Mycalessi ruinæ: Illi nomen, quod eo in loco, non autem

autem ubi Thebani dicunt, Amphiaraum cum curru in terræ voraginem descendisse Tanagræi memorant. Nam ex eo Mycalessum appellatam est utriusque populi consensu, quod bos ea quæ ad Thebas Cadmo, & eius sociis dux fuit, illic immungierit. Quemadmodum vero fuerit hæc vrbs ad vastitatem redacta, est à me in ea, quæ ad Atheniensium res pertinet, historia expositum. In ea, quæ ad mare spectat, Mycalessi parte, est Cereris Mycalessæ fanum: Occludi illud singulis noctibus, & aperiri ab Hercule putant: Herculem verò ipsum de iis unum esse, qui sunt Idæi Dactyli appellati. Ostenditur eodem in loco huiusmodi miraculum: Ad simulachri pedes poma omnia, quæ fert autumnus, exponunt: Ea quæ recentissima totum annum perdurant. Ad Euripi, qua parte is Eubœan à Eœotiorum finibus diuidit, & Mycalessæ Cereris dexteram, paulò longius progressis est Aulis. Nuncupatam credunt ab Ogygis filia. Est ibi Diana ædes, & duo in ea è candido marmore signa: faces altera præfert, iaculanti est altera similis. Ad eius templi aram, cum ex Calchantis vaticinio essent Graeci Iphigeniæ immolaturi, pro puella ceruam maestandam submisisse deam perhibent

bent. Plataniverò eius, cuius in Iliade mentionem facit Homerus, nunc etiam in templo reliquam è trunco partem seruant. Proditum memoriae est, cum Aulide aduersis tempestatibus Græci detinrentur, vbi repente secundi venti flare cooperunt, mactasse statim eos Dianæ, qualcunque vel fœminas, vel mares habuit quisque in promptu hostias. Mansisse de hinc ritum, vt quavis hostia Aulide litarri posset. Ostenditur etiam fons, ad quem platanus enata est: Et in terræ verruta prope Agamemnonis tabernaculum æneum limen: Palmæ verò ante ædem surgunt, fructum ferentes, qui non est omnino suavis edentibus, vti palmulæ ex Palestina, mitiorem tamen iis quæ in Ionia leguntur. Homines non sancè multi Antidem incolunt, & ij omnes figulinam exercent: Agrum colunt Tanagrai, & tota Mycalessi, & Harmatos vicinia. In Tanagrorum finibus ad mare, est quod Delium vocatur: In eo sunt Dianæ, & Latoræ signæ. Vrbis sive primordia Tanagrai Poemandro Chæresilæ filio, Iasij nepoti, Eleutheris pronepoti, accepta referrunt: Et Eleutherem quidem ex Apolline, & Achussta Neptuni filia genitum dicunt: Poemandrum ipsum in matrimonio

nio habuisse Tanagram Aeoli filiam: Cum tamen Corinna versibus mandarit, Asopi illam fuisse: Hanc eò viuendo ætatis processisse, vt mutato nomine, à proximis vicinis Græa, idest atius, fuerit appellata: Quod nomen vrbi etiam indutum, eo usque permanisse, vt Homerus, quo loco Græcorum populos recenset, hoc vtratur versu.

Theſſian, Græanq;, & latā arui Mycaleſſum. Sed intericto dein tempore pristinum non men recepit. Est etiam Tanagrae Orionis monumentum, & Cerycius mons, in quo editum in lucem Mercurium tradunt. Pololson præterea, qui dicitur, Vicus: In eo Atlantem consedisse ferunt, & quæ sub terra sunt, & res cœlestes exacta nimis diligentia inuestigantem. Quod ab Hemerio etiam dictum norunt.

*Filia magnanimi Atlanti, qui cerula ponti,
Qui calum, ac terræ proſectat: quiq; colunis
Procerū gemini dirimit eorū ſtruſſa mundi.*

Est in Liberi patris æde dignum quod spectetur, simulachrum ex Paro marmore, Calamidis opus. Admirationem intuentibus maiorem Triton affert, de quo dignitatis est quidam plehior sermo. Tanagrorum primarias matronas, arcans Liberi patris sacris initiatas, ad mare, quo

expiationis causa lauarent, descendisse:
Iu^eas natantes Tritonem impetum feci-
se: Implorantibus numinis opem, Bac-
chum præsto fuisse, & ab eo pugna Trito-
nem superatum. Alter vero est sermo,
non ille quidem superiori par dignitate,
sed à fide hominum minus abhorrens.
Quæcunque ad mare agerentur pecora, et
infidiis Tritonem adoriri, & rapere, innu-
dere etiam leuiora nauigia solitum. Tan-
dem Tanagrai vini craterem exponunt:
Ad eum cum accurrisset Triton odore al-
lectus, portum, & somno corruptum, deli-
toris tumulo precipitem collapsum: Mor-
à Tanagro homine bipenni caput ei
ceruice abscissum: Eo factum ut & nunc
sine capite cernatur: Qui vero tunc eum
temulentum videre, à Baccho occisum cre-
diderunt. Vidi ego & aliud: Tritonem
inter Romanorum spectacula catena: Sed
hoc, qui apud Tanagras est, magnitudi-
ne certè inferiorem. Hanc præ se fe-
runt Tritones figuram: Capitis coma per-
familis est palustri apio, tuisu colore, tum
quod capillum omnino nullum ab aliis
possis discernere: Reliquum corpus
squamma inhorrescit minuta, sed eadem
propè, qua lima est duritia: Branchias
infra aures habent, narcs hominis, rictum

oris latiore, & pantheræ dentes: oculi
glauci mihi esse visi sunt: manus digitæ,
vngues, quali sunt forma superiores con-
chyliorum testæ: Pinnulæ sub ventre, &
pectore, pro pedibus uti delphinis. Vidi
etiam Aethiopicos tauros, quos ex re ipsa
Rhinocerotas nominant, quod illis è na-
tore cornu prominet, & paulo superius alte-
rum non sanè magnum: In capite nul-
lum habent. Præterea & Peconios tau-
ros spectauit hirto corpore cum omni ex
parte, tum præcipue pectoribus, & men-
tis: Nec minus Indicos camelos eodem
præ quo pardi sunt colore. Est etiam
fera, quam Alken dicunt, media quadam
inter ceruum, & camelum specie: gigni-
tur in terra Gallia, Belluarum hæc ynam
nequeunt homines, aut inuestigare, aut
præuidere. Sed alias in dagantibus feras,
banc non consulto, sed fortuitu nanci-
scuntur. Præsentit alioqui hominem ol-
factu, ex longo interuallo, ac statim in
retrusos anfractus, & speluncas confugit.
Venatores ubi campestres, vel montanos
saltus ad stadia fermè mille in urbem con-
tinenti indagine cinxerint, ita ut constan-
ter omnes, quem quisque ceperit in eo am-
bitu locum obtineant, ad intimos eadem
agminis forma recessus progressi, feras,

404 PAVS. BOLOCICA SIVE
omnes in medio comprehendunt, & inter-
eas Alcen. Quæ si forte lustrum in ea,
quam obsederint regione non habuerit,
nulla vtique reliqua est ad capiendum for-
tertia. Iam vero eam belluam, quam Cris-
tias in historia de Indis Manticoram ab
illis scribit appellari, à Græcis ob præci-
puam in homines fœnitiam, Androphagum,
non aliam à Tigride esse credide-
rim. Dentium illi in maxilla altera tri-
plex ordo, & in extrema cauda aculeos ha-
bet, quibus & se cominus tueatur, & venato-
res eminus tanquam sagittis petat. Hac
ego famam, quæ veluti per manus tradi-
ta, inter Indos increbuit, minimè veram
esse arbitror: Sed præ terrore fuisse ho-
mines hallucinatos: Nam in colore etiam
decepti sunt, cum rubrum esse dixerint:
Quod videlicet si quando eam in Sole vi-
derint, talem, ac similem propè Solicolore-
rem præ se ferre visa sit: Aut id fortassis
ex celeritate accidit. Ut enim nullum
omnino suscipiat cursum, ob miram ta-
men dum se hoc illuc cōuertit agilitatem,
propius vtique eam intueri sine periculo
non licet. Evidem existimo, si quis vel A-
fricæ, vel Arabiæ extremos fines peragret,
ut cognoscat nūquid sint illis in locis quo-
cunque sunt apud Græcos animalium for-

mæ:

mæ: Primum multas non intueturum; De-
inde, quæ sunt eiusdem generis, feras alia
longe esse specie ei visum iri: Neq; enim
homines tantum ex cœli, terræque varie-
tate diuersam obtinent formam, sed idem
& reliquis accidit animantibus. Nam cum
Libycæ aspides, eodem sint, quo Aegyptia
cæ colore, in Aethiopia haud minus quæna
homines nigras terra alit. Quocirca, ne-
que ad assentiendum proclivior quisquam
esse debet, neque se omnino incredulum
ad ea quæ sint rariora præbere. Volacres
ego serpentes nuspiam spectavi: Ut reper-
irit tamen credam, eò maximè adducor,
quod homo Phryx, Scorpium in locustarum
modum pinnatum in Ioniā attulit. Sunt Ta-
nagre iuxta Liberi patris delubra tria The-
midis vnum: Alterum Veneris delubrum:
Apollinis tertium. In hoc eodem Diana, &
Latona coluntur. Quod vero ad Mercurij
templa duo attinet, quorū alterū Criopho-
ri, idest Arietem portantis, Promachi, hoc
est Propugnatoris alterū nuncupant, supe-
rioris quidem cognominis eam esse cau-
sam dicunt, quod pestilentiam Mercurius
auerterit, circunlato in murorum ambi-
tum arietē: Ob eamque rem Mercurium
Tanaagrais Calamis fecit, arietem hume-
ris portantem. Qui sanè puberibus ca-

406 PAVSAN. BOEOTICA SIVE
teris forma præstare iudicatus fuerit, isto
Mercurij die agnum humeris portans
muros circumambulat: Propugnato rem
verò iccirco vocari auit, quod in uadetibus
aliquando classe ex Eubœa Tanagrænum
agrum Eretrientibus, Mercurium Epho-
bos in pugnam eduxisse, & ipsum etiam
quippe qui ephebus esset, strigili armi-
tum, præ cæteris, Eubœenses in fugam
vertisse. In Promachi, pôculacæ arboreis
quæ est Græcis andrachne, quod sub ea
planta educatum Mercurium prodidere,
reliquæ dedicata sunt: Non procul ther-
trum, & porticum erexerunt. In eo sancta
Tanagræi præcipuam quandam præ cun-
ctis Græcis religionis retionem mihi ha-
buisse videntur, quod seorsum à profanis
ædibus deorum templo aedificanda cura-
runt: In pura scilicet area, & ab hominum
negotiationibus seiueta. Corinthæ qui-
dem quæ sola apud Tanagræos cantica se-
cuit, in celebti vrbis loco est monumentum:
In gymnasio ipsa picta est, tænia redimita
Victorix illud insigne, quod Thebis carni-
ne Pindarum vicerit: Vicisse eam arbitrot
lingue causa: Neque enim Dorica, vt Pin-
darus, cecinit, sed ea, quam essent facile
Aeolenses percepturi. Quod autem fuerit
ea sui temporis faemidarum formosissi-

ma

S U I L I B E R I X : A V V A C 407
ma, non est difficile ex ipsius imagine con-
cicere. Sunt Tanagræ gallinaceorum ge-
nera duò pugnaces: & qui Merulæ dicun-
tur: Hi eadé sunt qua Lydorū aues magni-
tudine: Colore coruo similes: Palmaria, &
crista ad Phenij similitudinē: Notas habet
candidas in rostri, & caudæ extrema parte.
Hæc præceptum modum eorum forma est: In ea
Boeotie parte, quæ ad levam Euripo est,
Metabius mons se attollit: Infra eum est
maritima Boeotiorum vrbis Antedro. No-
men ei contigisse tradunt vel ab Anthedo-
ne nymphæ vel Anthamo Neptuni filio, ex
Alcyone Atlantis filia, quod is huius loci
dominatu fuerit aliquando potitus. Est
apud Anthedonios medio maxime vrbis
loci Gabirorum templum: Et ab eo pro-
xime abest sacer Ceteri lucus, cù Proser-
pinæ aede. Signum deæ è candido mar-
more: Liberi verò patris templum cum
simulachro fecerunt ante vrbis metiaz,
qua ad agrum interiorem iter est. Sunt eo
in loco Iphimedæ, & Aloëi filiorum sepul-
chra: Fuisse ab Apolline interemptos in
Naxo, quæ supra Paron est, Pindaro cum
Homero conuenit. Sed eorum sunt An-
thedone monumenta. Est præterea ad
mare locus, quem Glauci saltum nun-
cupant. Piscatorem Glaucum, & repente

CC 4

herba quadam gustata inter maris deos iei-
ceptum, & futura praedicere, cum alijs credi-
dere, tum præcipue nauiculatores multa
quotannis de eius diuinatione memorant,
qua cum ab Anthedoniis Pindarus, & Aes-
chylus accepissent, illi quidem curæ non
fuit multa de Glauco versibus suis manda-
re, cum Aeschylus totius fabulæ argumen-
tū à Glauco deduxisset apud Thebanos ad
Pretidē portā, est quod Iolai vocatur gym-
nasiū: Et item stadium, quale in Olympia,
& in Lauriis, terræ scilicet agger. O-
ditur etiam eo in loco Iolai heroicum mo-
numentum: E vita verò illum in Sardinia
excessisse simûlque ex Atheniensibus, &
Thespiensibus, qui cum eo illuc transmis-
serant, ipsi etiam Thebani confitentur. Sta-
dium transgressis, ad dexteram est Hippo-
dromus, & in eo Pindari monumen-
tum. Pindarum, cum esset alij adoleſcen-
tulus, Thespias proficiscentem per æsta-
tem meridianō colore fessum somnus ar-
etior complexus est. Aduolārunt apes, quo
paululum de via diuerterat, & ad eius la-
bia mel adleuerunt. Hoc fuit carmina
pangendi Pindaro initium. Cum verò iam
late per totam Græciam magna esset fama
celebritate, ad gloriæ fastigium eundem
euxit Pythia vox, qua Delphi iussi sunt,

sequam

æquam omnium, quæ Apollini deferren-
tur, primitiarum partem Pindaro tribue-
re. Exacta iam ætate insomnis videre visus
est adsistere Persephonem, & queri, vnam
se ex omnibus diis non fuisse ipsius carmi-
nibus ex ornata. Verùm ubi ad eam ve-
niisset, suum etiam ipsi hymnum esse fa-
cturum. Paulò quidem post, atque adeo
ante decimum ab eo somnio diem, vitæ
muneribus est perfunctus. Erat Thebis
anus quædam Pindaro genere coniuncta,
& in multis eius canticis decantandis val-
de exercitata: Ei Pindarus se per quietem
ostendens: hymnum in Persephonem ce-
cinit: Illa mox experrecta, conscripsit o-
mnia, que cantantem Pindarum per visum
in quiete audierat. In eo sanè cantico, inter
alia Ditis cognomina, est Chrysenius, ab
aureis nempe habenis, quod ad Proserpi-
nae raptum pertinere sat is constat. A Pin-
darī monimento ad Acræphnium itur via
magna ex parte plana: Fuisse ab initio
eam urbem tradunt in Thebani agri par-
te. Compertum verò habeo confugisse
illuc profugos homines, quo tempore
Thebas Alexander euerit: Illi enim
præ corporis imbecillitate, & senectute,
cum ne in Atticam quidem recipere se po-
tuissent, hoc loco consederunt. Situm est

CC 5

oppidum in Ptoe monte. Quæ spectentur illic digna: Liberi patris ædes, & signum. Progressus stadia ferme x v. ab urbe, ad dexteram Apollinis Ptoi templum videas: Athamantis, & Themistibis filius fuit Ptoeus: Ab eo Apollini cognomen, & moniti nomen datum, sicuti Alis versibus prodidit. Ante excisas ab Alexandro Thebas, fuit eo in loco oraculum minimè fallax. Venisse aliquando narrant Europensem hominem Myu nomine à Mardonio missum, consulendi causa: Ei reganti Persicis verbis, respondisse Deum non Græca, sed ipsum etiam Barbarica lingua. Superato iam Ptoe monte, est ad mare Boeotorum urbs Larymna: nomen iaditum putant à Larymna Cyni filia. Eius natales altius repetam in exponendis Locrorum rebus. Cum Opunte olim censebatur Lorymna. Autis deinde Thebanorum opibus, ultro se ad Boeotos adiunxerunt: Est illic Liberi patris delubrum, & recto statu simulachrum. Lacus proximus est, præalti gurgitis. Qui supra urbem sunt montes, luculentam præbent venatorib. aprorum copiam, Acræphnio recta ad lacum, cui Cephissis nomen, Copaidem alij dominant, pergentes, campi accipiunt, Athamantij dicti: Habitasse eo in loco Athamantem fe-

fut. Io fluit in lacum Cephissus amnis, à Licea Phocentium ortus: quæ Copas nauibus iter. Sunt Copæ partim oppidum, ad lacum sitæ: Eius in recensenda classe mentionem fecit Homerus. Cereris ibi sunt, Liberi, & Sarapidis delubra. Aiunt Boeoti circa eum lacum alia quondam oppida, Athenas, & Eleusinem habitata, quæ per hybernos dies lacus eluuione fuerint deleta. Cephissidis pisces nihil ab aliorum lacuum piscibus præcipuum habent. An guillæ certè ex eo lacu maximæ, & eis sua uissimæ. Ultra Copas, ad lacuam stadia propè xii. sunt Holmones. Ab Holmonibus stadia vii. distat Hyettus. Vici nunc sunt, uti ab initio semper fuerunt: Et mea quidem opinione ad Orchomeniorum fines pertinet cum Athamantii cam pis. De Hyetto vero homine Argiwo quæ accepi & Holmo Sisyphi filio, in Orchomeniorum historiam conferam. Holmonibus ne minima quidem res illa satis digna quæ spectetur extat. Hyetti Herculis delubrum visitur, & ex eo morborum remedia expertuntur. Signum non est arte elaboratum, sed è rudi lapide prisco more. Ab Hyetto absunt Cyrtones stadia xx. Modico olim oppido priscum suis se nomen, Cyronē dicunt, Habitatur in sum-

mo monte, & Apollinis illic est templum, & locus : Apollinis recto statu , Diana sunt signa. Frigida emanat è falso aqua, Proximum fonti est Nymphaeum facelum, & exignus locus,in quo omnes arbores confititiae sunt. A Cyrenibus monte iam superato , est oppidum Corsea, infra lucus sylvestrium arborum , illicum magna ex parte : In aprica luci regione sub diuo est Mercurij signum non omnino magnum. Abest à Corsea locus stadij fere dimidium : Vbi in planiciem descentum fuerit , Platanus amnis illic in mare exit. Ad fluminis dexteram sunt Boeotorum extremi , eius nempe accolæ maris quod Locorum continentem agrum ab Eubœa diuidit. Allas oppidum inhabitant. Sed ut Thebas reuertamur , ad Neitin portam est Menœci Creontis filij monumentum: Qui seipsum ultro occidit ex oraculo Delphici Apollinis,quo tempore Polynices cum Argiourum exercitu Thebas oppugnatum venit. Ad eius tumulum malus Punica enata est, cuius poma,cum maturuerint,rupto exteriore cortice,sanguinis nescio quid simile ostendunt. Haec quidem arbor ad perpetuitatem repullulauit. Ad vitæ etiā Thebani cum apud se primumè terra prodis-
fedi

se dicant,eius tamen rei indicium , quod hoc tempore monstrant , nullum habent. Non longe à Menœci sepulchro , Oedipi filios aiunt singulari certamine pugnantes mutuis vulneribus concidisse. Pugnæ eius documentum pila erecta cum lapideo scuto . Ostenditur etiam locus,in quo Iunonem Herculi infanti mammam præbuuisse quodam Iouis dolo tradunt. Hæc vniuersa regio Syrma,id est Tractus Antigones nuncupatur : quod Antigone cum Polynicis cadaver nullo conatu tollere quinisset, trahere illud aggressa eò pertraxit, vsque dum in accensum iam Eteoclis rogum coniecit. Trans amnem , cui à Lyci vxore Dirce nomen (ab ea verò Antiopen fama fuit iniuriosius tractatam, & ob eam causam ab Antiopes filiis interfactam) sed amne Dirce transmissio, videas Pindari domus ruinas,& Dindymenæ matris sacrarium à Pindaro dedicatum . Signum deæ Aristomedis,Sed Socratis Thebanorum opus. Die unico anniversario sacrarum aperire solenne habent. Eo ipso die mihi, ut adessem cōtigit: quare signum id fuit mihi spectandi copia. Est autem è Pentelico marmore, sicuti & solium. Circa viam à porta Neitide Themidis num est,cum signo è candido lapide : Parcarum

carum quoque, & Iouis: Marmoreus est Iupiter: Parcis nulla sunt signa. Modico loci interuerso stat sub diuo Hercules cognomine Rhinocolastes, quod caduceatoribus iis, qui ab Orchomenis ad tributum poscendum missi fuerant (sicuti narrant Thebani) ad contumeliam nares praecidisset. Stadia progressus v. & x x. Cabiriæ Cereris, & Proserpinæ lucum videas, quo intrare initiatis duntaxat fas est. Ab hoc luco distat stadia ferè v i i. Cabirorum aedes. Qui verò sunt Cabiri, & quo ritu ipsis, & Magnæ matris sacra sunt, reticenti mihi, ab iis hominibus, quos hæc audiendi studium tener, esto venit: Hoc unum me nulla prohibet religio, vel in vulgus efferre, Tale fuisse sacrorum initium, cuiusmodi à Thebanis traditur. Ciuitatem enim quodam in hoc loco, & homines fuisse memorant, qui Cabiri sunt nominati. Eorum uni Prometheo, eiisque filio Aetneo, hospitiis suis, Cererem depositi nescio quid commisisse. Quidquid enim illud fuerit, & quid in ea re fieri cōtigerit, litteris mandare fas mihi non duxi. Initia certe fuere Cabiræs, Cereris donum, Quo tempore autem Argiorum exercitus, qui sunt Eponi, idest Posteri, voce Græca appellati, Thebas expugnarunt, cieclis è sedibus suis.

Cabiræs

Cabiræs intermissa per aliquod tempus initia fuerunt: Donec Pelarge Potnei filia cum Isthmiade viro suo mysteriorum ritum restituit: Extra fines tamen, in eum locum, qui est Alexianus dictus, initia, Pelarge translulit. Cum interea Teionides, & qui reliqui fuerunt de Cabirorum gente, in Cabiræam terram redissent, Pelarge ipsi ex Dodones responso & alij sunt honores decreti, & ut foeta hostia ei fieret institutum. Cabirorum religiones qui violassent, inexpialis sceleris pœnam effugere non potuisse, certissimis rerum eventis compertum est. Nam quæ Thebis fierent sacra, cum essent Naupacti profani homines ausi usurpare, non multo post fraudem luerunt. Ex illis etiam de Xerxis copiis, qui duce Mardonio in Boeotia statua habuerunt, quæ pars in Cabirorum fanum introire non dubitauit, vel ingentis prædæ allesti cupiditate, vel potius, vt ego arbitror, ad numinis contemptum, insania omnes correpti partim se in mare abiecere partim de præruptis rupibus præcipites dedere. Cumq; Alexáder superatis prælio Thebanis vrbe & agri igni, ferroq; paruastasset, qui è Macedonibus intra fanum Cabirorū irruperūt, omnes aut fulminibus, aut è coelo missi ignibus exanimati sunt:

Sunt: Tanta fuit iam tum ab initio eius templi religio. Ad dexteram Cabirorum campus est, à Tenero vate, Teneri dictus: Apollinis hunc, & Meliae filium fuisse putant. Est etiam Herculis templum cognomento Hippodoti. Hercalem enim aiunt cum ab Archomeno exercitus, in hunc locum venisset, Orchomeniorum equos noctu apprehensos ad currus vinculis impeditisse. Paululum hinc abest mons, vnde Sphingen fama fuit, ex insidiis erupere solitam ad hominum perniciem, cum sua illa ambigua cantilena: & si dicunt alij classe mare illam, quod ad Anthedonem est, Piraticis excursionibus infestum reddidisse: Deinde hoc monte occupato, latrocinia exercuisse, vsquedum eam Oedipus interfecit, loci difficultate, cum exercitu Corinthiorum superata. Traditum etiam est Laij notham fuisse filiam, quam pater oraculum quod Delphis Cadmus accepit, pro sua in illam benevolentia, edocuister. Eo quidem tempore nihil aliud reges quam quod ex oraculo cognouissent pro certo habere solitos. Quoties itaque de regno esset controversia, ad Sphingen consulendi causa finitimi ventitabant. Fuere Laio ex pellicibus filii: Sed responsum illud Pythij Apollinis, Epicastæ tantum

tantum, & liberis, quos Laius ex ea suscepisset, notum aiunt fuisse. A Sphinge autem dolo fratres ita circumuentos, ut ex ipsis quereret num datum Cadmo responsum, si Lai filij essent, cognitum haberent: Quod si negassent, capite eos statim condemnabat, eo scilicet criminе, quod non essent ex ea gente ad quam regnum, de quo disceptabant, pertineret. Venisse vero ad illam Oedipum ex quodam somnio de oraculo, edoctum. A monte, de quo iam diximus, decem absunt stadia Onchesti, vrbis ruinæ: Ibi quondam habitasse dicunt Onchestum Neptuni filium. Actate quidem mea delubrum, & signum extat Neptuni Onchestij, & lucus, quem suis Homerus carminibus ornauit: Qui deflexerint à Cabirorum ad sinistram, stadia circiter 1. Thespiam peruenient: Vrbs ea infra Heliconem montem cōdita fuit: A Thespia Asopi filia vocatam putant. Sunt qui dicant Thespium Athenis profectum vrbi nomen dedisse: Erechtheo patre genitum perhibent. Est adhuc in oppido æneum Saoti, id est Seruatoris Iouis signum. Inde ortum habuit religio, quod cum in ciues insigni feritate draco seiret, deus imperauerit ephebos quotannis singulos forte ductos feræ expo-

ni: Et cæterorum quidem qui perieré nomina exoleuerunt: Eorum vni Cleostrato amatorem Menestratum loricā æneam faciundam curasse, resupinatis extrosum hamis consertam: Eam loricam puer induitus, cum vltro draconi occurrisset, morte quidem oppetiit, sed ipsam etiam feram exanimauit. Ex eo rei euentu Ioui Seruatori cognomē extitit. Liberi signum, Fortunæ deinceps, & Salubritatis: Mineruam præterea cognomento Erganen, & ei assidentem Plutum fecit. Venerantur Thespientes, maximè deorum omnium Cupidinem, cuius est sigillum vetustissimum, rude quoddam saxum. Qui primus tantos apud Thespientes præ cæteris dis honores Cupidini habēdos eensuerit, compertum certè non habeo. Non minore verò cultu Pariani qui circa Hellespontum sunt, ex Ionia oriundi, (Erythris neimpe hoc Colonia deduxta) at nostra ætate Romani parent, eundem prosequuntur deum: Cupidinem certè vulgus hominum, natu deorum minimum, & Veneris filium putant. Lycius verò Olen, qui antiquissimos Gracis fecit hymnos, in Lucinæ hymno, matrem esse Cupidinis Lucinam ipsam dicit. Et qui post Olenem carmina fecerunt, Pamphus, & Orpheus, de Cupidinec

dine nonnulla versibus mandarunt suis, quæ Lycomedi initii celebrandis cantarentur. Ego sanè quædam cognoui de homine qui sacras lampadas præferebat, quæ consulto reticeo. Hesiodum quidem, vel quicunque is fuerit, qui à se scriptum de Origine deorum carmen Hesiodi nomine ediderit, satis scio prodidisse Chaos primum, Terram deinde, Tartarum & Cupidinem genitos. At Lesbia Sapphò multa de amore, & ea non satis inter se consentanea cecinit. Thespensisbus ex ære Cupidinem elaboravit Lysippus, & ante eum è marmore Pentelico Praxiteles. De Phrynes quidem in Praxitelen dolo, alio loco res est à me exposita. Primum omnium è sede sua Cupidinem hunc Thespensem amotum à Caio imperatore tradant: Thespensisbus deinde remissum à Claudio: Nero iterum Romanum reportauit: Ibi est igni consumptus: Eorum verò qui eius numen violauerant, alter à milite, cui tesseram obscenam eandem semper per ludibrium dare solebat, est occisus: Neronis & in matrem, & in uxores crudelitas, atque impuri ac nefarij amores, satis vulgati sunt. Qui ætate nostra Thespensis est Cupido, eum fecit Menodorus Atheniensis, Praxitelis opus imitatus.

Est eo ipso in loco Venus, & Phrynes effigies è marmore, vtranque idem Praxites fecit. In alia vrbis parte est Melænides Veneris ædes, forum præterea, & theatrum, valde quæ spectentur digna. Ibi posita est Hesiodi ex ære statua: Et non longe à foro Victoria ex ære, & Musarum delubrum non vriue magnum: Signa in eo è lapide parua. Habent Herculis etiam Thespiales templum: Sacerdotio fungitur puella, ad extreum usque vitæ tempus virginitatem retinens: Eius rei causam talem afferunt. Herculem tradunt Thestij filias quinquaginta (tot enim erat) eadem nocte costuprasse, una excepta, eam cum obsequi recusasset, sacerdotum sibi, perpetuæ virginitatis lege data, legisse. Audiui tamen alios, qui omnes planè Thestij, quinquaginta filias ab Hercule eadem una nocte viciatas, & ei singulos mares filios peperisse narrarent: & quidem geminos, natu maximam, & minimam. Ego vero adduci nunquam possim ut credam, Herculem in amici hominis filia ira tam aceru incitari potuisse. Præterea qui dum inter homines esset, aliorum iniurias, & in Deos in primis impietatem est seueru vltus, qui sibi ipse aut templum ædificandum curasset? aut sacerdotio demandato

se

se pro deo haberi voluisset? Sed omnino hoc mihi templum multo vetustius esse vsum est, quam ut Herculis, qui Amphitruonis fuit, ætate dedicatum existimari possit. Et haud scio an Herculi potius, qui de Idæis Dactylis unus fuit, templi eius dedicatio sit tribuenda: Cum & Erythræos in Ionia, & Tyrios sua illi templa erexisse nouerim. Neque vero Boeoti illius Hercules nomen ignorarunt, cum Cereris Mycalestæ dicant ædem Idæo Herculi commissam. Helicon montium, qui in Græcia sunt, omnium præstare soli bonitate, & arborum crebritate. In eo potulacæ frutices longè suauissimi soporis fructum ferunt. Aliunt incolæ earum, quæ ibi gigpuntur, herbarū, aut radicum, nullas omnino esse homini mortiferas: Quin & serpentum virus loci eius passionibus infirmari, atque adeo ut si quem serpens vlla momorderit, is ubi vel de genere Psyllorum, qui in Africa sunt, quenquam, aut aliquod ad id affectum medicamentum nancisci potuerit, facile periculo liberetur. Est alioqui terrimæ cuiusque serpentis venenum & homini, & cæteris animantibus lethale. Fit vero illud ex pabuli natura ad perniciem valentius. Audiui siquidem Phœnicem hominem cum diceret, in monte-

na Phœnices parte radicum quarundam pastu viperas magis efferari: Narrabat idé viperam aliquando cum hominem assequi nequifet, arbori, ad quam ille effugerat, venenum astasse, ac statim hominem ene-
ctum. Hæc ille. De viperis verò iis, que in Arabia inter balsami arbores versan-
tu:, diuersum quiddam accepi: Id huius-
modi est. Sunt balsami arbores ea que
myrti stirpes magoitudine: Folia illis
qualia herbæ amaraco. Habent sua cir-
ca eas plantas cubilia viperæ plures vno,
alio pauciores loco: Est enim eis balsami
liquore cibus multo suauissimus: Ipsa etiā
fructicis umbra maximè delectantur: Vbi
sua fuerit legendio humori tempestiuitas,
veniunt in sacrum lueum Arabes cum bi-
nis ligneolis regulis singuli, earum com-
plosu bestias fugant: Occidi verò magna
est religio, quod sacras & genios veluti
quosdam esse balsami putant. Quod si
quem morsu appetierint, plaga est qualis
è ferri vulnera, veneni omnino expers:
Quod scilicet balsami pastu liquoris vnius
omnium odore præstantissimi, veneni
acerbitas illa pristina mitescit. Et hæc qui-
dem ita se habent. In Helicone primos
omnium sacra Musis fecisse, & Musis
eum montem consecrassæ Ephialten, &

Otum

Otum tradunt: Eosdém etiam Ascram
condidisse Hegesinus in eo, quem de At-
tica terra scripsit, libro, his versibus man-
dauit.

Ast Ascre optato potitur Neptunus amore:

Mox illi que progenuit volvēntibus annis

Oeclumpnatis clm qui iunctus Alcēi

Vdi ad radices Heliconis condidit Ascran.

Hanc Hegesini poësiā ego nunquam le-
gi: Quando ante me natum prorsus eu-
nuerat: Sed Callippus Corinthius in histo-
ria, quam de Corinthiorum rebus conscrip-
psit; eorum Hegesini versuum testimonio
vitetur: Eos itaque nos ab ipso Callippo
sumplimus. Ascre ætate mea turris vni-
ca reliqua fuit: Et præterea nihil, quod pos-
set memoriarum prodi. Aloëi quidem filij
Musas numero tres religione sanxerunt:
Nomina verò illis imposuerunt, Mele-
ten, Mnemos, & Aceden: Quasi dicas me-
ditationem, memoriam, & cantionem.
Tempore dein satis multo post, Pierum
Macedonem ferunt, à quo vni de Mace-
doniæ montibus nomen, cum Thespias
venisset, vt nouem Musæ, hisce, quibus
nunc appellantur, nominibus coleren-
tur, instituisse: Aut quod rectius id duxis-
set, aut quod ex oraculo quopiam id ei im-
peratum fuisset, aut postremo quod ea in

re Thracum esset disciplinam securus. So-
lertior enim Thraeces Macedonibus gens,
& in diis colendis haud quaquam pari ne-
glectu. Sunt qui Pierum ipsum filias no-
uem habuisse dicant, eaque de Musarum
nominibus appellasse, & ex illis natos Pie-
ro nepotes iis præditos nominibus fuisse,
quibus Græci eos, qui Musarum partu edi-
ti perhibentur, nominant. At Mininer-
mus, qui elegis pugnam Smyrnæorum
conscriptis, contra Gygen, & Lydum, in
ipsa operis ingressione prima, antiquio-
res Musas Cœli, alias illis natu posterio-
res Iouis filias memorat. In Heliconem
qua iter ad Musarum lucum, ad lauen-
fons est Aganippe: Filiam Aganippe
Termessi fuisse dicunt: Circunfluit Ter-
messus. Heliconem rectâ ad lucum Musa-
rum pergentibus est Euphemes effigie
è lapide fabricata. Fuisse Euphemen tra-
dunt Musarum nutricem: Est illi proxi-
ma Lini statua è saxo in speluncæ mo-
dum cauato prominens: Huic parentant
quotannis antequam sacra Musis faciant:
Genitum Linum Amphimaro Neptuni
filio ex Vrania vulgo proditum est: Mu-
sices eum gloria superiores omnes ante-
isse, & ab Apolline, cui se cantu confere-
bat, occisum. De Lini quidem morte ad-

Barbaras etiam gentes luctus peruenit:
Siquidem apud Aegyptios carmen usurpa-
tum est, quod Linum Græci dixerunt: Ap-
pellarunt ipsi tamen Aegyptij id patria vo-
ce Emanerum: Sed Græci poëtae, & in pri-
mis Homerus, eius cantilenæ tanquā Græ-
cæ mentionem fecerunt: Cum enim Lini
casus cognitos haberet, in Achillis scuto
Vulcanum inter alia cælassæ commentus
est, puerum fidibus canentem Linum.
*Quos inter medios iuuenis testudine dulci,
Suave, Linum arguto cecinit modulamine pul-
chrum.*

At Pamphus, qui Atheniensibus hymnos
antiquissimos fecit, increbrente ob Li-
ni mortem luctu, Oetolinum, id est Flebi-
linum, dixit. Sappho deinde sumpto è
Pamphi versibus Oetolini nomine, Ado-
num ipsa simul, & Oetolinum decantauit.
Thebani verò sepultum apud se Linum
fuisse autumant, addentes Philippum A-
myntæ filium profligatis ad Cheroneam
Græcis, somnij cuiusdam monitu Lini
eruta ossa in Macedoniam transportasse:
Mox itidem alio commotum somnio The-
bas reportanda curasse. Sepulchri verò om-
nem superficiem, ac planè vestigia omnia
temporis diuturnitate abolita. Narrant
etiam Thebani fuisse alterum minorem

Linum, qui sit lumenij dictus, quem Hercules puer, dum ab eo musicam doceretur, occidisset. Carmina certè neque superior ille Amphimari, neque hic posterior villa fecere: Vel quæ fortassis fecerunt, ad posteritatis memoriam non peruererunt. Musarum signa antiquiorum, Cephisodoti sunt opus. Paulò hinc longius Cephisodoti aliæ sunt Musæ tres: Strongylionis totidem, hominis qui boues, & equos unus omnium optimè expressit: Reliquas tres fecit Olympiosthenes. Est præterea in Heлионе Apollo æneus, & Mercurius delyra inter se litigantes: Bacchus etiam Lytippi: Nam eretto statu Liberi patris simulachrum dedicauit Sylla, omnia Myronis operum, Erechtheo, qui Athenis est, excepto, longe quod spectetur dignissimum: Neque verò de suo Sylla donum dedit, sed illud Orchomeniis eripuit: Hoc illud est Græcis usurpatum verbum: Deos alienis copiis venerari. Poëtarum etiam, & aliorum musicæ laude insignium virorum, illuc statuas videas. Inter eos Thamyriam cæcum fractam lyram attrectantem. Arion Methymnæus delphino insidet. Sacadæ verò Argini, qui effigiem finxit, quod Pindari de eo carminis exordium nō intellexit, corporis magnitudine nibi

nihilo tibicinem tibiis grandiorem fecit. Seder ibidem Hesiodus citharam genibus sustinens, quod tamen non fuit eius gestamen, cum, sicuti licet eius versibus colligeret, ad Lauri virgam caneret. De Hesodi verò, & Homeri ætate, & si mihi sunt omnia diligentius conquisita, non est tamen libitum meam ea de re sententiam explicare, cum scirem & inter superiorum ætatum homines, & inter eos, qui tēporibus meis ad rei poëticæ studium animum adiecerunt, de hoc ipso contentiosius disceptatum. Thracio quidem Orpheo mysterijs simulachrum assistit: Circunstant canentem feræ in marmore, & ære expressæ. Græci & alia multa quæ nunquam euenerunt pro veris habent, & illud inter cætera, Orpheum Calliopes filium fuisse, non tamen eius, quæ Peiri filia fuerit, alicere solitum cantu feras: Eundem ad inferos descendisse, quo exoratis inferum diis vxorem reciperet. At enim opinione mea Orpheus carminis concinnitate omnes, qui ante ipsum fuerunt, longo superauit interuallo: Magnam autem ex eo est autoritatem consecutus, quod & deorum initia, & nefariorum facinorum expiationes creditus est adinuenisse: Morborum etiam remedia, & iratorum numinum placationes

tiones. Thracum verò fœminas insidias ei primum fecisse, quod secum viro quacunque errans huc illuc traheret: Vi- rorum tamen metu non statim ausas fa- cinus perpetrare: Deinde mero largius hausto, quod cogitauerant perfecisse. Ex eo institutum, ut viri non nisi temulen- ti ad prælia exirent. Sunt qui dicant fulmine istum concidisse. Hoc mortis genere peremptum, quod initiorum ar- cana profanis, & rudibus hominibus tradidisset. Est & illud memoriae pro- ditum, vxore mortua venisse illum Aor- rhum in Thesprotidem, quod ibi per- uetus esset per vmbrarum euocationem oraculum. Ibi cum Eurydices animam adesse putasset, & sua se opinione falsum respiciens animaduertisset, vltro sibi ipsi mœrore confectū manus consciuisse. Ad- dunt Thraces, Luscinias, quæ circa Or- phei sepulchrum nidos habeant, suauio- res quam cæteras, & vocaliores cantus edere: Macedones verò, qui sub monti- bus Pieriam terram incolunt, ad urbem Dion, eo ipso in loco à fœminis occisum Orpheum autumant. A Dio per monta- nam viam stadia x x. progressus, colum- na est ad dexteram: Super imposita co- lumnæ est lapidea vrna: In ea Orphei ossa

ossæ condita esse, regionis eius incolæ di- cunt. Præterfluit hūc locum Helicon am- nis: Is ultra stadiūm L x x v. infra terram se abdit: Occulto dein meatu stadia x x. elapsus, se denuo ostendit, & Baphyræ no- mine pro Helicone sumpto, in mare se nauigabilis infert. Hunc amnem Diatae aperto quandam alueo decurrisse ajunt: Ab eo verò primum tempore, quo mulie- res illæ, quæ Orpheum occiderant, sanguinem abluere conatæ sunt, terram subiisse, ne pollutis ea cæde fœminis ad expiādum scelus aquas præberet suas. Ab hoc longè diuersum Larissæ sermonem audiui. Vr- bem olim in Olympo celebrem, Libethra nomine fuisse, quæ mons in Macedoniam se immittit: Ab ea vrbe non longè Or- phei monumentum abesse: Libethriis olim è Thracia à Liberi patris oraculo respon- sum allatum, à sue vrbem deletam iri, cum primū Orphei ossa Sol aspexisset: De hoc illos oraculo sollicitos esse oportere se ni- hil putasse, quod nullam omnino feram vel tantam, vel tantis prædictam viribus existere posse crederent, quæ vrbem eius- modi posset excindere, cum ea non magis fiducia quadam, quam suo robore nitere- tur. Atqui ubi diis visum est, hæc acci- derunt. Pastor quidam meridie recubuit fessus

fessus ad Orphei tumulum: Is cum forte somno se dedisset, in somnis cœpit Orphei versus magna, & suavi voce decantare. Ea voce qui proximis locis vel pascebant, vel forte arabant, commoti, intermisso opere, ad illam dormientis pastoris cantilenam accurrerunt. Ibi cum ita, ut sit, alterum alter trudentes impellerent, dum propius quisque ad pastorem certant accedere, columnam evertunt: Ea ruente fracta est vrna: quo factum, ut Orphei ossa Sol aspiceret. Ea deinde, quæ insecura est, nocte, ingenti aquæ vi de cœlo effusa sus amnis, unus hic est de Olympi torrentibus, Libethriorum muros deiecit: Sacras, & profanas ædes evertit: Homines ipsos, & animalia cuncta, quæ intra incnia fuerunt, extinxit. Quare deletis Libethriis, Macedones qui Dion tenebant (vti mili Larissæus hospes narrabat) Orphei ossa Dion translata sibi vindicarunt. Iam vero qui sunt in poëtarum scriptis non diligenter versati, satis norunt in Orphei hymnis singulis breuitatem summam quasitam: neque omnino multos numero esse: Lycomedæ eos planè qui sint sciunt. & initis suis concinunt: Ac sunt illi quidem carminis elegantia & ornato, primi secundum Homerij hymnos, religionis, & sanctitatis

Etitatis multo hi plus præ se ferunt. Artinoës etiam in Helicone statua est, quam Ptolemaeus, & si germanus frater erat, vox rem tamen duxit: Ea statua passeris insidet (idest struthiocamelo) ex inuolucrum genere. Habent hi quidem alas vti alites cæteri, sed præ corporis mole humo se in sublime nequeunt attolere. Est ibidem cera Telepho Herculis filio infantis mammam præbens, & bos proximo loco. Inter cetera cius loci insignia est Priapi signum: Huic deo & alibi honorem habent, quibus capellarum, & ouium greges, vel apum aluearia curæ sunt: Sed eum præ dis cunctis venerantur Lampacenæ, Libero patri & Venere genitum dictitantes. Sunt in Heliconे & alij tripodes dedicati, & is, quem Chalcide ad Euripū Eubœæ de carminibus præmium tulisse Hesiodum tradunt. Lucum circunquaque accolunt finitimi. Thespientes dies festos agitant, & ludos Musarum, quæ Musæa vocant: Cupidiis etiam ludos faciunt, quibus non solum musicis hominibus, sed athletis etiam sua exposita præmia. Supra lucum stadia fermè x x. ascendentibus, est fons, qui Equi dicitur & Elicuisse hunc vngula terram fodientem Bellerophontis equum tradunt: ob eam rem Hippocrenen nominat um.

natum. Boeotiorum quidem populi, qui circa Heliconem domicilia habent, ex opinione quadam à maioribus accepta, Hesiodum negant aliud quidquam, præter illud poëma, quæ Opera appellantur, scriptum reliquissæ: Quin & ex eo Musarum inuocationem, quæ in exordio est, remouent: Principium statuentes carminis eum locum fuisse, qui de Cötentionibus est. Quin & plumbeam mihi tabulam ostenderunt iuxta fontem positam, in qua scriptum est carmen illud ipsum, quæ Opera inscribuntur. Diuersa est ab hac, eorum sententia, qui multa alia verfum volumina Hesiodo adscribunt: Ea videlicet, quæ in mulieres decâtata sunt, & quas magnas Ecœas, nominant: Deorum gentilitatem: In Melampodem vatem carmen: Thesei cum Pirithoo ad inferos descendens: Chironis præceptionem ad Achillem instituendum: Tum quæ operibus, & diebus continentur. Didicisse iidem Hesiodum Divinandi artem tradunt ab Acarnanibus: Et extant sancè cius de Diuinatione carmina quæ ipsi legimus cum iis, quæ ad finem ad ditæ sunt, explicationibus. Contraria etiam quedam de Hesiodi morte narrantur. Nam Ganyetoris filios ob Hesiodinem, Ctimenum, & Antiphum, ex Nau-

pacto

pacto in Molucriam terram confugisse, & quod illic ob violatū Neptuni numen pœnā suscepient, omniū hæc eadem sunt sermonibus vulgata: Sed adolescentum sororem cum alius vitiasset, in stupri suspicionem falso Hesiodum vocatum alij dixerunt: Alij verò illum haud dubie culpa non vacasse. Ac de iis quidem, quæ de Hesiodo, eiisque versibus valde inter se dissidentia memorantur, satis dictum hastenus fuerit. In summo Heliconis iugo fluvius est Lamus, non magnus ille quidem. In Thespensium verò finibus vicus est, qui Hedomacon dicitur: In eo fons, Narcissi appellatus, quod in ea se aqua Narcissus aspexisse dicatur: donec suam illam esse umbram non intelligens, sui ipsius imprudens amore caperetur, atque ex eo ad eundem fontem extabesceret. Absurdū enim uero, èo quenquam stoliditatis prolabi, & sui amore capiatur, & omnino quid inter hominem, & umbram intersit non videat. Alius etiam de Narciso sermo proditus est, minus quam superior vulgatus, authores tamen & hic suos habet. Sororem ei geminam fuisse, cum oris specie omni ex parte similem, tum verò coma, & vestitu nihil differenti, solitos simul venari: A puero sororem amatam: Ea cum forte

EE

diem suum obislet, vētitare illum ad fōtem solitum, in quo cum suam intueretur vmbram, ac suam omnino esse non ignoraret, ob similitudinem tamen qua: inter ipsos fuerat, tanquam si non suam, sed sororis imaginem præ oculis haberet, desiderij ex eo sui solatium aliquod capere cōsueisse. Narcissum verò florem, & ante multo è terra editum puto, quantum ex Pamphili versibus licet coniicere: Multis enim ante Narcissum annis Thespensis homo, Proserpinam Ceteris filiam à Dite raptā scripsit, dum luderet, & flores legeret: neque violis illam, sed Narcissis deceptam. Qui Creuside, quod est Thespensium natale, habitant, nihil illi publice habent memoratu dignum. In priuati hominis ædibus est Liberi-patris signum è gypso, pictura illuminatum. Creusin è Peloponneso nauigatio est obliqua, & omnino parum tranquillo mari minus tutæ. Nam excurrentibus in mare promoneoriis ita sinuantur litora, vt recti cursus tenerine queant: Ex proximis præterea montibus venti spirant concitatius. Boeotia oram ipsam à Creuside legentibus, neque in altum proiectis, Thisbe vrbs occurrit. Ac primum quidem proximus mari mons est: Hunc vbi superaueris te planicies ex-

cipiet;

Cipiet: Alius subinde mons: In eiusima parte vrbs ipsa: In ea Herculis templum, in quo signum recto statu è lapide. Herculis iudicis, pueræ Heraclea appellantur, faciunt. Quod inter montes camporum iacet, nihil, quin defluentium aquarum copia stagnum perpetuum sit, prohibet, nisi valido aggere per medium ducto, alternis annis aquam in alteram partem auerant, & alteram interea campi partem coabant. Thisben ipsam, à qua fuerit vrbi nomen, puellam fuisse indigenam dicunt. Hiuc præternauigantibus modicum est opidum maritimum Tiphæ, Herculis illic delubrum, in quo sacrum faciunt anniversarium. Tiphænenses præcipuam sibi præcunctis Boeotis maritimarum rerum peritiam vindicant: Tiphyn prædicantes, cui nominatim Argus natus gubernacula credita sunt, suum fuisse indigenam: Ostendunt verò extra oppidum locum, quo Argo ipsam Colchis reversam applicuisse dicunt. Supra Thespensium fines interius est Haliartus. Huius vrbis, & item Coronæ quisnam fuerit conditor, non satis suo loco, seorsum ab Orehomeniorum rebus à me exponeretur. Persico certè bello, quod in Græcorum amicitia constanter persistisset, pars una

Xerxis copiarum agrum, & urbem Haliartiorum igni, ferroque vastauit. Est Haliarti Lysandri Lacedæmonij monumentum. Cum enim ad muros oppugnandi causa accessisset, defenderetur autem oppidum Atheniensium, & Thebanorum præsidio, eruptione ab hostibus facta in pugna occubuit. Lysandrum quidem summis laudibus ornandum, & eundem acriter accusandum censuerim. Nam prudentiam in re bellica tunc maximam ostendit, cum Antiochum Alcibiadis gubernatorem, eo tempore obseruato, quo aberat imperator, in spem adduxit Lacedæmonis se parem esse posse ad congregendum nauali prælio: Ac deinde eum non longè à Colophoniorum incenibus arrogantia, & temeritate suffultum vicit. Iam verò tritemum iterum à Spartanis imperio accepto, Cyrum minorem ita delinivit, ut pecuniam ille ad classem tueram quoties, & quantum petisset, quóque maximè tempore opus esset, per liberalliter suppeditaret. Cúmqne Athenienses ad Aegos flumina centum nauium statua haberent, tempus illud speculatorus, quo nauales socij aquatum, & ad commensus sibi è foro curandos profecti fuerant, classem illam occupauit. Iustitiae etiam tale

tale specimen dedit. Autolyco pancras-tastæ, cuius ego imaginem in Prytaneo Athenis vidi, cum Eteonico Spartano homine erat de pecunia nescio qua controværia: Ibi Spartanus, qui iure causæ multo esset disceptando inferior, quòd erat tuus Atheniensium ciuitas in triginta vi-rum potestate, & adesset Lysander, eo processit insolentia, ut non dubitauerit aduersarium plagis laceſſere: Eundemque præsenti se animo defendantem, Ad Ly-sandrum pertraxerit, confitus nempe ad gratiam illum pronunciaturum. Ad Ly-sander Eteonicum iniuriarum damna-tum, cum infamia, & conuictio dimisit. Et hæc quidem Lysandro magnam existi-mationem peperunt: Alia verò ferè totidem eius facta magno illi dedecori fue-re: Ad Aegos primum flumina Philoclen Atheniensem declasis prætoribus vnum, & Atheniensium ad quatuor milia dedi-titionum occidit, ac mortuis terram iniici- ci vetuit: Cum & Persis, qui ad Mar-athonem ceciderant, Atheniensium: Et iis Lacedæmoniis, qui ad Thermopylas mortem oppetierant, Xerxis concessu se-pultura contigerit. Deinde maiorem Lacedæmoniis ex eo iniuidiam concitauit, quod & Decemuiratus in sociis ciui-

438 PAVS. BOEOTICA SIVE
ratibus, & præfectos cum potestate, quos
Harmostas appellabant, qui Laconibus
imperarent, constituit. Postremo cum
Spartani nullam omnino acquirendæ pe-
cunia rationem haberent, quod ex quo-
dam oraculo acceperant, Spartæ solam pe-
cunia cupiditatem fatalem fore, hic eos
ad pecunia studium vehementer incitauit.
Quibus ego rebus adductus, & simul Per-
satum autoritatem ac legem securus, Ly-
sandri principatum Spartanis pernicio-
rem potius, quam utiliorem extitisse cen-
suimus. Ad Haliartum vero ut redeam:
Est illic & Lysandri monumentum, & Ce-
crops Pandionis filij heroica cella Mons
Tilphusius, & Tilphusa item fons, qui
dicitur, ab Haliarto stadia abest quin-
quaginta, ut maxime. Traditum est
Græcorum monumentis, Argiuros, cum
Polynicis filios secuti Thebas cepis-
sent, dum ad Delphicum Apollinem
cum reliqua præda vatem etiam Tire-
siam pertraherent, sitientem illum in
via hausta de Tilphusa fonte aqua, ani-
mam statim egisse. Est eius sepulchrum
ad ipsum fontem. Vatis filiam Man-
tò ab Argiuis Apollini aiunt sacratam:
Sed transmisisse eam classe iubente deo
Colophonem in Ioniā, ibique Rha-

cio

cio Cretensi nuptam. Quæ de Tiresia di-
centur alia, de annorum scilicet quem vi-
xisse scripserunt numero, & quod vir euaf-
serit ex fœmina: quodque in Odyssea Ho-
merus eum unum sapientem fuisse apud
inferos dixerit: omnia hæc omnes iam to-
ties audita solum sunt. Est apud Haliartios
sub diuo dearum ædes, quas vocant Praxi-
dicas, ac si Vindices dicimus: Ad earum aram
iusurandum concipiunt, quod irritum neu-
tiquam habent: Est hæc ædes dearum ad
montem Tilphusium. Haliarti vero delu-
bra sunt, in quibus signa nulla, cum tecto
etiam careant. Quibus dicata fuerint nu-
minibus, cum percuntatus fuerim, cognoscere
tamen non potui. Præterhuius Haliar-
tidem terram Lophis fluvius. Laborasse
quondam siccitate ob summam aquarum
penuriam agrum totum memorant: Vi-
rum eo tempore unum de primoribus
Delphios venisse ad consulendum, qua ra-
tione aqua inueniri posset, responsum ac-
cepisse, ut qui primus Haliartum redeun-
ti obvius factus esset, illum occideret.
Quare cum primus ei filius impuber Lo-
phis occurrisset, nihil cunctatum stricto
gladio puerum percussisse: Illum adhuc
spirantem huc illuc curritasse: Vbiunque
vero humi fusus esset crux, inde aquas

è terra erupisse: Ex eo fluuum nomen ac cepisse. Alalcomenæ non magnus est vi-
cūs, ad radices imas modicè editi mon-
tis: Loco nomen datum ferunt ab Alal-
comeno homine indigena, à quo fuerit
Minerua enutrita. Dixere alij Ogygis fi-
liam Alalcomenam fuisse. Non ita pro-
cul à vico, plāno loco erecta fuit Miner-
uæ xdes: In ea prīscum fuit ex ebore si-
gnūm. Sylla quidem multa in Athenien-
ses crudelia admisit facinora, & à Roma
norūm more aliena. Dissimilia non fue-
runt quæ in Thebanos, & Orchomenios
fecit Quibus & addidit, quod illud ipsum
quod Alalcomenis fuit Mineruæ signum
eripuit. Hunc hominem, qui Græcorūm
ciuitates, & patrios deos tam furenter ve-
xarat, morbus omniū tēterrimus oppres-
sit: Pediculis è toto corpore erumpētibus.
Huc prīstina hominis felicitas recidit.
Ipsum certe templum erepto signo deserit,
ac negligi cœptum, numine veluti orbatū.
Contigit ad eius euerſionem ætate mea a-
lia huiusmodi calamitas. Agnata parieti-
bus hedera magno, & præualido trūco, ita
se intra iuncturas, & coagmenta serpendo
immisit, vt lapides disiunxerit. Hac fluuius
præterlabitur non magnus, quem Tritonē
nancupant: Quod Mineruam ad amnem

Trito

Tritonem educatam vulgo proditum est:
quasi hic ille Triton sit, non autem qui ex
Tritonide palude, quæ in Africa est, in Li-
bycum mare descendit. Antequam Coro-
neam ab Alalcomenis venias, Mineruæ Ito-
niæ templum videoas. Cognominis author
fuit Itonius Amphiøyonis filius. Huc ad
commune consilium conueniunt Bœoti.
In eo tēplo Itoniæ ipsius Mineruæ, & Louis
ex ēre signa sunt, Agoracriti Phidiaz disci-
puli, quique ei in amore fuit opera. Gratia-
rum etiam ætate mea signa dedicata sunt.
Memoriz proditum est Iodamiam deæ sa-
cerdotium gerentem noctu intra sacrum
templi septum venisse, Mineruam ei se ob-
tulisse cum palla, in qua Medusæ Gorgo-
nis caput inerat, eo conspecto statim Ioda-
miam in lapidem obriguisse: Eam ob rem
mulierem cotidie ad Iodamiæ aram ignē
apponentem ter Bœotorum voce effari, Io-
damen viuere, ignem sibi deposcere. Coro-
nea habuit ad memoriam insignia, Mercurij
in foro Epimelij aram, & item Ventorū
alteram: Paulo infra eas aras Iunonis
facellum est cum peruetere signo, Pytho-
dorus illud Thebanus fecit: Sirenas manu
præfert. Acheloi enim filias narrant Iuno-
nis suauis in cantus certamen Musas prou-
care ausas: Victis musas pinnas ex aliis con-

EE 5

uelliſſe, dēque illis coronas ſibi feciſſe. Ab-
eſt à Coronea ſtadiū formē x l. mons Libe-
trius: Signa in eo Muſarum, & nympharū
ſunt cognomine Libetridam: Fontem etiā
Libethriadē nominant. Fons aliud eſt, vbi
ſaxū mammis muliebribus figura perſimi-
le, vnde aqua quaſi lac, effunditur. Ad La-
phyſtium montem, & ſactam Iouī aream
à Coronea ſtadiū x x. iter vt longiſſimū.
Dei ſignum è lapide eſt. Cum eſſet Atha-
mas Phrixū, & Hellen immolatus, ſub-
miſſum à Ioue pueris aurei velleris arietē
dicunt, quo veſti illi aufugerint. Superius
aliquanto eſt Hercules cognomento Cha-
rops, quaſi poētis vel cæſiis oculis dixeris.
Hac aſcenditile Herculem Bœoti dicunt Di-
tis canem trahentem. Quā à Laphyſto ad
Itonię Mineruę deſcedit, eſt amnis Pha-
larus, qui in Cephissidem influit paludem.
Trans Laphyſtiū eſt Orchomenus, illuſtriſ
ſi qua eſt alia Græciſ vrbis, & rerum gestarū
gloria inſignis. Ad opes verò ſummas, & fe-
licitatem maximā cueſtā, idem prope qui
Mycenas, & Delon rērū exitus perculit. De
priscis verò eius rebus hæc propemodum
literis mandata fuere. Conſediffe hoc in lo-
eo primū omniū tradidit Andreas Penelau
miois filium, & ab eo Andreidē terrā no-
minatam: Ad eum cū veniſſet Athamas, cō-

munic

municato imperio, conſeffiſſe ei agro to-
to, qui circa Laphyſtiū eſt, nec nō ea regio-
ne, in qua nunc Coronea eſt, & Haliartia.
Athamas cum nullam ſibi virilem prolem
ſuperſtitem fore pūtaret, quod nempe qua
per iſtaniam in Learchum, & Melicerten
ipſem eſt meminérat, & Leuconis
morbus vitam ademerat: Phrixū verò ad-
huc viuere, aut liberos ei ſuceptos omni-
no ignorabat: ob hanc cauſam Thersandri
(filius is erat Sisyphi) liberos, Coronū, &
Haliartū adoptarat: Nam Sisyphi ipſe fra-
ter erat. Cū rediſſet autē e Colchis vel Phri-
xus ipſe vt quidā dicūt, vel vt alij malunt,
Presbone, quem ex Aeeta filia genuerat
Phrixus, censuerunt Tersandri filij, Atha-
mantis regnum iure quaſi poſliminijs ipſi
Athamāti, & eius ſoboli reddēdū: Accepta
itaq; ab Athamante agri parte, Coronee, &
Haliarti conditores fuere. Sed & ante ho-
rū reditū Andreas Euippen Leuconis filiā
deſpōdente Athamante vxorē duxerat, ex
qua natus eſt ei Eteocles: Et ſi per uulgata
inter ciues fama, Cephisi amnis ſatu geni-
tus eſt: quo circa poētarum quidā Cephisia-
den Eteoclen carminibus appellarunt, Su-
ſecepto Eteocles regno agrū ab Andreo vo-
cari facile ſiuit: Tribus verò duas cōſtituit,
quarum vnam Cephisiadē, alteram de ſuo
nominē

nomine Eteoclean iussit appellari. Venie-
ti autem ad se Halmo Sisyphi filio soli
non magnam vtique partem concessit: Ab
Halmo itaque vici Halmones nuncupati
fuere. Is deinde, quæ insecura sunt tempo-
ribus, vsus obtinuit, vt vnicus vicus Halmo-
nes appellaretur. Eteoclen sanè Bœoti pri-
mum omnium Gratias humana hostia fe-
cisse: Ac tres quidem religione sanxisse no-
runt omnes: Quæ verò eis nomina indide-
rit non meminerunt. Nam Lacedæmonij
Gratias duntaxat duas colunt, quas Lacede-
monem Taygetæ filium dedicasse tradunt
eásque Clitan, & Phenan nominasse. Con-
sentanea sanè Gratias nomina: Consentanea
etiam, quæ Athenienses usurparunt:
Nam & ipsi iam tum ab antiquis tempori-
bus Gratias venerantur Auxo, & Hegemo-
nen, nam Carpùs nomen non Gratia, sed
Horæ, idest fructuum tempestiuitatis est.
Horarum alteri communes cum Pandro-
so honores Athenienses habēt, Thallotén,
que, hoc est Germinatricem nominant. Ac
cepto sanè ab Orchomenio Eteocle ritu,
tribus iam Gratias vota concipimus. Iam
qui Nuntiorum numina, qui Liberum pa-
rem, qui Apollinem Deliis fecerunt, tres
in eorum signorum manibus Gratias po-
suere. Athenis in Arcis vestibulo Gratia
sunt,

sunt, & ipsæ numero tres: quarū initia vul-
go incognita eo ipso in loco peragunt. Pâ-
phus omnium, quos ipsi nouimus, poëtarū
primus, carmina in Gratias cecinit: earum
tamen neque numerum definiuit, neq; no-
mina tradidit. Et ipse Gratiarum mentio-
nem Homerus fecit. Vulcani vxorem ea-
rum vnam dicit quam Gratiam proprio ap-
pellavit nomine. Pasithæ verò amatorem
eundem perhibet Deum. Idem vbi Somnū
loquentem inducit, talem reliquit versum.
lucturam mihi te Charitem florentibus annis
Pasithæan.

Ex eo suspicati quidam sunt, cum iuniores
Gratias nominet, vetustiores illum scisse
alias fuisse. Iam verò in eo poëmate, quo
deorum Hesiodus originem explicat (li-
cet enim per me, Hesiodo qui volet Theo-
goniam afferat) sed eo in libro, Gratias
Iouis, & Eurinomenes filias Hesiodus esse
dixit: Et nomina prorulit, Euphrasinem,
Aglaian, & Thaliam. Eadem quoque nomi-
na suis versibus mandauit Onomacritus.
Antimachus neque certum numerum Gra-
tiarum, neque nomina prodidit: Aegles
tantum & Solis filias esse dixit. Hermesia
nacti elegorum scriptori, quod nemo ante
eum tradidit, Pitho, idest Suadela, vna est
de Gratiarum numero. At qui primus Gra-
tias

rias vel fixerit, vel pingendo nudas ostenderit, nusquam compcri: Apud priscos enim homines cum vestimento eas, tam à factoribus quam à pictoribus factas noui: Nam & apud Smyrnatos, cum in Nemeum fano præter cætera signa, ipsæ etiam Gratiae aureæ dedicatae sunt, quas Bupalus fecit: Tum verò in cantorum statione, Odeis ipsi vocant, Gratia imago Apellis opus est: Pergameni etiam in Attalithalamo, & in eo templo, qtd Pythium nuncupant, suas habent & ipsi Gratias, quas pinxit Pythagoras Parius. Socrates ad hęc Sophronisci filius ante arcis vestibulum Gratiarum Atheoienisbus è marmore signa fecit, que sanè omnia sunt veste velata. Qua his posteriores ratione ita Gratiarum ornatum immutauerint, ut omnes planè nudas fecerint quibus eas vel singendo, vel pingendo exprimere cura fuit, mihi certe compertū non est. Sed iam ad Orchomenios redemus. Cum viuendi finem fecisset Eteocles ad Halmi posteritatem regnum peruenit. Filius Halmo fuere Chrysogenea, & Chryse: E Chryse fama est Phlegyan Marti genitum. In Eteoclis imperium hic ipse Phlegyas successit, tunc ille mares filios nō reliquisset: Totius tunc regionis immutatū est nomē, ut quæ Andreis prīus vocabatur

Phleg-

Phlegyantis dicta fuerit. Fuit etiam iam tum ab iunctio condita vrbis Andreis, cui alias de se appellatam addidit Phlegyas, congregatis in eam bellica virtute præstantissimis quibusque è tota Gracia. Abiunxerunt vero se in sequentibus dein temporibus, amentia, & audacia impulsi, à reliquis Orchomenis Phlegyas, finitimorum bona agere, & rapere aggressi: Postremo armaconuerterunt sua ad Apollinis Delphicis fanum diripiēdum. Contra quos cū Philammon Delphis opeñ ferens lectam Argiutorum manū duxisset, ipse vna cum fortissimis viris pugnās cecidit. Bellicę in primis rei stadia p̄ ex cunctis Græcię populis Phlegyas fuisse consecratos testimonio mihi sunt Homeri versus, quos in Iliade feci de Marte, & Marti terrore.

*Illi Ephireos ambo contra tunc arma ferebant
Sive acreis animi Phlegyas.*

Phlegyarum genus prope omne crebris fulminibus, & telluris vehementissimis motibus Deus funditus aboleuit: qui reliqui fuere eos pestilentia absumpsi, præter paucos, qui in Phocidem effugerunt. Phlegya sine liberis extincto imperium exceptit Chryses è Chrysogenea Halmi filia, & Neptuno natus. Huiusfilius fuit Miyas, à quo iij quibus imperauit populi hac

etiam

etiam ætate Minyæ nominantur: Huic tam ampla fuere vestigalia, vt superiores omnes diuitiis vicerit. Primusque omnium de quibus aliquid accepimus Minyas ærarium ad pecuniam seruandam ædificauit: At Græci exterarum gentium res accuratius exornantes, in maiore eas quam suas ipsorum miraculo posuere: Quandoquidem clarissimi historiarum scriptores Aegyptiorum pyramidas magnificentius extulerunt, cum de Minyæ ærario, & Tirynthis muris, operibus nihilo minore dignis admiratione, perbreuem fecerint mentionem. Minyæ filius fuit Orchomenus: Eo regnante vrbs Orchomenus, & populus Orchomenij appellati. Mansit tamen nihil minus Minyarum etiam vocabulum, quo ab iis, qui in Arcadia sunt, Minyis distinguerentur. Ad hunc Orchomenum regnum iam obtinentem, Hyettus venit Argis fugiens, ob Moluri Arisbantis filij cædem, quem in vxoris adulterio deprehensum interfecerat: Ei partem agri Orchomenus concessit eam, quæ circa Hyettum vicum est, cum tota vicinitate. Hyetti mentionem fecit is, qui ea carmina compo-
suit, quæ sunt Ecœæ magnæ, hoc est Orientis monumenta, appellatae.

Hyett

Hyettus Megaris temerata ob fædera leæta
Filum Arisbantis cum stravit cæde Molurum
Herbos longe profugus discessit ab Argis:
Orchomenūq; adiut Minyæum, exceptis amicis
Aedibus illum heros, fortunarumq; benigno
Peltore participem non abnuit esse suarum.
Satis constat primum omnium Hyettum
de adulterio pœna sumpsisse: Multo enim
post Dracon, cum leges in magistratu fer-
ret, quibus de pœna, & impunitate facto-
rū cavit, severa lege in adulteros animad-
uertendum censuit. Eo iam Minyarum no-
men dignitatis prouectum fuerat, vt Ne-
leus Crethei filius Pyli rex, ex Orchome-
no vxorem Aorin Amphionis ex Ilasio ge-
niti filiam duxerit. At cuenit vt Halmi
etiam proles aliquando interiret. Nā cum
liberos Orchomenus non suscepisset, ad
Clymenum Presbonis filium, Phixi ne-
potem, imperium transit. Filios hic ha-
buit natu maximum Erginum minores
Stratum, Arrhonom Pyleum, & postremū
Axeum. Clymenum ipsum, dum festi dies
Onchestij Neptuni agitarentur, Thebani
homines ex causa admodū leui vehementi
ira concitati occiderunt: Erginus patri æ-
tatis iure in regnum succelsit. Is cum fra-
tribus exercitu comparato Thebas ador-
tus, prælio primum hostes fudit: Isto de-

FF

inde fædere, pecunia se annua Thebani de Clymeni cæde satisfacturos pacti sunt. Sed enim cum Hercules ad Thebanorum res tuendas se conuertisset, tributo libera ti sunt Thebani, & Minyarum opes bello magnopere accisæ. Eo tempore Erginus, ut qui confeitos iam prope bellum calamitatisibus ciues suos videret, pacem quidem cum Hercule fecit: Ad pristinas autem opes, & felicitatem redintegrandam cōuersus, ita præ hac una cura omnia contempserit, ut senectus eum cœlibem, & orbem oppreserit: Magnudem congeta pecunia, cupidas eum liberum suscipiendo cepit. Quare cum Delphos ea de re consulturus venisset, huiusmodi responsum accepit.

Ergine & Clymeni proles Presbonide, ad aram Eacquirens sōbolem venisti sero: sed & nunc Temoni vetulo validum pretendito rostrum. Cum igitur oraculi monitu adolescentulam uxorem duxisset, Trophonius, & Agamedes ex eo matrimonio nati sunt: Et si traditum est Apollinis, non Ergini filium fuisse Trophonium: Quod ego ut credam facile adducor, & facile sibi id persuasum habeat quicunq; ad Trophonij oraculum accesserit. Iij cum ad vitilem ætatem peruenissent, solertia in deorum templis, & hominum regalibus tectis ædificandis

præ

præstiterunt. Erexerunt itaque Delphis Apollini templum, & Hyrieo ærarium: In eius pariete lapidem unum ita collocarunt, ut extrorsum eum, cum vellent, ad ductum eximerent. Quoties itaque libatum esset, clam introeuntes aliquid depositæ pecuniae auferebant. Enim vero Hyrium ea res vehementer solicitum habebat, præsertim cum & claves, & signa cætera incorrupta cerneret. Pecuniae tamen numerum quotidie comminui animaduerteret. Ad vasorum igitur ora, in quibus erat deposita pecunia, laqueos dispositi, vel aliud quid eiusmodi, quo simulac pecuniam quis esset attingere conatus, captus teneretur. Ingressus itaque Agamedes in vinculis hæsit. Trophonius fratri caput statim præcidit: Veritus nempe ne cum illuxisset, per tormenta quaestione habita, & ipse, ab illo quod furti fuisset socius, indicaretur, Trophonius quidem eo ipso in loco terræ hausus est hiatus, quo extat in luce, qui est in Lebadea, specus, qui Agamedis dicitur, columnæ supereminente. Orchomeniorum post hæc regnum obtinere, Ascalaphus, & Ialmenus, quos Marti Astyoche Aetoris filia, Axei neptis, Clymeni proneptis peperisse dicebatur. Hos ad Troiam duces Orchomenij secuti sunt:

FF 2

Eius etiam Coloniz, quam in Ioniam Co-
dri filij deduxerunt, confortes Orchome-
nij fuere: Suis verò à Thebanis electos se-
dibus. Orchomenum Philippus Amyntæ
filius reduxit. Sed eorum res aduersa gra-
tius fortuna semper affixit. Apud Orcho-
menios Liberi patris templum extat, &
quod maximè priscum est, Gratiarum. Sa-
xa verò quedam præcipua colunt venera-
tione, quæ excepisse Ereoclen è cœlo dela-
pla ferunt: Nam quæ expolitus fabricata
sunt signa, & ipsa è lapide, ætate mea dedi-
cata fuere. Fons illic est insigni opere ex-
ornatus: In eum descendunt qui aquatum
veniunt. Minyæ ærarium, vnum est de Gra-
ciæ miraculis: Nulli omnino eorum, quæ
vspiam alibi sunt, operum magnificentia
secundum. Ad hunc autem modum extru-
ctum est. Lapidei sunt omnes parietes: Ro-
tunda operis forma, non valde in acutum
se attollente fastigio: Supremum lapidem
roti ædificio modulum conuenientia esse
dicunt. * Sepulchra visuntur Minyæ,
& Hesiodi. Hesiodi quidem ossa hoc se-
modo recepisse narrant. Sæuiente in ho-
mines, & pecudes pestilëtia, missos ad ora-
culum consultores, responsum tulisse ad
sedandam luem, vnicum illud fore auxi-
lium, si ex Naupactio agro, in Orchome-
nium

nium Hesiodi ossa deportassent: Aliam
sanè nullam reperiri posse mali leuatio-
nem: Percontatos rursus eos, in qua tan-
dem Naupactij agri parte essent illa reper-
turi, respondisse Pythiam, locum corni-
cem monstraturam: Cum redirent in pa-
triam, qui sciscitarum missi fuerant, non
longe à via cornicem conspexisse saxo in-
sidentem: Ibique Hesiodi ossa inuenta in
eius saxy latebra cum hac elegorum in-
scriptione.

*Hesiodi patria est frumenti fertilis Ascre
Sed bello insignes ossa tenent Minyæ:
Huius in Argolicis excellit gloria terris
Iudicium quibus est, ingeniumq; sagax.*

Iam verò de Actæone, vulgatum inter Or-
chomenios fuit vexari agrum ab ea larua,
quæ saxo insideret: Ea de re cōsulto oracu-
lo Delphico, iussi sunt, si quas reperissent
Actæonis reliquias, eas vt terra regerent:
Præterea vt larua simulachrū ex ære factū
ad saxū adligarent: Quid ipse adligatum
vidi. Actæoni quidem quotannis parent-
tant. Abest ab Orchomeno, stadia se-
ptem Herculis templum, in quo non ma-
gnum utique signum. Sunt ibi Melanis
flavij fontes: Et hic in Cephisi dem palu-
dem influit. Magnam sanè partem Or-
chomenij agri ea palus occupat, ex cäque

hyeme anni flantibus austris late stagnat aqua. Narrant Thebani ab Hercule Cephisum amnem in Orchomeniorum cam pos auersum : Cum antea per montanos cuniculos in mare exiret : Eos meatus oclusisse Herculem. Sed nouit sanè Homerus fuisse paludem Cephisiadem absque Herculis opera. Paludi enim , inquit, acclivis Cephisi. Neque satis est verisimile non fuisse Orchomenios aperitis cuniculis , & Herculis obice disiecto, pristinum exitum flumini reddituros: Quando ne Troicis quidem temporibus opes illi desiderarunt: Testis est idem Homerus eo loco, quo Agamemnonis legatis respondentem Achilem facit.

Non ea que Orchomenum portantur cuncta.
Ex quo planè colligi potest magnam Orchomeniis tunc pecuniam suppeditasse. Aspledonem quidem ob aquarum penuriam desertam tradunt: Nomen verò vrbi contigisse ab Aspledone , quem Midea nympha Neptuno pepererit. Id confirmant versus à Chersia facti , viro , vi aiunt , Orchomenio.

Neptunoq; tridentifero, insigniq; Midea

Aspledon satus est, ampla spectandus in vrbi. Aetate certe mea Chersiæ carmina iam vetustas aboleuerat. Hos tamen ipsos

ver

versus Calippus retulit in oratione de Orchomeniis. Eadem sanè Chersiæ epigramma Orchomenij attribuunt , quod Hesiodi sepulchro inscriptum fuit. Quà montes consurgunt , Orchomenis finiti-mi Phocenses : Quà campi patent , proxima est Lebadea. Hæc olim & ipsa in edita regionis parte habitabatur , Midæ nomine ab Aspledonis nempe matre. Lebedo verò Athenis in ea loca profecto, in plena incolæ descenderunt, & Labadea à Lebedo ipso nomen accepit : Cuius neque pater quis fuerit, norunt, neque quam ob causam illuc venerit. Tantum illud sciunt , vxorem ei Nicen fuisse. Exornata vrbs est operibus, haud minus quam alia quævis maximè florentium Graciæ vrbiuum. Modice ab ea recedit Trophonij lucus. Quo loco Ercynam tradunt cum Cereris filia ludentem, anserem è manibus inuitam dimisisse: Volitantem illum subisse cauernosum antrum, ibique se sub lapide occultasse: Proserpinam sub-ingressam, auem à fuga retraxisse. Quo loco lapidem submouerat , aquam eruuisse , qui postea fuerit Ercyna amnis appellatus. Manet ad Ercynæ ripas ædes , & signum in ea , virgo anserem manibus præferens. Fluuij fontes intra

speluncam sunt. Et stantia simulachra, quorū sceptris angues circunuoluti sunt. Coniiciat quis esse illa Aesculapij, & Hygia. Sed suspicari etiam liceat esse Trophonij, & Ercynæ, cum non magis Aesculapius, quam Trophonio angues consecratos habeant. Prope amnem est Arcesilai monumentum: Reportasse è Troja Arcelai ossa Leitum dicunt. In luce Trophonij maximè insignia sunt, signum, quod Aesculapij esse facile existimes: Praxiteles illud fecit. Est ibidem Cereris, cognomento Europæ, facellum, & sub diuino Iupiter Pluuius. Per montis cliuum, quā ad oraculum via dicit, est Proserpina Venatrixis, & Iouis Regis templum: Quod & propter spatij magnitudinem, & propter continuata bella, dimidia tantum ex parte perfectum reliquerunt: In alio templo Saturni, Iunonis, & simulachra sunt. Apollinis etiam illic est farnum. Quod ad oraculum pertinet, obseruatur ritus huiusmodi. Vbi statuerit quis in Trophonij descendere, primū dierum certum numerum est ei in ædicularia quadam commorandum: Est illa, Bono genio, & Bonæ Fortunæ sacra. Illic degens & alia suscipit expiationum genera, & calidis interdum cum sit ad la-

uandum aquis, Ercyna fluuiio se abluit. Carnes ei de victimis large suppeditant. Immolat enim qui huc descendit, Trophonio, & filiis: Apollini præterea, Saturno, Ioui, cui Regi cognomen, Iunoni Heniochæ, & Cereri, quam Europen nominant: ac fuisse Trophonij nutricem prohibent. Adebat aruspex, qui cæsarum bofiarum viscera inspectat: Ex ea inspectio ne vaticinatur, nunquid Trophonius placatus iam, & propitius consultorem sit accepturus. Alia tamen exta non tam perspicue Trophonij mentem denuntiant: Verum ea qua quis nocte descendit arietem mactat ad ipsam foueam, Agameden illum vocitans: Extæ cætera pro nihilo ducuntur, etiam si maximè fuerint læta, nisi eo ipso ariete litatum fuerit. Id vbi ita euenerit, ut extorum consentiat significatio, bona cum spe descendit consultor: Atque hoc maximè modo initiatus, hōque ritu descendit. Deducunt sacrificuli eum noctu ad Ercynam fluuium: Ibi hominem oleo perungunt pueri duo ex oppidanorum liberis, annos fermè natu tredecim: Hermas, id est Mercurios illos nuncupant: Hi sunt qui illum abluunt, quique ministrant quæ sunt opus omnia, ut puerorum est captus. Hinc non sta-

tim ad oraculum, sed prius annis ad son-
tes dicitur: Sunt verò duo inter se proxi-
mi. Bibenda illic est Lethes, quæ dicitur
aqua, quo cunctorum ei, quæ memoria cō-
pletebatur, obliuio contingat: Mnemo-
synes deinde, id est Memoriae, aquas po-
tat, vt ne mens effluat, quominus quæ in-
tra ea penetralia viderit, omnia memoria
contineat. Iam simulachrum, quod fecisse
Dædalum autumant, contemplatus, nemini
ni prorsus id ostendunt sacerdotes, præ-
terquam iis, qui ad Trophonium sunt ac-
cessuri, eo signo conspecto, & cum multa
religione votis nuncupatis, ad oraculum
progreditur, tunicam indutus lineam,
ac tæniis incinctus, soleis popularibus
in pedes inductis. Est verò oraculum su-
pra lucum in monte: Crepido in orbem
candido saxo circunsepta. Crepidinis am-
bitus est instar areæ minimæ, altitudine
minore quam cubitum duum: Erecti sunt
super crepidine obelisci, tā ipsi, quam zonæ,
quibus continentur, ænei. Inter eos media
sunt hostia. Intra ambitū specus est nō na-
tura, sed arte, & certo proportionis modu-
lo quam solerissimè excisus. Eius subterra-
neæ cellule, forma fornaculae persimilis: Cu-
jus latitudo dimela per rectâ lineâ ab imo
ambitu ad summum, cubita æquarit plus

minus

minus IIII. In altum subedit hiatus
haud amplius octo ferè cubitum. Nulli ve-
rò gradus constructi sunt, qui ingressos ad
imum solum demittant: Sed ad Tropho-
nium descensuris scalas admouent, angu-
stas æquè, atque habiles: Vbi descensum
fuerit, media inter solum, & antri testu-
dinem, cauernula est latitudine duorum
dodrantem, altitudine dodrantali. Qui eo
penetrarit humi procumbens melle sub-
actas offas tenens, pedes prius in cauernu-
lam illam immittit: Mox genua prope-
rat ad pedes adiungere: Statim reliquum
corpus ad genua contractum, eodem prope
modo, quo si maximi & concitatissimi
amnis aquarum vortice correptum fuisset,
intro abripitur. Qui certe intra penetra-
le descenderint, futura non vno, & eodem
cognoscunt modo, ex visis alius, ex audi-
tis alius id consequitur. Per easdem fau-
ces patet omnibus redditus, in pedes verò
retrogrediuntur. Neminem omnino ex
iis, qui eo peruerterint, non reducem euasi-
se affirmant, vno excepto, qui de spiculato-
ribus Demetrij fuit: Illum certe neque eo
rum quidquam sacrorum, quæ fieri ad fa-
num illud religione sanctum est, fecisse:
& non sciscitandi causa, sed quod argen-
tum, & aurum se, quod illic esset, ereptu-
rum

xum sperarat, introisse aiunt: Eius itaque cadauer in diuersam partem, & non per suum hiatus illius hostium electum. De quo quidem homine cum multa fuerint memoriae prodita, ea ipse quæ narratu duxi dignissima exposui. Consultorem à Trophonio reuersum sacrificuli in solio collocant, quod Mnemosynes vocat. Positum illud est non procul ab adyto. Ab eo per contantur quæcunque vel visa, vel audita reportarit. Ea vbi accepere, suis illum redunt. Hi in cellam Fortunæ Bonæ, & Boni Genij, in qua veniens primum comoratus fuerat, eum reducunt, multo illum quidem attonitum terrore, & suimet, atque omnium adstantium oblitum. Resipicit tamē paulo post, & pristina ei mens, & risus reddit. Scribo autem non solum auditæ, sed quæ & aliis accidisse vidi, & ego met sim expertus, cum ad Trophonium consuleendi causa ipse etiam venerim. Coniungunt sanè omnes, qui à Trophonio redeunt, quæcunque vel audierunt vel vide- runt, à se conscripta in tabulam referre. Seruatur illic Aristomenis scutum in hanc usque diem: De quo iam antè quæ dicenda fuerunt, in alia à me sunt historiæ parte exposita. Hoc oraculum cum ante prorsus ignoraretur, ex huiusmodi casu

ad Boeotos eius peruenit notitia. Cū unum & alterum iam annum nullis terra imbris irrigaretur, è singulis ciuitatibus Delphos missi sunt qui opem implorarent. His fiscitatis remedium exposcentibus, Pythius Apollo imperauit, ut Lebadean venientes à Trophonio malī auxilium quererent. Lebadean itaque profecti, cum oraculum reperire non possent, Saon quidam Acræphniensis, collegarum natu maximus, cum apum examen conspexisset, quoque illæ diuertissent sequi statuit. Vbi igitur eas ad specum quandam aduolantes vidit, & ipse subiens oraculum quod querebant, illud esse intellexit. Saonem hunc cum ea, quorum causa missus fuerat, tum sacroru omnem ritum, & quæ inter consulendum fierias est, edictum à Trophonio memoriabant. Ex omnibus Dædali operibus, apud Boeotos duo extat, Hercules Thebis: apud Lebadenses Trophonius: toridem in Creta è ligno, Britomartis ad Olütem, & apud Gnofios Minerua: Habent iidem & Aradna chorum, cuius in Iliade Homerus mentionem fecit, ex candido lapide. Est & apud Delios. Venus eiusdem artificis opus, non magnum sanè signum è ligno, & exefa vetustate manu dextera. Quadrangulæ insitit pro pedibus basi. Crediderim signum hoc

hoc à Dædalo Ariadnam accepisse, secum
que illud abeuntem cum Theseo aporta-
ſe: Theseum certe Delij tradunt Ariadna
ademptum Apollini Delio dedicasse: Ne
ſcilicet ſibi ſi illud retinuiffet, iam domum
reuerſo, Ariadna desiderium cōmouere,
atque ita ex ea recordatione nouis amoris
aculeis vretur. Prater hæc, quæ enumera-
ui, nulla quod ſciam iam reliqua ſunt Da-
dali opera: Nam quæ in Iunonis dedica-
runt Argui, & quæ ab Omphace Gelam in
Siciliam deportata fuere, cuncta temporis
aboleuit diuturnitas. Lebadenſibus vicini
proximi ſunt Cheronenſes: Eorum vrbs
olim Arne eft appellata: filiam Acoli Arne
fuiffe dicunt, à qua vrbs altera etiam in
Theſſalia Arne fuerit nuncupata. Hoc au-
tem quod nunc habent nominis cōtigiffe
eis à Chærone, quē Apollinis fuiffe filium
arbitrantur, ex Thero Phylantis filia. Te-
ſtatur hoc qui magnas fecit Matutinas,
quas Eceas inſcriptis, his verſibus.

Illūſtri Phylas iunxit ſibi natam Iolao
Lepephilam, diuas quæ formæ aquabat honore.
Hac illi natu præcelsa eft editus anla.
Et Therò formosa oculis aquanda Diana.
Therò dein Phabis ſacro dignata cubili
Cheronem generauit equos clarum arte do-
mandis.

Mea

Mea quidem ſententia norat Homerus
Cheroneam, & Lebadean appellari, ſed
maluit priſcis vti earum vrbiū nomini-
bus, ſicuti & flumen Aegyptū, potius quam
Nilum dixit. In Cheronenſium agro
duo ſunt trophæa: Ea dux Romanorum
Sylla erexit, Taxilo fuso Mithridatis co-
piarum duce. Amyntæ quidem filius Phi-
lippus, neque ad Cheroneam, neq; vſpiam
vel de Barbaris, vel de Græcis à fe viſtis vi-
lum erexit trophæum: Neque fuit omni-
no patrius Macedonibus mos, victorias
fuas trophæis vllis testatas relinquere. Eſt
à Macedonibus ipſi traditum, Caranum
regem ſuum viſto in pugna Cisseo, qui fi-
nitimis imperabat, Argiuorum ritu tro-
phæum conſtituiffe. Erumpentem autem
ex Olympo leonem ita illud ſubuertiffe,
vt prorsus fuerit abolitum. Intellexiſſe
Caranum id ſibi merito contigiffe, quod
eo monimento erecto, ſpem ſibi reditus in
gratiam cum finitimis præcidifſſet: Reli-
quo debinc tempore, neque Caranum, ne-
que ſuccessorum quenquam trophæum vi-
lum excitaffe: Quod nempe ſibi ad redi-
tum in gratiam cum hostibus loci aliquid
relictum voluerunt. Satis certum fuit hu-
ius rei argumentum, quod Alexander ne-
que de Dario, neque de Indicis viſtoris
trophæis

trophæum vllum erigendū curauit. Proxi-
mo vrbi loco est cōmune Thebanis sepul-
chrūm iis, qui in acie cōtra Philippū stan-
tes ceciderunt. Nulla est apposita iuscri-
ptio. Insigne tumuli leo est, ad eorum vtro
rum animi magnitudinem significandam.
Inscriptum (vt opinor) propterea nihil est,
quod illorum hominū virtutem dij nō for-
tunassent. Deorum omnium maximē co-
lūt Cheronēses sceptrum illud, quod Ioui
fabricasse Vulcanum cecinit Homerus: A
Ioue acceptum, Mercuriū dedisse Pelopis:
Pelopem Atreo reliquisse: Atreū Thyestis:
A Thyeste per manus traditū tenuisse Aga-
memnonem. Hoc præcipue sceptrum ve-
nerantur, Hastam nominantes. Diui-
nitatis ei nescio quid inesse declarat, id
quod ex ipso ab hominibus cernitur. In
Panopensium finibus, qui sunt in Phocide,
illum repertum Cheronēses dicūt, aurum
etiam cum eo, sed facile à Phocensibus au-
rum retineri passos, modovt ipsi sceptrum
haberent. Ab Electra Agamemnonis filia
in Phocidem exportatum putarim. Tem-
plum ei nullum est publice dedicatum, sed
quotānis sacri eius curator in suis ædibus
sceptrum statuit: Ei res diuina cotidie fit,
mēnsa apposita cuiusuis generis carnibus,
& bellariis referta. Omniū verò Vulcani
operum

operum, quæ & poëtarū carmina, & assen-
tiens hominū fama celebrauit, aliud sanè
nullū quām sceptrū hoc magna dignādum
estimatione, est fide hominū receptū. Lycij
quidē Pataris in Apollinis æneū ostentant
craterem. Telephi donum fuisse dictitātes,
& Vulcani opus. Ignorant scilicet illi (vt
par est) primos qui æs fuderint, Theodorū,
& Rhœcum Samios fuisse. Patentes in A-
chæis Vulcani, verbo dūtaxat, opus esse di-
cūat arcām eam, quā Eurypylus ab Ilio ex-
portarit: re nullam in conspectu ponūt. Est
in Cypro vrbs Amathūs. In ea Adonidis, &
Veneris fanum vetustissimū, in quo positū
tradunt monile Harmoniæ ab initio datū,
quod Eriphyles tamen vocatur, quod hoc
illa dono accepto virū suum prodiderit: Id
Phegei filij Delphis dedicarūt. Ad eos quē-
admodū peruererit, vbi de Arcadū rebus
egimus, expositum est. Illud postea Phocē-
sium tyranni templo spoliato abstulerunt.
Neque enim est sententia mea apud Ama-
thuntios in Adonidis, quod Eriphyles
fuit, cum è viridibus lapidibus sit, hoc, au-
to reuinēt. Homerus verò illud in Odys-
sea aurum dicat fuisse.

Dura, viri sacro vitam quæ vendidit auro.
Cum non ignoraret tamē Poëta variorum
etiam monilium opificium. Quo enim Jo-

co cū Ulyssē loquitur Eumeus, priusquam
ē Pylo Telemachus veniens ad stabula di-
uertisset, versus ibi eius huiusmodi sunt.

*Nanque mei solers subiens vir tecl a parentis
Attulit electro fulgens, auroq; monile.*

Inter ea etiam dona, quæ Penelope à pro-
cis accipit, ab Eurymacho monile perbellè
distinctum, datum memorat.

*Ornatum varie Eurymachus torquem attu-
lit aureum.*

Lucentem electro, Phœbi velut ignea lampas,
At Eriphylen non distinctum auro, & lapi-
dibus monile, dicit accepisse: *Eo fit ut vni-*
cum hoc superesse sceptrum statui pos-
sit ex omib⁹ Vulcani operibus. Supra
Cheronæ mœnia, est prærupta montis
crepido, qui Petrachus appellatur. Eo loco
deceptū à Rliea Saturnū credi volunt, obla-
to lapide pro Ioue. In montis vertice non
magnum est Iouis simulachrum. Vnguen-
tum è floribus coquendo conficiunt Chero-
nēses, rosa, lilio, narcisso, gladiolo (quæ est
Græcis Iris) præsens contra hominum do-
lores remedium. Rosaceo quidē sī lignea
simulachra perunxeris, facile contra om-
nenm materiae tabem defenderis. Nasciunt
Iris palustribus locis. lilio par magnitudi-
ne, colore minimè candida, odore minus
quam lilyum vehementi.

P A V S A N I A E

P H O C I C A,

S I V E L I B E R

D E C I M V S.

HO C I D I S partem eam,
quæ Tithoream, & Delphos
attinet, satis constat ab ini-
tio nomen à Phoco. Ornytio-
nis filio sumpsisse: Non ita
multis verò post annis, Aeginetis cum Pho-
co Aeaci filio classe in eo loca appulsi, ut
regio, quanta nunc est, Phocis à Coloniae
nouo authore perpetuo nomine vocare-
tur, usus obtinuit. Enimvero Phocenses,
qua Peloponnesum ex aduerso prospectar,
quaque Boeotiam contingunt, maritimi
sunt: Inter Cirrham Delphorum nauale,
& Anticyram urbem medij. Nam quoni-
minus ad mare proximè accedant, ex ea parte,
qua est sinus Maliacus, prohibent Locri.
Hypocnemidij, orā eā tenentes, quæ extre-
ma Phocidi adiuncta est: Nam ultra Ela-
tean sunt Scarphenses, & supra Hyampo-
lin Abantes, qui Opuntem, & Opuntio-
rum nauale Cynum incolunt. Quæ Pho-
censes ad gloriam maximè illustria publi-

cis opibus, & consilio gesserunt, hæc ferè cōmemorari possunt. Primum ad bellum Troianū auxilia misere: Deinde ante Persarum in Græciam irruptionem cum Thessalī bellarūt, quo tempore insigne ad memoriam facinus ediderunt. Ad Hyampolia enim quā intra ipsorum fines inuasum Thessalorum equitatum exploratum habebant, vrnas fictiles defodere, quas terra superaggesta operuerunt. Hostes vt qui eas insidias non prouiderant, citatis equis excursione facta, incauti in eas vrnas inciderunt. Ibi cum eo casu fracti, & debilitati fuissent equorū pedes, viri ex equis prolapsi passim cæsi. Ea re vehementius quā autē multò ira Thessali inflammati, ex omnibus ciuitatibus accitis auxiliis, rursus Phocenses cū apparatissimo exercitu adorti sunt. Magnus Phocensibus incessit terror, tum apparatus reliquum hostium, tum maxime equestres copias metuentibus, quod non ipso tantum numero, sed equorum, & hominum in equestribus præliis peritia, atque exercitatione facile excellebant Thessali. Mittunt itaque Delphos qui de periculo propulsando oraculum consulant: Qui missi fuerant tale reuelerunt responsum.

*Mortalem atque deum iubeo decernere ferre
Victor*

Victor uterque, aliud sed enim mortalis habet.

Hoc Phocenses accepto oraculo, delectos viros c c c. duce Gelone in hostes mittūt: Mandata verò illis dedere, vt noctis initio ex occulto quām maximè possent, quid Thessali inolirentur speculatum irent, deinde in castra reuerterentur, cæco maximè itinere: Ac vt omnino ne manus voluntate sua consererent. Hi omnes ad unum cum ipso Gelone duce suo perierunt, partim equorum pedibus conculcati, partim ab hostibus occisi. Ingentem ea clades pauorem in castra pertulit. Atque eò ventum est desperationis, vt coniuges, liberos, fortunas cæteras, quas agere quisque, aut ferre posset, vestem, aurum, argentum, deorum signa in unum coegerint, ibi maximo extructo rogo, viros x x x. duntaxat reliquerūt, quibus imperarunt, si ita accidisset, vt qui ad prælium exissent, hostibus succüberet, primo fœminas, ac impuberes omnes iugularent: Deinde quas congesserant opes in togum conicerent, atque in eas ignem immitterent: Postremo & ipsi vel mutuis confoderent se vulneribus, vel vltro in medium hostium equitatum ruerent: Ex eo sœua omnia, & immania

consilia, Græcorum verbo, Phocica des�ratio appellari coepit. His ita constitutis contra Thessalos copias educunt: Duces fuere Rhœcœus Ambrossensis, & Hyapolitus Daiphanes. Hic equitum, peditum ille agmen ducebat. Erat apud imperatores perhonorificus Eleo vati locus: Tellias hic fuit, in quo magnam salutis repositam spem Phocenses habuerunt. Vbi ad manus ventum est, continuo Phocensibus ante ipsos propè oculos fuerunt, quæ de coniugibus, & liberis statuerant: Animo verò obuersabatur, quām ancipiti nutantis fortunæ quasi quodam salo, sua suspenſa esset salus. Hæc in causa fuerunt, ut alacres cuiusvis discriminis aleam subirent. Confirmati etiam sunt maximè, quod ab extarum significatione in certissimam spem venerunt, fore sibi propitos deos. Victoriam igitur adepti sunt omnium, quæ quibusvis antè populis cœperissent, maximè insignem. Ac tunc Apollinis ambiguum illud responsum omnibus innotuit. Cum enim utrinque de more à duabus militi tessarę darentur fortuitu, ad oraculi verba appositæ datæ sunt: A Thessalis Itovia Minerua: A Phocensibus gentis author Phocus. Missa gratulandica causa Delphos doas Apollini: Dei ipsius si-

geum Telliae vatis, & ducum statuar: Cū que iis gentilium heroum: Aristomedon eas Argiuus fecit. Neque verò post hoc factum callida Phocensibus consilia defuerunt. Constiterant aliquando in primo Phocidis aditu aduersa castra: Ibi leeti homines è Phocensibus quingenti, obseruato eo tempore, quo suum Luna orbem explerat, Thessalos noctu adorauint, oblitis gypso corporibus: Gypso item de albatis armis. Ingentem memorant Thessalorum factam cædem, quod ea specie territi, immissa diuinitus per noctem sibi visa, non hostium illud astu euenisse interpretabantur: Est hoc etiam ab Eleo Tellia in Thessalos excoxitatum. Iam verò cū in Europam Persæ exercitum traiecerint, Phocenses, fama fuit necessitate coactos, in Xerxis partibus fuisse: Sed mox à barbaris deciscétes cum Græcis Plataensi prælio in acie stete re. In sequenti dehinc tempore multa est illis ab Amphicyonibus irrogata: Neque verò habeo satis veram eius rei causam cōpertā, nūquid noxā cōmeriti fuerint, an verò Thessali ob veteres inimicitias, huius Phocensibus calamitatis infligendæ authores fuerint. Cū multæ magniudinē iniquissimo animo ferrent exitit Philomelus,

Theotimi filius, Phocensium nemisi dignitate secundus: Ledon ei patria erat, vrbs Phocica: Is pro concione docuit, longè grauiorem esse, quæ à se peteretur, pecunia summan, quām ut eam pendere vlo paſto poſſent: Censuit itaque Apollinis Delphici templum spoliandum. Cum & alia valde ad persuadendum appofita afferret: Et illud in primis, quod cum ab Atheniensibus, & Lacedæmoniis iam pridem ſibi pacata eſſent omnia, facile Thebanos, & alios quoſcunque qui ſe armis lacesſiſſent, cum virtute, tum pecuniæ impendiis poſſent ſuperare. Philomeli oratio multitudinis valde ſecūda voluntate eft accepta: ſive quōd mentem Deus à reſtis confliiſſet, ſeu quōd is populus ſuapte natura religioni ſolitus eſſet quæſtum anteponere. Fanum Apollinis diripere agreſſi ſunt Phocenes, principatum Delphis Heraclide, Agathocle Athenis obtinente, Olympiadis quintæ, & centesimæ, è qua ſtadij palmam meruit Prorus Cyrenæus, anno quarto: Sacra pecunia potiti, ſtatim ex omnibus Græciæ partibus, fit miſſimæ mercenariorum militum cohortes conduxerunt. Thebani quidem aperre contra eos arma moquerunt: Nempe qui, & ante offenſiore in illos fuiffent animo.

Bellat

Bellatum eft continentē annos ipſos decem: Quo temporis interuallo modo Phocenses cum ſuis conductiis, modo Thebani minutis praliis variante, ita vt fit, Fortuna, victores diſceſſerunt. Collatis demum apud Neonem vrbeſ ſignis, Phocenes terga vertere: Philomelus in fuga ex arduo, & prærupto ſaxo cum ſe præcipitem dediſſer, exanimatus eft: Idem necis genus, Amphitionum decreto, eft iis omnibus, qui eum ſecuti fuerant, irrogatum. Philomeli imperium Onomarcho Phocenes detulerunt: Cum Thebanis verò ſocietatem coiuit Philippus Amyntæ filius: Et fanè eius bello gerendi imperio fuſcepto hostes acie fudit. Onomarchus ad mare fugiens à ſuis militibus eft iaculis confixus, ipſius ignauia, & imperandi incititia, ea ſe clade affectos interpretantibus, Talem vitæ finem diuina veluti quædam fors Onomarcho attrulit Phocenes eius fratri Phayllo ſumma cum potestate imperium decreuerunt: Ei vixdum ad imperandum aggresso, talis oblata eft per ſomnium species. Inter Apollinis donaria peruetus effigies quædam fuit ex ære, hominis, cui carne conſumpta, ſola eſſent reliqua oſſa: Aiebāt Delphi ab Hippocrate medico dedicata. Huic Phayllus ſe ſimilem factum vi-

GG 5

dere visus est: Ac paucis post diebus mācie contabescens somnij euentum impleuit. Phayllo extinto, ad Phalacū filium, principatus transiit. Huic quod sacrā pecunia depeculatus esset, imperiū est abrogatum: ac deinde, cum in Cretam classe transmisset vñā cùm iis qui eius partes sequi voluerant, & Cyaonein vrbem cum mercenariorum manu ob siderer: quod imperatum pecuniam illa ciuitas pendere recusasset, amissio exercitu ipse etiam periit. Decimo post anno, quo templū expoliatū est, bello huic quod idē Phocicum & Sacru appellauunt, finem Philippus imposuit. Principatum apud Athenienses obtinente Theophilo, octaua & centesima Olympiadis, qua de stadio Polycles Cyrenaeus victor renuntiatus est anno primo. Phocensiū quidem vrbes expugnatæ, & solo equitatæ fure, quæ iam enumerabitur, Lila, Hyampolis, Anticyra, Parapotamij, Panopeus, Daulis. Harum nomina sunt à priscis iam tum temporibus, neque non ex Homeris plurimum versibus celebrata. Alias obscuras ante Erochum, Charadran, Amphiclean, & Neonas, cum eas Xerxis exercitus concremasset, sua calamitas Græcis notiores reddit. In quo etiam numero fuere Throniū, & Drymæa. Nā aliæ, præter Elatean,

Elatean, ante hunc Phocici bellī exitum minime illustres fuerunt: Thracis scilicet, Phocica, Medeon, Phocicus, Echedamea: Ad has Ambrosus adiicienda, Ledon, & Polygonium: Amplius etiam Sterrhis. Omnes, quas percensuimus, deletæ, & ad formā vicorū redactæ, præter Abas: Nam Abæi sacrilegij prorsus expertes fuerant, & non modo à templi direptione manus abstinerant, sed à belli etiā societate abhoruerant. Est autem Phocēsibus & fani, & publici Græcorū cōuentus cōmunione interdictum. Ius verò suffragij, quod penes ipsos fuerat, ad Macedonas amphictyones trāstulerunt. Non longo interiecto deinde tempore, ex vicis in suas quique patrias restitui, vrbes instaurarunt: Præter eas tamē, quæ ob pristinā tenuitatem, & pecuniæ inopiam refici non potuerunt. Restitutio- nis eius duces, & authores Athenienses, & Thebani fuerunt, antequam clade ad Cheronean accepta, Græcorum vires accisæ essent: Steterunt in acie ad Cheronean ipsi etiam Phocenses, & postea ad Lamiam, & Cranonem cum Antipatro Macedonum rege pugnarunt. Gallorum iūdem exercitum omniū Græcorum acerrime persecuti sunt: Simul vt Apollinis Delphici iniuriā vlciscerentur: Si mal

mulverò vt veterem infamiam abolerent;
Atque hæ de rebus gestis Phocenium
commemorari possunt. A Cheronea sta-
diūm xx. via Panopeum ducit: Vrbs ea est
Phocenium, si modo vrbem eam appellata
repar fuerit, in qua ciues non prætorium,
non gymnasium, non theatrum, nō forum
vllum habent: non denique vllum peren-
nis aquæ conceptaculum: Concauas habi-
tant casas qualia sunt montana tuguria,
inter conuallium aufractus, suis tamen li-
mitibus à finitimis diuiduntur. Mittunt
que certos homines, qui sibi attributum
sedendi locum in Phocenium conuentu
teneant. Nomen vrbis ab Epei patre ductū
aiunt, cum ab initio se Phlegyas fuisse di-
cant. & in Phocidem ex Orchomeniorum
finibus profugos transisse. Veterem Pano-
pei ambitum vidimus, quem stadiūm fuisse
v i i. coniicimus. Subiit Homeri vē-
suum recordatio, de Tityo, quibus Panopeum
vrbem cognomine Callichorum vo-
cat. At in dimicatione de patrocli cadaue-
re, Schedium Iphiti filium Phocenium re-
gem, qui ab Hectore occisus est, Panopei
domicilium dicit habuisse. Huius quidem
rei fuisse causam Bœotorum metum arbi-
tror: Nam cum aliis ex partibus valde es-
set peruvia Phocis, Panopeo ille veluti pro-

arce

arce vtebantur. Alterum verò illud, quid-
nam ita Panopeum Callichorum vocau-
erit, non potui coniectura consequi, prius-
quam à Thyadibus id didicerim: Sunt ve-
rò Thyades Atticæ fœminæ, quæ in Par-
nassum quotannis venientes, vna cum Del-
phicis mulieribus arcana Libero patri agi-
tant sacra: His inter vias, & alibi apud Pa-
nopenes choros instituere solennis ritus
est. Quare videtur Homerus, cum eo no-
mine Panopeum ornat, Thyadum chorū
significare voluisse. Est Panopenibus in
ipsa via è crudo laterculo facellum & in
eo signum è lapide Pételico. Quidam Ae-
sculapium, alij Prometheum esse dicunt:
Eius rei testimonia haud dubia se habere
putant, quod ad præruptas proximi tor-
rentis ripas saxa iacent magnitudine nibi-
lo minore, quam vt plastrū onerate queat
singula. Color illis nō terreni luri, sed qua-
lis in fabulo riورum, & torrentium cerni-
tur: Odorem etiam humani propè corpo-
ris referunt: Reliquias esse aiūt has lutii
illius: è quo primū illū hominē, vnde vniuer-
sum hominum genus extitit, Prometheus
inxerit. Ad eundem torrentis alueum est
Tityi sepulchrum, aggeris ambitus, nihil
maior vni us stadij triente: De Tiro versus
in Odyssæa est.

Porre

Porrectumq; nouem Tytion per iugera terræ.
Hinc versum nō ad Tityi magnitudinem,
sed ad illam, in qua situs est, aream perti-
nere existimant, quod nouem ea iugera
sit. Ad Cleon Magnes (sunt verò Magne-
tes Hermi accolæ) eos maximè homines
rerum miraculis fidē habere non consue-
fe dicebat, quibus in tota vita non conti-
gisset, quidquā intueri, quod esset cōmuni
hominū opiniōe maius: Se certe facile ad-
duci posse ut crederet, & Tityū, & alios
ea magnitudine, quā fama prodidit, fuisse.
Venisse enim forte se aliquando Gades, &
ab ea insula cum tota sui comitatus turba,
quod id Hercules imperasset, mox iterum
Gades reuersum, marinum hominem in
litus eiectum inuenisse, nihilo breuiores
iugerum v. spacio qui fulmine iectus con-
flagrat. Distat à Panopeo stadia plus minus
vii. Daulis. Oppidani in ea numero non
multi sanè sunt: fortitudine verò Phocen-
sium hac ipsa etiam ætate longe præstan-
tissimi. Nomen oppido à Daulide nympha
Cephissi filia impositum tradunt: Credide-
runt alij locū, in quo vrbs munita est, con-
dēsum olim arboribus fuisse: A veteribus
verò concepta sylvis loca Daulia appellata:
Et ex eo Aeschylum Glauci Anthedo-
ni montem Daulum dixisse, In hac vrbe

Tereo

Tereo filium epulādum apposuisse fœmi-
næ dicuntur, quod fuit pollatarum men-
furarum hominibus exordium. Vpupa
verò, in quam mutatum Tereū fama vul-
gauit, avis est paulò cothurnice maior, sur-
geotibus è vertice in crista modum pin-
nulis. Dignum illud admiratione, quod intra
huius terræ fines, hirundines neque pa-
riunt, neque ex ouis pullos excludunt, nec
omnino tectorum laquearibus ullos affi-
gunt nidos. De Philomela verò, Phocenses
dicunt etiam auem factam, Terei-percul-
sam terrore, extra eius patrię finēs euola-
se. Est apud Daulides Mineruę fanū, in quo
peruetus Deæ signum: Quod verò è ligno
est impolitum, deportasse Procnen Athene-
nis ferunt. Dauliadis terræ pars est regiū-
cula Thronis, in qua est heroicum moni-
mentum, heroi illi dicarum, à quo gentis
primordia extiterant. Hunc sunt qui di-
cant Xanthippum hominem bello clá-
rum: Alij Phocum Ornytionis filium,
Sisyphi nepotem fuisse: Ei cotidianos ha-
bent honores, & hostiis mactatis, sanguine
per cauernulam demisso, sepulchrum
perfundunt: Viseera eodem in loco consu-
mere patrium illis est. A Dolide ad Par-
nassum iuga ascenditur, via illa quidem lon-
giore.

giore, minus tamen multo, quam ea est, quæ Delphis eodem ducit, difficulti. A Daulide rursus flectentibus, & recta Delphos pergentibus, ad lœvam ædes est, quod Phocicum vocant. Eò è singulis Phocici nominis vrbibus cōueniunt, qui ad consultandum missi fuerint. Loci ingens est magnitudo quam longè spacium interius patet, columnis testum sustinentibus. Gradus à columnis vtrinque ad parietes attolluntur: In illis sua est Phocensium conuentu sessio: In extremo templo neque columnę, neque gradus vlli sunt: Sed Iouis illic signum in folio Iuno ad dexteram, ad Lœvam Minerua assistit. Hinc progressus ad viam pertenias, quam Schisten, hoc est scissam, nuncupant: In ea patris cædem Oedipus patrauit. Et sanè Oedipi ipsius casuum Græciæ pars quilibet aliquod seruat monumentum. Nam & recens natum plantis pedum transfixis in Cithærone Platæidis terræ monte exponi parentes iusserunt: Eum Corinthus, & quæ ad Isthmum iacer regio aluit. Phocidis triuim paterna cædis est scelere pollutum. Thebanis incestarum nuptiarum, & Eteoclis perfidia perpetua fuit infamia sustinenda. Sed omnino Oedipo quod in triuio commisit facinus, omnium extitit malorum initium

initium, Laij certe, & seruuli, qui cum sequebatur sepulchra in medio extant triuio, congestis in tumulum selectis lapidis bus. Damasistratum Platæis regnante, in cadavera incidisse, eaque ad sepulturam sustulisse narrant. Militaris hinc via acclivis illa quidem & vel expedito homini difficilior Delphos dicit. De ipsis quidē Delphos multa, ac diuersa traduntur: atque in primis de oraculo Apollinis. Ajunt enim fuisse ab initio Telluris eam oraculorum sedem, & ab ipsa Tellure Daphnen, quæ præsideret, delectā: de nymphis quæ montem incoherent Daphnen vnam fuisse. Poëst Græci habent, quæ Eumolpia appellatur: Eius authorem Musæum perhibent, Antiophemi filium. In ea proditum est memor ix, commune Telluri cum Neptuno oraculū illud fuisse: Ipsam quidem Tellurem ore suo responſa dedisse: Neptunum interpretarem habuisse Pyrconem: Ea de reversis huiusmodi sunt.

Telluris cuncti sanctas cognoscite voces,
Et magno Pyrcono Neptuno sacra ferebat.

Neptunus deinde Telluri dicitur parte sua concessisse. Illam Themidi oraculum totum dono dedisse. Ab ea Apollinem illud accepisse, tradita Neptuno, quæ ante Trozenem est, Calaurea. Audiuī etiam:

qui dicerent, pastores quosdam dum pecus illac agerent, cum propè ad eum locum, ubi oraculum fuit, accessissent, repente ter ræ halitu diuinitus afflatus, Apollinis ipsius impulsu vaticinari cœpisse. Magna verò fuit nominis celebritate Phemonoë, quæ cum dei interpres prima fuerit, prima etiam senariis longioribus oracula de cantauit. Bacò tamen indigena mulier Delphis hymno composito, aduenas ab Hyperboreis profectos, oraculum Apollini dedicasse, tradidit: Cum alias, tum Olena, qui primus vaticinatus eo in loco fuerit, primusque senarios longiores repererit. Hi sunt quos Bacò fecit versus.

*Hic posuere tibi iuuenes penetralia Phœbe
Olim ab Hyperboreis Pagasusq; & dius
Agijus.*

Enumeratis aliis Hyperboreis, in ipso hymni fine Olena nominauit.

Atque Olen, primus cecinit qui oracula Phœbi, Communis tamen hominum opinio pri scæ memorie, autoritatem secuta, solas agnoscit mulieres oraculorum interpres. Antiquissimam dei ædem è lauro eratam tradunt: Et lauri quidem ramos ex ea arbore decerptos, quæ ad Tēpe est. Fuit ædis eius forma quasi tuguriū quoddam:

Alte

Alteram ædículam narrant ab apibus è cœra, & pinnulis compactum, quam ad Hyperboreos Apollo miserit. Alius etiam est ea de re sermo: ædem fabricasse hominē Delphum, cui nomen fuerit Pteras, & ex eius nomine de pinnis apum fabulæ locū datum. Ab eodem Pteras Creticam etiam ciuitatem, una litera addita, Apteraos appellatam: Quod verò ex ea herba, quæ in montibus crescens, Pteris, id est filix dicitur, adhuc viridi, fuerit illud opus contextum, omnino ut credam non adducor. Nā terrium delubrum ex ære ædificatum fuisse, quod fama prodidit, mirum videri non debet, si & filia Acrisius thalamum ex ære fecit. Et hac etiamnum ætate extat apud Lacedæmonios Mineruæ sanum, cui à materia Chalcioeco cognomē est. In vrbe etiā forum, quod Romanum dicunt, cum magnitudine, & ornatu reliquo spectantibus est admirationi: Tum verò æneo contegitur lacunari: Quare non omnino à vero alienum videri possit æneum fuisse Apollinis templum. Nam cætera iure fabulosa videantur: Vel à Vulcano ædem illam ex ædificatam: Vel aureas in eo templo virgines cantasse, quod Pindarus commentus est, cum cecinit.

Aureæ cantabant elaquearibus Flexanima.

HH 2

In quo plane Homerum videtur imitari voluisse, de Sirenibus fabulantem. Sed neque quo casu fanum abolitum fuerit ab omnibus ad eundem modum rem expositam compiri. Sunt qui terrae hiatu hausti, alij qui igne consumptum dicant. Quartum sanè templum Trophonius, & Agamèdes metati sunt: E lapide vero extructum memorant. Conflagravit hoc principatus obtinente Athenis Erixilide, octauè & quia quagesima Olympiadis anno prino, qua palmam tulit Diognetas Crotoniates. Quod hæc ætate extat, enixerunt de sacra pecunia Amphistyotes. Eius operis archi testus fuit Spintharus Corinthius. Vetusissimam sanctam urbem olim eodem in loco à Parnasso conditam tradunt. Cleodoræ nymphæ hunc filium fuisse, & sicuti ceteris heroibus è diis patrem Neptunum, ex hominibus Cleopompum attribuunt. Et ab eo cum montem Parnassum, tum verò saltum Parnassium nominatum. Ab eodem præterea Parnasso inuentam affirmant ex aiuum yolaru futuorum prædictionem: Urbem verò ab ipso conditam, imbribus deletam Deucalionis temporibus. Actunc quidem, qui aquarum viopresi non fuere, laporum ylulatum secuti, feris ducibus ad Parnassi iuga confuge-

485

FVIZ LIBER I X. TA 4
runt: Quare quam illic urbem munierunt, Lycorean vocarunt. Sed ab hoc etiam diuersus vulgatus est sermo, Apollini ex Corycia nymphæ genitum Lycorum, & ab eo Lycorean dictam: Antru vero Corycium de nymphæ nomine appellatum. Adiiciunt ad hæc Hyamo Lycori filio Celèno filiam fuisse, è qua Delphum Apollo suscepit, vide nomen, quæ extat ætate nostra, vrbis accepit. Alij Castalium tradunt hominem indigenam filiam habuisse Thyian nomine, quæ cum Liberi sacerdotio funderetur, prima Libero patri Orgia agita uerit: Et ab eo, quæ furore impulsæ sacra Baccho faciant, ab hominibus Thyiadas nuncupari: Apollinis nempe filii, & Thyiæ Delphum fuisse autumati: Sed alij matrem eius Melanen perhibent Cephissi filiam: Interiecto dein tempore yrbe ipsam non soluth Delphos, sed etiam Pytho nominarunt finiti: Testantur id Homerius versus de Phocensium delectu: Sed enim qui subtilius populorum origines exquirunt, Delphi existimant filium fuisse Pythin, & ab eo, duni regnaret, urbi nomine impositu. Est insuper per uagato inter homines sermone vulgatum, ab Apolline quendam eius loci incolam sagittis confixum illic extabuisse, & ex eo urbi nomen cōtingisse quod

ei⁹ temporis homines persimili voce in
iis, quæ corrumperentur, significandis vte-
rentur. Neque Homer⁹ aliam ob causam
Sirenum insulam fuisse ossium plenam di-
xit, quām quōd in ea putrescerent eorum
cadavera, qui Sirenū cantilenis aures pra-
buissent. Qui ab Apolline occisus fuerit
draconem eum fuisse poētæ scripsere, cui
custodiam Tellus oraculi mandasset. Me-
morie etiam proditum est, Cris⁹ cuiusdam
impotentis in Eubœa hominis filium, la-
trociniis viciniam illam totam cum vex-
ret, Apollinis templum violasse, & simul
diripere solitum locupletiū domos. Qua-
re cum iam iterum adfuturus cum infestis
latronum manu expectaretur, Delphis de-
repellenda consulentibus, ædituam, & in-
ternuntiant dei Phemonoēn senariis hilice
longioribus responsū dedit. *Phœbi missa manus sternet lethalis arundo.*
Parnassi vastatorem: tunc cæde piabunt.
Hunc Cretes facti nec fama abolebitur unquam.
Res certe ita tulit ut multorū sacrilegiis
Delphicis Apollinis templum fuerit expo-
situs. Post Eubœensem enim, de quo iam
diximus, latronem, & Phlegyarum natio,
& Pyrrhus Achillis filius illud spoliare
aggressi sunt: Copiarum dehinc Xeris
pars: Et Phœcensium principes: Tum verò

Gallorū exercitus sacram pecuniā diripue-
runt. Non postremo Neronis impietatem
dei donaria effugere potuerunt. Is enim
æneas quingentas partim deorum, partim
verò hominum sustulit imagines. Cum
copti iam essent Pythici ludi celebrari,
antiquissimum fuisse omnium certamen
memorant, inter eos, qui præmio propo-
fito hymnum in Apollinis honorem ceci-
nissent: & primum quidem omnium psal-
lentem viciſſe Chrysóthemis ē Creta, cu-
iūs pater Carmanor Apollinem de cæde
purgasset. Consecutos Philammonem
Chrysóthemidis ipsius, & Philammonis
filium Thamyrim. Nam Orpheum myste-
riorum scientia, & reliqua vitæ dignitate
elatum: Tum etiam Musæum, quod Or-
pheum sibi quem æmularetur proposuiſ-
set, negant in musicum illud certamen de-
scendere voluisse. Tulisse narrant Elea-
theren Pythicam palmam vocis causa,
cum alioquin cantilenam non suam decan-
tasset. Hesiodum tradunt repulsam tu-
lissem, quod carmina sua ad lyram canere
non didicisset. Homer⁹ Delphos quidem
venit cōsulendi, quod opus fuit, causa: Sed
ei, etiam fidibus didicisset, propter oculorum
calamitatem nulli vsui ars esse po-
tuisset. *Quadragesimæ demum & octa-*

uae Olympiadis, qua vicit Glaucias Crotoniata, anno tertio, certamina instituerunt Amphictyones. Cantus ad citharam vt pridem: Cantus item ad tibiam: Ipsarum etiam per se tibiarum: Renuntiati victores sunt de cithareidis, Cephalon Lampi filius: De Aulœdis Echembroton Arcas: De tibiis Sacadas Argivus. Idem vero postea Sacadas biniſ deinceps Pythicis ludis præmium meruit. Eadem præterea tunc, quæ in Olympia athletis indicta sunt certamina, quadrigis tamen exceptis, lege lata ut soli pueri, tum longiore, tum repetito cursu certarent. Altera iam Pythiade subimotis præmiis, coronarium duntaxat certamen ut esset statuerunt, Aulœdorum arte repudiata, quod triste nescio quid auditu, & minimè leti omnis tibiis caneretur: Elegi enim, & funebres modi cum tibiis congruebant. Testimonia mihi fuerit Echembroti donū, æneus tripos Herculi Thebis dedicatus, cum huiusmodi inscriptione.

Echembroton Arcæ dedicauit Herculi, cum præmium ludis

Amphictyonum meruisse, decantatis modulis, & elegis.

Et hæc sanè fuit causa quamobrem ad ludos Aulœdi amplius non admitterentur,

Addiderunt deinde equorum cursum: Et de quadrigis victor renuntiatus est Clisthenes, is, qui Sicyoniorum tyrannus fuit. Octava Pythiade, lege ludorum compræhensi qui assis fidibus canerent: coronam cepit Tegeates Agelaus. Viceima demum tertia accessit ad cætera, iudicra armatorum cursus, de quo lauream reportauit Timoñetus Phliasius, Olympiadibus quinque posteaquam vicerat Demaratus Ereensis. Octava post hæc, & quadragesima Pythiade bigis certari coepit. Vicere Phocensis Excestida iugales: Quinta ab ea pullis ad currum iunctis decursum est: Anteuertit Orphonda Thebani quadriga. Iam pancratium inter pueros, biiugum & iniugem pullum multis seriusquam Elei annis admiserunt, prima videlicet, & sexagesima Pythiade, qua Thebanus Laidas vicit: Vna post hanc interiecta pullum induxerunt iniugem: Nona vero & sexagesima pullorum bigas. Singulari pullo Lycormas Larissæus, bigis victor renuntiatus Macedo Ptolomæus. Aegyptiorum enim reges Macedonas dici se (sicuri sanè fuerunt) facillime passi sunt. Lauream quidem Pythicis ludis peculiarem fuisse nulla alia de causa existimo, quam quod Lado-

nis filiam adamatam ab Apolline fama vulgauit. Conuentum hoc in loco constitutum ab Amphictyone primum Deucalionis filio satis constanti hominum sententia traditur: Et ab eo concessum illum Amphictyonas appellatos. Androton vero in Atrica historia conuenisse in vnum concessum iam tum ab initio Delphos, finitos omnes, scriptum reliquit: Et ex eo Amphictyonum nomen extitisse. Inui- luisse deinde temporis longiore intervallo ut Amphictyones dicerentur: Ab ipso quidem Amphictyone in commune confi- lium vocatos tradunt hos Graci nominis populos. Ionas, Dolopas, Thessalos, Ace- nas, Magnetar, Malenses, Phiotas, Phoenes, & Locros Phocidi finitos, Cne- medis montis accolae. Postea vero quam Phocenses templum diripuerunt, decen- nali iam bello consecro, mutatione etiam seorsim Amphictyonum curia: Siquidem Ma- cedones locum in ea sunt adepti. Phocen- fium vero natio, & ex Dorico nomine La- cedemonij, sunt ordine moti: Illi ob ad- missum sacrilegium, hi quod opem Pho- censibus tulissent, multa affecti: Verum cum Galli duce Brenno Delphos adorti fuissent prae cunctis Grecis Phocenses stre- nue rem gessere. Quare & Amphictyona-

rum,

L I B R . X . 491
tum, & pristinam omnem veterem digni- tatem reperirent. Augustus deinde impe- rator Nicopolitanis etiam, qui ad Actium sunt locum, esse inter Amphictyonas voluit: Cum Magnetar, Maleenses, Aceanas & Phiotas, contribuere se Thessalis iuf- sisseret. Suffragia vero, quæ illorum, & Dolopum fuerunt (interierat enim iam Dolopum gens) ad Nicopolitanos transtulit. Fuerunt ætate mea Amphictyones numero xxx. A Nicopoli, Macedonia, & Thes- salis bini: Ex Beotis vero (nam & hi pri- scis temporibus Thessaliae partem tenuerunt, Aeolenses appellati) ex Phocensibus item, & Delphis bini: Vnus ex vetere Do- rica terra. Mittunt præterea Loci, qui Ozolæ appellantur, & simul qui ultra Eubœam sunt, vnum utriusque. Vnus Eubœensis, & item vnius Atheniensis ac- cedit: Athenæ quidem, Delphi, & Nicopo- lis, omnes obeunt Amphictyonum con- uentus: nam ex ceteris quos enumeraui- mus populis, vicem quisque suâ rato tem- poris ambitu in eum concessum conueniunt. In primo vrbis ingressu continentur sunt sacrae ædes quatuor: Earum una ruinosa est: vacua est altera signis, & statuis: tertia, & quarta Romanorum Imperatorum non sanè multorum habent imagines

&

& quarta sancè Minerua vocatur Pronæ: Et figais, quæ sunt in primo templi aditu, quod est maius, quam id quod intus est, Massiliensem donum fuit. Sunt hi Phocensium, quæ Ioniz gens sunt, Colonia: Eorum nempe hominum pars, qui ex Phœci Harpagum Medium fugere. Hi nāque cum nauali pugna Carthaginenses vicissent, & cupata ea, quam nunc incolunt, regione, ad magnas opes, & ducentā fortunam sunt proiecti. Et Missiliensem quidem æneum est donum: Aureum verò scutum à Creso Lydorum rege dedicatum Minerua; Pronæ: aiebant Delphi, Philomelum eripuisse. Adiuncta est Pronæ templo Phylactacellum heroicum. Hunc Phylacum inter Delphos fama proditum est auxilium ipsis Persis irruentibus tulisse. In ea gymnasij parte, quæ sub dia est, feram aliquando suem natam tradunt: Eam Vlyssem ad Autolycum proficisciencem vñā cū ipsius Autolyci filii venatione persecutum, & ab ea sancè vulnus supra genu accepisse. Fleetentibus ad lāuam à gymnasio, ac nihilo ferme longius quam stadia 1. i. 1. descendebus, aquinus est Plesitus nomine: Is ad Cirrham Delphorum naualem stationem, & proximum mare defuit. Rursus à gymnasio sursum ad finum via dicit, ad dexte-

ram Castalæ aqua præterfluit, suauis illa quidem portu. Fonti nomen indigenā quādam mulierem dedisse ferunt. Virum alij Castalium. Panyasis autem Polyarchi filius, in iis versibus, quos in Herculem fecit, Acheloi filiam fuisse Castaliam perhibet. Sic enim de Hercule loquens scripsit.

*Parnassi ut celeri pede saxa nivalia liquit,
Castalæ tetigit inges Acheloides undas.*

Audiui etiam qui dicent, aquam illam Castalæ dono datam à Cephiso amne. Hoc Alcæus versibus mandauit in proluſione quadam suorum in Apollinem versusum. Id confirmant Lilæenses, qui cum in Cephissi fontem patria quædam bellaria, & alia quæ sunt more maiorum tradita, statis quibusdam diēbus quotannis porripliant, eadem in Castalia rursus emergentia conspicunt dicunt. Vrbs ipsa Delphis quavis ex parte in cliuum resupinatur: Et eodem sancè est, quo oppidum situ, sacrum Apollinis septum: Spacio illud quidem per amplum in suprema urbis parte eminet: Scindunt se illinc multisidi exitus. Ea certe donaria, quæ memoria in primis digna visa mihi fuerint, persequar. Nam athletas, & eos, qui in musices certamen descenderunt, ordinarios alioqui homines, nulla mentione dignabor. Nam illustribus.

bus viris, quorum in maxima fuit celebritate nomen, in iis, quos de Eleis conscripsimus, commentariis, locum suum dedimus. In eum tamen numerum non venit Phayllus Crotoniata, quod nulla ei contigit Olympica palma: Pythicis vero ludis de quinquertio duas, de stadio tertiam tulit. Idem nauali prælio cum Persis confixit, cum propriam sibi nauem edificasset, & in eam Crotoniata omnes, qui forte in Grecia tunc peregrinabantur, imposuisset. Huic Delphis statua posita fuit. Hæc quæ de Crotoniata homine dicerem habui. Sacram ingressiæ stream taurus ex ære præ oculis est, Theopropi Aeginetæ opus, Coreyræorum donum. Proditum memoriae est Corcyra aliquando aliis bobus relictis, taurum è pastu redeuntem, contra pelagus mugitus edidisse: Cùmque per totum diem illic constitisset, bubulum ad mare descendisse: conspexisse verò infinitum propè thunnorum numerum, quod cum indicasset Corcyràis, illi (quod thunnos capere conati operam leverant) sciscitatum Delphos misere. Ex Apollinis verò responsu taurum Neptuno mactant: Confectoque mox sacro pisces capiunt. Donum è decima prædæ in Olympiam, & Delphos mitt

mittunt. Subinde sunt Tegeatarum, & Lacedæmoniorum dona Apollo, & Victoria, & indigenæ heroës, Callistò Lycaonis filia, Arcas è quo regioni nomen, & Arcadis filij Elatus, Aphidas, & Azan: Cùmque his Triphylius, cuius mater non Eratò fuit, sed Laodamea Amyclæ Lacedæmoniorum regis filia. Dedicarunt etiam Erasum Triphyli filium. Apollinem, & Callistò, Pausanias Apolloniata: Victoriam, & Arcadis effigiem, Dædalus Sicyonis: Triphylum, & Azana, Samo las Arcas: Elatum, Aphidantem, & Eram, Antiphanes Argiuus fecit. Hæc Tegeatæ signa Delphos misere, Lacedæmoniis bello captis, qui hostiliter eorum fines inuaserant. Sunt his è regione quæ Lacedæmonij Atheniensibus superatis dedicarunt: Castores, Iupiter, Apollo, Diana: Cùmque his Neptunus, & Aristocriti filius Lysander, à Neptuno coronam accipiens: Abas præterea, quo vate vsus est Lysander, & qui fuit prætoriæ nauis gubernator Lysandro, Hermon. Hunc Hermonem Theocosmus Megarensis finxit, cum fuisset in Megarenium ciuitatem adscriptus: Castores Autiphanis Argui opus fuere: Vatem fecit Poëson è Calurea Troëzeniorum: Damias Dianam, Neptu

Neptunum, & Lysandrum: Athenodorus Apollineum, Louem: Arcades ambo ex Clitore fuerunt. Sunt à tergo iis, quos iam recensuimus, positi, qui ad ægōs flu-
men vel è Spartanis, vel è sociis Lysandro
operam suam nauarunt: Aracus, & Eri-
anthes, Lacedæmonius ille, hic Boeotius:
Minante: Iam verò Astyocrates, Ceph-
focles, Hermophantus, Icesius, Chij: Ti-
marchus, & Diagoras Rhodij: Cnidius,
Theodamas, Ephesius Cimmerius, Mile-
sus Aeantides, hos omnes Tisander fe-
cit. Qui deinceps nominabuntur, Aly-
pus Sicyonius, Theopompum Midensem,
Cleomeden Samium: Ex Eubœa Aristoc-
len Carystium, Autononum Eretrien-
sem, Aristophantum Corinthium, Apol-
lodorum Troëzenium: Ex Epidauro, qui
in finibus Argiorum est, Dionem. Adha-
rent his Achiuus Axionicus ex Pellene,
ab Hermonione Theares, Phocensis Py-
rias, Conon Megarensis, & Agimenes
Sicyonius. Ex Ambracia, Corintho, &
Leucade, Telecrates, Pythodotus Corin-
thius, & Ambraciotas. Euantidas. Postro-
mi sunt omnium Epicyridas, & Ereoni-
cus Lacedæmonij Opera haec esse dicunt
Patrocli, & Canachi. Clades certe, qui
affecti sunt ad Aegos flumen. Athenien-

ses, dictitant illatā sibi nō iusto prætro, sed
prætorum suorū predicatione, quos pecunia
hostes corrupserant. Dôna enim à Lysan-
dro, Tydeum, & Adimantum accepisse,
eius rei testimonia ex Sibyllinis carmi-
nibus afferunt.

*At tum Cecropidis luculum, gemituq; ciebit
Iuppiter altitonus, rerum cui summa po-
testas.*

Nauibus exitium, & crudelia funera bello.

*Ille seret, culpaq; ducum dabit omnia pes-
sum, et morsq; quoq; mactipræciosus.
Alia etiam Musæ carmina pro oraculis
habent.*

*Et fera tempestas urget, Georce arctos
Fraude ducus, sed certa aderunt solertia vicit.*


*Nanque urbem hostilem evenerunt, panarq;
reponcent.*

*Et eups olli delusor non
Et hæc quidem de pugna illa prædicta fue-
rint. Nam eius etiam pœnali, quod ad Thyre-
ream inter Lacedæmonios, & Argios co-
missum est, ancipitem equum fore ea-
dem Sibylla prædixerat. Sed Argui, se-
cum præclaritus, quam cū hostibus actu-
rati equum ad effigiē Durij Delphos mi-
serunt, ab Antiphane Argiuō fabricatum:
Incius basi inscriptio indicabat, proxim-
a signa ex decima Marathonia pugnæ
dedicata: Ea fuerunt Minerua, & Apollo:*

Et ex iis, qui imperium gesserunt, Milta-
des: Ex eorum vero, qui heroum nomine
celebrantur, Erechtheus, Cecrops, & Pan-
dion: Celeus etiam, & Antiochus, quem sus-
cepit Hercules ex Midea Phylantis filia:
Tum Aegeus, & de Thesei filiis Acamas.
Hi enim Atheniensium tribubus ex Apol-
linis Delphici oraculo cognomina dede-
re. In hoc numero sunt Melanthi filius
Codrus, Theseus, & Phyleus, cum ab his ta-
men non acceperint tribus nomina. At
que hos quidem, quos percensuimus, Phi-
dias fecit: Et omnino de Marathonia pug-
næ decima sunt. Antigonus postea, &
eius filium Demetrium, ac simul Ptole-
maeum Aegyptiū Delphos miserūt: Hunc
benevolentia adducti, illos metu. Sunt
non procul ab illo equo alia etiam dona-
ria: Argiorum videlicet duces, qui Poly-
nicis partes fecuti, Thebas oppugnatim
iere, Adrastus Talai, Tydeus Oenei filius,
Preti etiam nepotes, Capaneus Hippo-
noi, & Eteocles Iphis filii, Polynices, &
Hippomedon ex Adrasti sorore genitus.
Positus est illic Amphiarai etiam currus.
In eo Baton stat Amphiarai auriga, & ei-
dem etiam generis necessitudine coniun-
ctus. Eorum postremus est Alitherses: Op-
fices horum fuere Hypatodorus, & Aristot-
ites.

giton. Dedicatos Argui dicunt de manu-
biis eius victoriae, qua ipsi ad Oenoēn Ar-
golicæ terræ urbem Atheniensibus adiu-
vantibus de Lacedæmoniis potiti sunt. Ex
eadem, opinor, pecunia eos etiam dedica-
runt, qui sunt communi inter ipsos voca-
bulo Posteri appellati. Forum enim sunt
ibi positæ imagines, Sthenelus, & Alcmæ-
on, cui æratris causa honorantiorem existi-
mo locum datum. His adiuncti Promachus,
Thersander, Aegialeus, & Diome-
des: Inter hos postremos medius est Eu-
rialus. Sunt ex aduerso aliæ statuæ. Om-
nes miserunt Argui, cum in Messeniis re-
stituendis Epaminondam Thebanorum
ducem iuissent. Heroum ibi sunt effi-
gies, Danadus rex, cuius magnæ fuerunt
Argis opes: Hyperimestra, quod: vna ex
eius filiorum numero manus puras habuif-
set: Prope eam Lynceus, & omnes qui ab
Hercule, & eo altius repetitum, à Perse-
genus ducerent. Iam Tarentinorum equi-
æni, & captiæ fœminæ dona sunt, quæ
Messapiis Barbara gente, finitimis suis
victis, miserunt. Ageladæ sunt Argui
opera. Tarentum quidem Coloniam La-
cедæmonij deduxere, duece Phalanto Spar-
tano. Huic Coloniam deducturo Delphis
oraculum redditum est, cum sub Aethra
nuissit.

pluiani animaduertisset, tunc se agri, & urbis compotem fore. Sed cum neque per se quid illud responsum innueret satis considerasset, neque omnino quequam inter pretum consoluisset, clasie in Italiam applicuit. Ibi cum Barbaros viciisset, neque tamen vel urbe, vel agrō ullo potiri posset oraculi ē te nata ei in mentem venit: At planè sibi quod fieri nullo pacto posset, de voce significatum suspicari cœpit, quod scilicet nunquam euenturum esset, ut puro, se renō que cœlo (quam Aethran Græci vogant) plueret. Hunc vxor animum desponsante consecuta enim domo fuerat amans multis modis solabatur, & eius genibus aliquādo caput sustentās, dum pediculos legit lachrymæ præ animi exigitudine ob aduersos viri casus, & irritā spem mulieris oborte, quare effusus flens, viri caput perfudit. Tunc primū euolutæ sunt oracula ambages: Aethræ enim uxori nomine fuerat. Ea itaq; nocte, quæ diē illū insecura est, Tarentum hostiū urbem maritimā maximam & opulentissimam cepit. Tarantum quidā heroem Neptuni, & indigenæ oym phæ filium fuisse dicunt: Ab eo verò nomine impositū urbi, & flumini: Eodem enim fluuius quo urbs nomine vocat. Proximū est Tarentinorum dono Sicyoniorū thesaurū;

Pecunia id sacra receptaculum est: Verū pecunia neque in eo, neque in thesauro alio quoquam Delphici templi villa est. Gnidij etiam signa Delphos attulunt, Triopas Gnidii conditorem equo insidentem, Latonam, Apollinem, & Dianam sagittis Tityum petentes, saucio illum iam corpore. Hæc iuxta Sicyoniorum thesaurum sunt. A Siphniis etiam factus est thesaurus ob causam huiuscmodi. Siphniorum insula Aurifodinas habet, de quarum fructibus iussit Apollo sibi decimam offerri. Illi certe thesauro condito decimam obtulerunt: Postea verò quām nimio pecunia retinendæ studio ab ea religione desciuerunt, maris alluvie metalla prorsus abolita sunt. Statuas etiam Liparæ Tyrrhenis nauali prælio victis dedicarunt. Liparæ ipsi Gnidiorum Colonia fuerunt.  Ius ducem hominem Gnidium Pentathlum nomine fuisse. Anthiochus Syracusanus Xenophanis filius in Siciliensi historiæ scriptum relquit. Addit Gnidios ex ea urbe, quam ad Pachynum promontorium condiderant, ab Elymis, & Phœniciis cibis bello pulsos, ihsulas desertas tenuisse, electis prioribus colonis, quæ ex Homericis versibus nostra etiamnum ætate Aeoli nuncupantur. Eorum vnam, cui

nomen cum munissent, in ea domicilia sta-
tuerunt sua: Hieras, Strongylem, & Di-
dymas ad arationes reseruarunt, & in eas
sanè nauibus agri colendi causa transmit-
tunt. In Strongyle haud dubie è terra
ignis erupit. In Hiera ignis è summo
eius insulae promontorio sponte sua accen-
sus euomit. Proximè ad mare balneæ sa-
lubrium aquarū sunt: Et ibi lauentes aqua
temperatior excipit: Nam alibi præ feruo
re in eam descendantibus incommodior
est. Sed vt ad templi donaria redeamus,
dedicarunt Thebani etiam, & Athenienses
ob rem in præliis bene gestam, quos the-
sauros appellant. De Gnidiis non habeo di-
cere, victoria ne votum miserint, an verò
suas opes ostētandi causa thesaurum adi-
ficarint. Nam Thebani Leuctricæ pugnæ,
Athenienses Marathoniæ thesauris dedi-
catis memoriam extate voluerunt. Cleo-
næi cum pestilentia nihil minus quam A-
thenienses laborassent, oraculi monitu
Sole primum oriente caprum immola-
runt, ac deinde lue sedata æneum caprum
Apollini miserunt. Coniuncta sunt Po-
ti dætarum, qui sunt in Thracia, & Sy-
racusanorum dona: Hicладem Athenien-
sium insignem, illi pietatem duntaxat in
deum suam thesauris collocandis testifi-

catis sunt. Porticum Athenienses de ma-
nubii, quas tum Peloponnesis, tum verò
eorum locis Græci nominis eriperant,
dedicarunt. Affixa etiam eodem in loco
sunt nauium rostra, & simul scuta ænea.
Civitates enumerat inscriptio, de qui-
bus manubias misere Athenienses, Eleo-
rum, Lacedæmoniorum, Sicyonem, Me-
gara, Pellenenses Acheorum, Ambra-
ciam, Leucadem, Corinthum ipsam: Ex
nauibus quidem pugnis contra hos po-
pulos Theseo patentarunt, & Neptuno,
eodem in loco, cui cognomen Orio, Sa-
crum fecere. Eadem inscriptio (vti mi-
hi videtur) Phornionem Asopichi filium
& eius res gestas ornat. Saxum illic emi-
net, de quo Sibyllam Herophilen oracula
canere solitam Delphi tradidere, quæ co-
gnomine sibylla nuncupata ab initio fuit,
perinde atque aliam quamvis antiquam
fuisse comperi: Filiam Graci Iouis & La-
mia dicitant, Lamiam ipsam Neptuno
genitam, mulierum omnium primam va-
ticinatam, & ab Afris Sibyllam nomina-
tam: Hæc verò, de qua nunc est sermo He-
rophile, illa certe posterior: Cōstat tamen
& ipsam ante Trojanum bellum vigi-
se: Prædictis enim ad Asia, & Europe perni-
ciem Spartę Helenam educatū iri, proprie-

quam futurum esset, ut Ilium fueretur à Gracis. Etus fœminæ hymnorū Delij mentionem faciunt: ipsa vero se non Herō philen solum sed Dianam etiam suis versibus vocat: Est vbi vxorem se, & vbi vel sororem, vel filiā Apollinis esse dicit: Sed hę scilicet furens, & divino afflato perculta. Alibi vero immortali matre, patre homine se natam dixit hisce versibus.

Partim ego Ceti uero mortali patre creata,
Partim immortali nymphas me fontibus Ida
Eduxit vitreis: tenuis, glebaque rubente,
Marpeſſis mari patria est, flumiūsq; Aidonei.
Extant autem adhuc in Ida Phrygiæ Marpeſſi vrbis vestigia, quo loco sunt inquili-
ni circiter Lx. Tota est circa Marpeſſum
terra subrufa, & mirè torrida: Quocirca
quod Ladon amnis modo se subter terram
abdat, modo rufus emergat, ac eiusmodi
ſapius repetitis vicibus postremo penitus
occultetur, ad Idæ montis naturam arbore-
tro referendum, quod ratum est, ac perti-
nuē solum, & multis cuniculis cauerno-
sum. Abest ab Alexandria, quæ est in Troa-
de, Marpeſſus stadia fermè ducenta & qua-
draginta. Et Herophilen quidem, qui
Alexandriæ degunt, Apollinis aiunt
Sminthei fuisse ædituam: Heu bæ vero
ſomnium interpretatam, ita ut rei, qui

vulgo

vulgo notissimus est, eventum diuinarii. Magnam vitæ partem egit haec Sibylla Sa-
mi, sed Claron etiam, quæ Colophonio-
rum vrbis est venit: Venit eadem Delon,
& Delphos: Ac Delphis quidem de quo di-
ximus saxo vaticinia edebat sua. Mors ei
in Troade contigit: Eius est sepulchrum in
Sminthei luco, incisis columnæ elegis.
Ille ergo sum Phœbi interpres, non vana Sibylla;
Hic quæ marmoreo contineor tumulo,
Vocalis quondam, æternum nunc mutata puella,
Heu nimis, heu fati compede pressa graui.
Mercurio tamen, & nymphis sociata quiesco,
Quod fuerim Phœbo grata, ferens pretium.
Iuxta sepulchrum erectus est Mercurius è
lapide figura quadrangula: Ad laudem aqua
in conceptraculum delabitur, vbi nympharum
signa sunt. Erythræi (de Herophile
enim hi acerrime Græcorum omnium cer-
tant) Corycum montem, & in eo antrum
ostendunt, in quo natam Herophilen dis-
cunt: Parentes eius fuisse Theodorum ho-
minem indigenam, & nympham, cui fue-
rit cognomen Idæ: Cognominis non es-
se aliam rationem, quam quod condensa
arboribus loca Idas tunc homines appellariint. Versum quidem de Marpeſſo, dé-
que Aidoneo flumine eximunt Erythræi
ex Herophiles carmine. Iam post illam

1534

II 5

eam quæ fatidica ipsa etiam fuit, è Cumis, quæ sunt in opicis, & Demò nomine fuisse appellatam Hyperochus vir Cumanus scripsit. Eius tamen fœminæ prædictionem omnino nullam Cumani, quam cuiquam ostenderent, habuerunt: Ostendunt certe vñculam in Apollinis, in ea Sibylæ condita esse ossa dictitantes. In fatidicatum fœminarua numerum conscribunt Hebræi, qui supra Palestinam sunt secundum Demò gentilem suam, Sabbathum nomine, quam Beroso patre, matre Erymanthe genitam tradunt: Hanc alij Babyloniam, Aegyptiam alij Sibyllam vocant. Phœnix vero hominis in Chaonibus regnantis filia, & Peleæ apud Dodonaeos, quas columbas fuisse fabulati sunt, diuinaronit ille quidem, Sibylæ tamen non fuerunt ab hominibus vocitatae. Phœnidis certe neque ætatem inquirere, neque vaticinia colligere est difficile. Iisdem enim temporibus extitit, quibus regnum Antiochus capto Demetrio occupauit. Peliadas vero Phœnoë fuisse dicunt ætate superiores, & mulierum omnium primas versus illos decantasse.

Iuppiter est, fuit, atque erit: ò bone Iuppiter alme,
Quæ tribuit fruges Tellarem dicit matrem.

Inter

Inter viros autem vates numerantur Euclous Cyrius, Atheniensis Musaus Antiochensis filius, Lycus Pandionis, & ex Boeotia Baccis, quem nympharum instinctu diuinasse credunt. Horum omnium vaticinia, præterquam Lyci, usurpant: Et haec quidem de fœminis, & viris, quibus ad hunc usque diem diuinandi scientia diuinatus contigit, memorie prodita sunt: In sequentibus debinc seculis credi facile potest eiusmodi homines, qui futura prædicant, non defuturos. Bisontis veio Pæonici tauri caput ex ære fabricatum, Driopion Deontis filius, Pæoniorum rex Delphos misit. Bisontes belluarum omnium viui difficillime capiuntur: Nullæ enim sunt adeo validæ plagæ, quæ irruentis feræ impetum sustineant. Eius venatio ita comparatur. Supinum diligunt locum, & in conuallem decluem: Eum præualido septo vndique muniunt: Clivum deinde recentibus boum coriis insternunt: Recentium si non suppeditarit copia, arida aspersione olei lubricant: Ibi in equis exercitatissimi homines, Bisontes intra illum ambitum agunt: qui per ventra coria delapsi, in præceps ad imam usque planiciem deuoluuntur, illuc ad quartum, aut quintum ad summum diem neglecti relinq-

relinquuntur: Tum laetus in line, & fame debilitati cadentibus iam animis facile conſequuntur. Sunt qui ad eos mansuetiendos artem adhibeant, & iacentibus adhuc pīne nūc nucleos interioribus exemplarēs testiculis apponant: Alium enim cibum nullam bellua tunc appetere: Postremo vinculis districtos abigunt: Et ad hunc Bisontes modum capiuntur. Ex adverso Bisontis capitixne, statua est lorica induita, & supra lorica chlamydem: Positam autem Delphi ab Andriis Andros fūx gentis authori. Apollinis, Minerua, & Dianæ signa Phocensium dona sunt, de vītis Thessalī semipternis hostibus suis, & finitimi illis quidem praterquam ex ea parte, qua à Phocide dirimuntur Lōcis Hypocnemidiis interiectis. Dedicarunt etiam Thessali, qui ad Pharsalum sunt, & Macedones ē Dio vīrbe Pieria: Tum verò Cyrenæ Graci nominis in Libyā: Currum hi, & in curru Ammoniem: Diæ Apollinem ceruam prensantem: Pharsalij Achillem equo incidentem. Iam verò Corinthijs, qui in Doriensibus censemunt, thesaurum exedificarunt, & in eo aurum de Lydis reponuerunt Herculis signum donum est Thebanorum, de bello, quod cum Phocensibus gestum Sacrum appellarent:

Sunt

LIBER XAVIAR 309
Sunt & æneæ effigies, quas iidem posuerunt Phocenses, fuso altero cōgressu Thesfalarum equitatu: Delphos Phīsī, comportarunt æneum lōuem, & item æneum Aeginæ simulachrum. Ex Arcadum Mantinea Apollo æneus est: Non procul à Corinthiorum thesauro Hercules, & Apollo tripodem prensant, ac de eo, iam propè sunt pugnam commissuri: Sed Latona, & Diana Apollinis, Minerua Herculis iram leniunt: Hoc ipsum etiam fuit Phocensiū donum: Eo dedicarunt tempore, quo ipsos contra Thessalos Tellias Eleos duxit. Sigla alia Diyllus, & Amyclæni communī opera fecerunt: Mineruam, & Dianam Chionis elaboravit: Fuisse hos opifices dicunt Corinthios. Tradunt Delphi venienti ad oraculum Herculi Amphitruonis filio Xeno clean Dei interpretem responsum date recusasse, quod crēde Iphi- ti erat pollutus. Tunc itaque sublatum ē templo tripodem Herculem foras asportasse. Ipsam verò interpretem ex tempore dixisse.

Hic Tirynthius Alcides, non ille Canbebeus. Nam & aore Aegyptius Hercules Delphos venerat. Sed Amphitruonis filius Apollini tripode reddito, quidquid voluit à Xeno clea didicit: Hinc poëtæ sumpto argumen-

to

to fabulæ mandarunt Herculis cum Apolline de tripode pugnam. Commune fuit Græcorum de Platæensi prælio donum, a reus tripos sustinente æneo dracone. Sed æs adhuc manet ex eo donario integrum auri quod fuit Phocensem duces amouunt. Tarentini etiam de Peucetiis Barbara natione, à se victis, decimam Delphos miserunt: Signa elaborarunt Onatas Aegineta, & Calyorthus. Equestres, & pedestres sunt imagines, Opis rex Iapygum, Peucetiis auxilium ferens, atque hic quidem in pugna cadenti persimilis: Qui vero adstant Taras heros est, & Phalantus Lacedæmonius, & ab eo non longe Delphinus. Ante enim quidem in Italianam perueniret, naui in Crissæo mari fracta, ad litus Delphino euectum Phalantum tradidit.

At Bipennes quædam Periclyti Euthymachi filii, Tenedij homiois donum, vetus fama dedicationis causam vulgavit, Cycnum autem Neptuni fuisse filium, regnasse eum Colonis: Oppidū hoc in Troade fuit, ad Leucophryon insulam. Filiam habuit Hemithean, & Tennen filium et Proclea Clytij filia, Caletoris illius germana sorore, quem ab Aiace in prælio interfactum memorat Homerus, cum faces in Protefilai nauem immitteret. Proclea

morti

morta, alteram Cycnus vxorum duxit Paionomen, Craungasi filiam. Ea cum in præsigni incidisset amorem, repulsam ægre ferens, Tennen facta calunnia apud virum criminata est suum, quod ille invitauit, & repugnantem constuprare conatus esset: Mendacio captus Cycnus, iuuenem cum sorore in arcam inclusos, in mare abiicit: Incolantes illi in insulam expununtur, cui cum ante Leucophrys nomen fuisset, de Tenni postea nomine Tenedos fuit appellata. Sed fraude aliquando detecta, ad filium Cycnus navigauit, quo se illi purgaret, & eius, quod per credulitatem temere commisisset, facti veniam posceret. Cum itaque appulisset, & ad faxum, siue arboris truncum nauem religasset, Tennes ira impulsus bipenni retinacula abscidit. Ex eo in prouerbijs consuetudinem venit, ut quidquid qui quis præfracte negarit, is Tenedia bipenni præcidiſſe dicatur. Tennen ipsum ab Achille, dum prædas ex insula agentibus Græcis occurrat, occisum autumant. Tenedij in sequentibus deinceps se Alexandrinis que in Troade continentis sunt, tribuerunt. Nam Græci, qui contra Persarum regem bellabant, Iouem in Olympia æneum, Apollinē Delphis, vota, de victoria ad Artemisium, &

Salam-

Salaminoem, dedicarunt. Aiunt etiam Themistoclen Delphos profectum Apollini Medorum exquias attulisse: Percōtantem verò ouiquid intra templum ea dona locare, iussisse Rythiam, ut eas omnino extirpani limen auferret. Versus, quibus illa re sponsum dedit, hi sunt.

*In templo pulchras nostro ne figite Persae
Exuuias, subito sed vestras mittite in edes.*

Cum admiratione certe causa queri potest cur ab uno Themistocle oblatâ dona de Medis, accepta Deus non habuerit: Sunt enim uero qui Persica omnia spolia interdem repudiaturum fuisse credant, si ante quam dedicarentur, nuaquid sibi ea vellet offerri, quæ situm esset. Non defunt qui dicant Apollinem cum præsciret supplicem ad Persas iturum Themistoclem, siccirco sibi exuuias illas dedicari prohibuisse, ne religiosis monumentis testatum odium, fidem deprecationi abrogaret. Haec Barbarorum in Græciam irruptionem prædictam Baccidis oraculis inuenias. Ante etiam ab Euclleo ea de re carmina edita sunt. Delphorum est ipsorum, prope aram maximam, donum, Lupus æneus. Hominem quendam aiunt sacram pecuniam, quam compilasset, abdidisse in ea Parnassi parte, que

maxime esset sylvestribus arboribus condensa: Lupum verò in dormientem impetu facto illum occidisse: Ac deinde quotidie cum v lulatu solitum intra urbem penetrare. Id cum non nisi diuinitus fieri existimare homines cœpissent, feram secuti, aurum sacrilegio ereptū repererunt, & ad rei memoriam lupum ex ære dedicarunt. Phrynes inauratam effigiem elaborauit Praxiteles, vnum & ipse de mulieris amatoribus, ipsamet dedicauit. Quæ his adiuncta sunt Apollinis signa, alterum Epidaurij, qui sunt in Argiorum finibus, de Medorum manubiis: Alterum Megarense, victis ad Niſſæan Atheniensibus, posuerunt. Bucula à Platæenibus dedita, eius est temporis monimentum, quo intra suos fines iis cum aliis Græcis Mardonium Gobriæ filium vlti sunt. Sunt alia rursus duo Apollinis signa, Heracleotarum alterum, qui ad Euxinum pontum sunt: Amphiictyonum alterum de multa, quam Phocæis irrogarunt, ob id, quod Sacrum solum coluissent. Est apud Delphos hūic Apollini cognomen Sitalcas, magnitudine quinque & triginta cubitorum. Sunt illic duces multi: Diana præterea, & Mineruæ, duóque Apollinis signa, ab Aetolis dedicata, de Gallis in pugna su-

peratis. Gallorum quidem exercitum ex Europa in Asiam ad urbium perniciem transmissurum prædictum Phœnix ætate vna antequam res gereretur.

*Hostilis Gallorum acies tunc milite multo
Littera complebit: transmisſis fūlibus Hellis
Vastabit populan's Asiam: sed dī grauiora
Intentat illis pelagi prope cœrula sedes
Qui posuere suas: Sed enim his quoque Iuppi-
ter ipſe*

*Auxilio, clari mittet tauri generosam
Progeniem, tristī que sternet funere Gallos.
Tauri filium dixit Attalum Pergami re-
gem, quem ipsum Tauricornem etiam idē
Apollo nominavit. Equitatus duces, ascen-
dentes in equos, fusis equestribus Athenie-
sium copiis, Apollini statuerunt Pherai.
At palmam æneam dicarunt Achenienses,
cum Mineruæ signo aureis lamine inten-
tro, duplicis victoriz monumentum, qua
potiti sunt ad Eurymedontem, pedestri
acie, & nauali pugna prospere in ipso flu-
mine commissa. A multis eius signi par-
tibus cum aurum reuulsim vidissim, cul-
pam ego in homines improbos, & sacrile-
gos conferebam, priusquam ex Atticarum
rerum commentario, quem scripsit Clito-
demus, eorum qui literis res patrias man-
darunt, verutissimus author, cognomis-
sem,*

sem, comparata ab Atheniensibus classe,
ad Siciliensem expeditionem magnum cor-
uorum numerum Delphos conuolasse, ir-
rueruntisque in illud signum, aurum rostris
auellisse. Additum est, hastam, noctuas, &
cariotas, quæ ad palmularum similitudi-
nem ex auro factæ fuerant, eosdem illos
coruos abrupisse: Sed & alia prodigia idē
commemorat Clitodemus, quæ ab ea nau-
gatione suscipienda Athenienses deterre-
re debuerant. Cyrenæi Delphis Battu statuam posuerunt in currū, quod is ex insula
Thera eos in Africam deduxisset, in Colo-
niam. Aūriga est eius mater Cyrene: In cur-
ru Libye nympha Battu coronam impon-
nit: Opus fecit Amphion Acestoris filius
Gnoſſius. Deducta iam Cyrenis Colonia,
Battu, vocis huiusmodi medelam repe-
rit: Dum Cyrenæi in Africæ deserta excur-
sunt, leonem cōspexit: Re improuisa terri-
tus, magnum, & clarum sustulit clamore. Non
longe ab Aristæi statua Apollinem
alium Amphistyones dedicauit, de pecu-
nia multatiria Phœciū. Extam multis,
quæ Apollini miserunt Lydorum reges,
donis, reliquum iam nullū est, præter fer-
reā Halyati craterē basin. Eam fecit Glau-
cus Chius, qui primus ferri artem ferru-
minaudi excogitauit. Illius certe basis iun-

sturæ singulæ nullis aut fibulis, aut clavis,
sed solo coagmentantur ferrumine. Basis
forma est eadem, propè qua turris, ima
parte latior, in obtusum fastigium surgens.
Latus quodlibet non continent ferro clau-
ditur, sed obliquis incingitur è ferro zono-
lis, ea perinde sunt ac in scalis gradus. Sum-
ma labia extrorsum resupinantur. Atque
hæc fuit illius crateræ sedes. Iam qui à
Delphis Vimbilicis vocatur, è candido
marmore, esse eum aiunt, medium terræ
vniuersæ punctum. Congruunt cum hac
opinione, quæ in quodam carmine cecinit
Pindarus. Lacedæmoniorum illic dona
sunt, Hermione Menelai filia; quæ fuit cù
Oreste Agamemnonis, cum prius tamen
nupta fuisset Neoptolèmo Achillis filio:
Eam Calamis fecit. Eurydamo statuam,
quòd eo duce contra Gallorum exercitum
pugnarunt, Aetoli posuerunt. Extat ad-
huc in Cretæ montibus vrbs Elyros. Ea
ciuitas capellam æneam Apollini donum
misit. Lac præbere videtur in infantibus Phy-
lacidi, & Philandro. Filios fuisse eos Elyri
dicunt Apollinis, & nymphæ Acacallidis.
Cum ea congressum Apollinem in vbe
Tarrha Carmanoris domi. Carystij ex Eu-
bœa bouem & ipsi æneum Apollini statue
ruat de Persica victoria. Boues quidem &

Cary-

Carystij, & Platæenses iccirco dedicarunt,
quod vt i ego opinor, Barbaris è Græcia
expulsis, & alias fortunas incolumes ha-
buerunt, & libero solo terram arare po-
tuerunt. Ducum effigies, & cum iis Apollinem, &
Dianam Aetolorum gens, Acaranibis finitimis suis debellatis, dedica-
runt. Incredibile propè dictu est, quod Li-
parais narrant euenisse. Oraculo iussos
cum Tyrihenis paucissimarum nauium
classe configere, triremes contra eos qui
que deduxisse. Illos cum se Liparais haud
quaquam inferiores naualibus rebus fore
considerent, pari nauium numero congres-
sus. Sed cum quinque eorum triremes Li-
parai cepissent, mox totidem iterum, ac
tertio, & postremo quarto eduxisse: om-
nes verò eas classes à Liparais captas. In
huius rei memoriam Apollinis signa pari
numero superatis à se iam toties nauibus
dicarunt. Echecratides homo Larissæus
Apollinem paruum dedicauit: Hunc Del-
phi dicunt antiquissimum esse, ac sanè pri-
mum donariorum omnium. Barbari, qui
ad Occidentem Sardiniam insulam inco-
lunt, statuam eius, à quo ipsi nomen accep-
perunt, ex ære Delphos miserunt. Est ipsa
Sardinia magnitudine, & felicitate cū iis,
quæ maxima è celebrantur, insuli compa-

KK

118 P A V S . P H O E T I C A S I V E
 randa. Nomen eius quod nam fuerit patria lingua compertum non habeo. Qui illuc è Græcis commercij causa adnavigauit Ichneusam, quod formam habeat humani vestigij, insulam vocarunt: Longitudo eius perhibetur stadium M c x x . Lati-
 tudo c c c e l x x . Primi in eam transmi-
 grasse nauibus Libyes dicuntur, duce Sar-
 do Maceridi filio, cui apud Aegyptios &
 Libyas Herculis cognomen fuit. Eius pa-
 tri Maceridi nihil illustrius ad memoriam
 contigit, quam quod venit aliquando Del-
 phos. Sardus Ichneusam Coloniā Libyūm
 deducendam suscepit: Quare priore no-
 mine obsoleto, est de Sardi nomine insula
 appellata. Non tamen indigenas eiecit ea
 Libyūm manus, sed in domiciliorum so-
 cietatē recepti sunt noui inquilini, atque
 id necessitate magis quam benevolentia
 gratia. Vrbes certe non plus Libyes tunc
 quam in ipsa insula genitus populus, no-
 rant condere, dispersi in tuguriis, & spe-
 luncis, ut sua cuiusque fors tulerat, ita ha-
 bitabat. Aliquot annis post Libyas è Gra-
 cia in insulam eam venerunt, qui Aristai
 ductum, & auspicia securi fuerant. Apollinis,
 & Cyrenes nymphæ fuisse filium Ari-
 stæum tradunt: Eum ob Actæonis casum
 acri confessum dolore, ac Boeotia sive

Græcia toti infensam in Sardiniam mi-
 grasse: Sunt qui putent eodem tempore
 Dædalum, Cretensium arma metuentem,
 in Sardiniam aufugisse, & Colonizæ, ac domi-
 cilij consortem Aristæo fuisse: Proba-
 ri vero nulla ratione possit, Aristæo, qui
 cum dupta erat Cadmi filia Autonoë, Da-
 dalum, qui eadem fuit ætate, qua Thebis
 regnauit Oedipus, potuisse vel Colonizæ,
 vel alias cuiusquam rei participem esse.
 Verum neque hæc manus oppidum ullum
 muniuit, quod erat numero minor quam
 quantum sat esset ad nouam ciuitatem
 constituendam. Post Aristæum Iberi in
 Sardiniam ex Hispania transmiserunt,
 duce Norace, à quo nouam urbem No-
 ram vocarunt. Et hanc primam omnium,
 que in ea insula fuerint, urbem norunt.
 Filium Noracem fuisse dicunt Mercurij,
 ex Erythea Geryonis filia. Quarta in-
 quilinorum cohors, Iolao duce in Sar-
 diniam contendit, è Thespensibus, &
 Attica terra. Hi Olbiam munierunt,
 Ogryllen etiā dictam, vel translatio ab
 aliqua de Atticis curiis nomine, vel quod
 unus de classis ducibus Grillus fuerit.
 Hac ipsa etiam ætate in Sardinia vici ma-
 nent, qui Iolaij nuncupantur, & ab in-
 colis honores Iolao habentur. Post

Ilium eversum, ex Troianis & alijs pro-
fugerunt, & ij, qui cum Aenea incolumes
auaserunt: Horum pars vna acti tempe-
statibus in Sardiniam, Græcis, qui ante il-
lic confederant, permisti sunt. Quomi-
nus verò cum Græcis, & Troianis Barba-
ri bællo configerent, id primum vetuit,
quod belli apparatu neutra pars alteri ce-
debat: Deinde Thorsus fluuius, qui infu-
lam medium præterfluit, vtranque aciem
transmittere metuentem coerçebat.
Multis post annis Libyes maiore classe in
Sardiniam appulsi, Græcosque bællo ador-
ti, omnes ad internicionem exciderunt:
Vel certe quām paucissimos reliquos fe-
cere. Nam Troiani cum in montanam in-
sulae regionem confugissent, ibique se-
rupium confractibus, & vallo iacto muni-
tionibus tutati essent, Iliensium nomen
ad huc retinent: facie illi quidem, armatu-
ra, atque ipsa vietus ratione Afris persimi-
les. Abest non longe à Sardinia, insula,
Cyrnos ab inquilinis è Libya, à Græcis
Corsica nominata: Ex hac non parua vñ-
que manus seditione pulsii in Sardiniam
transiere, montib[us]que occupatis oppidi
sibi muniere: A Sardis certe patrio ipso-
rum nomine Corsi appellantur. Cartha-
giniæs cum essent maritimis rebus præ-

pol

pollentes, omnes è Sardinia, præter Ilien-
ses, & Corsos, eiecerunt: Nam illos, quo-
minus potuerint in potestatem redigere,
prærupti, & ardui montes obstiterunt, Mu-
nierunt in ea insula Pœni vrbes duas, Car-
nalim, & Syllos. Orta autem de præda
controversia, Libyes, & Hispani ira ac-
cessi, cum à Pœni defecissent, & ipsi mō-
tuum iugis occupatis seorsum confede-
runt: Eos patria lingua sua Balaros Corsi
appellarunt, quod eodem nomine exules
vocant. Atque hæ quidem gentes, & in
eas quas diximus diuisi vñbes, Sardiniam
incolunt. Eius ora, quæ est ad Aquilonem,
& Italiae littora conuersa, in mon-
tes consurgit inuios, coëntibus prope
verticibus: Ad nauigantes verò opportu-
nis accipit stationibus: E proximis mon-
tium iugis præualidi & incerti ventorum
flatus in mare irruunt. Sunt & alijs in-
terioris montes multo ascensu faciliores,
sed inter eos turbidus, & omnino pesti-
lens intercluditur ær. In causa est con-
cretus ibi sal, & prægrauis, ac violenter in-
cumbens Auster. Obstant præterea præ-
lati montes, quominus à Septentrioribus
flantes venti, cœli, & terræ vaporem æsta-
te anni tempestiuo frigore leniant. Existi-
mant tamen alijs Corsicam insulam, quæ

KK §

Sardinia non amplius quam decem stadia lato mari diuiditur, excelsis se vndique montibus attollentem, Fauonio & Aquiloni obtendi, quominus eorum in Sardiniam flatus peruadant: Serpentes certe neque hominum generi infensi, neque veneni expertes, aut lupi vspiam in ei insula gignuntur. Capreæ quidem magitudine nihilo aliis præstant: Forma illis non dissimilis arieti, qui inter opera Aeginææ figulinæ visitari: Pectore tantum magis hirto: Cornua illis non eminent è capite disuncta, sed protinus in aures vtrinque retocta: Velocitate feras omnes anteeunt. Eadem insula est venenorum omnium, & lethaliū stirpium expers. Vna est herba perniciosa apio persimilis. Qui eam comedenter ridentes emoriuntur. Ex eo Homerus pri-
mum, alij deinde post eum, Sardonium eum dixerunt risum, qui simulatè, & cum stomacho ederetur. Gignitur circa fontes maxime, cùmque ipsis aquis venenina-
turam cōmunicat. Ac de Sardinia quidem sermonē huic de Phocenium rebus com-
métario, inseruimus, quod nulla adhuc ad Græcos eius insula notitia peruerenerat.
Equus deinde Sardi statuæ proximus est, quem Callias Atheniensis Lysimachida
filius

filius se didicasse testatur de pecunia pri-
uata, quā de Persico bello fuerat adeptus.
Achæi Mineruæ signum posuerunt, Aetoliæ vrbe per obsidionem expugnata, cui no-
men Phana. Cum autem obsidionis tem-
pus duceretur, neque vlla vrbis capienda
ratio iniri posset, qui missi fuerant Apol-
linem sciscitatum, huiusmodi responsum acceperunt.

Qui Pelopis terras, quiq; arua tenetis Achini?

Pythò venisti scitatum qua ratione

Vrbs obessa in gnum accipiat: cura robis sit

Observare, bibant quantū, qui mania seruāt.

Sicq; Phana imperiū vestrū turrita subibit.

Hoc oraculum quidnam sibi vellet cum nō intelligeret, solura obsidione domum retro nauigare decreuerant. Hostem plane contemnebant, qui obsidebantur. Quatre mulier quadam ad proximum fontem aquatum è portis egressa fuerat: Eam militum globus excursione facta captiuam in castra pertrahunt. Docentur ab ea Achæi oppidanos noctu ex eo fonte aquā haustam suis diuidere, neque eos ad sitim leuandam, aliud quidquam præsidij habere: Conturbato itaque fonte oppidum Achæi capiunt. Rhodij Lindi incōlæ prope hanc Mineruam, Apollinis si-
gnum statuerunt: Dedicarunt etiam Am-
bracio

¶ 24 P A V S . P H O C I C A S I V E
braciōtē æneum asinū , vīctis nocturnis
pugna Molossis. Nam cum in illos nocte
infidias dispōsuissent Melossi , asinus , qui
forte ex agro in oppidum agebatur , asel-
lam insectans cū multā lasciuia vehemen-
tem ruditum sustulit. Ipse etiam aga-
so per tenebras , obscura , & incondita voce
in clamabat. Iniecit ea res tantam Mo-
lossis trepidationem , vt statim infidiarum
locum deseruerint: Eos Ambraciōtē dete-
cta fraude noctu inuidentes prælio supe-
rant. Orneatē , qui sunt in Argolica terra ,
cum Sicyoniorum bello premerentur , votū
Apollini nuncuparunt , si hostib⁹ re-
pulsis patriam periculo liberare potuissent ,
cordianam se illi pompam missuros ,
& hostias ad certum , & præfinitum nume-
rum immolatuos : Verū cum Sicyoniis
prælio vīctis voti rei facti essent , pompam
quotidie ex voto mittentibus , non tam
impensa grauis , quām laboris , & molestie
continuatio visa est. Venit igitur in men-
tem satis deo factum iri , si & pompam se-
mel , & hostiarum numerum , ducta æqua
estimationis ratione misissent. Aenea sunt
itaque votū testantia illic opera . Exin
Herculis contra hydram ærumnā Tisago-
rē donum , & opificium: E ferro tam Her-
cules est quām hydra. Facere sane è ferro

sign

signa res longe difficillima , & laboris plu-
rimi : Sed ipsa Tisagorē ars , quicunque
ille fuerit Tisagoras , iure digna admira-
tione videatur. Spectantur siquidem etiam
cum admiratione Pergami , leonis , & apri
capita ; & ipsa ferrea , libero patri conse-
crata. Ex Phocensibus , qui Elatean inco-
lunt , obsidione , qua à Cassandra urgeban-
tur , liberati ; Athenis miss⁹ ad opem fe-
rendam Olympiodoro , Delphico Apollini
Leonem æneum miserunt : Qui verò leo-
ni proximus est Apollo , Massiliensium de-
cima est , de Carthaginensibus nauali præ-
lio superatis . Dedicarunt Aetoliæ tro-
phæum , & armatae mulieris (Aetolia sci-
licer ea est) simulachrum. Atque hæc de
pecunia Gallis imperata ob crudelitatem ,
qua sunt Callienses persecuti. Inaurata
statua , Gorgiæ Leontini donum est , ipsa
nempe Gorgiæ effigies . Ei adhaeret Am-
phityonum donum Scionaus Scyllis ho-
mo vrinandi peritia clarus. Is eandem ar-
tem , natandi scilicet subter altissimas a-
quas , Cyanam filiam edocuerat. Ambo
itaque cum circa Pelion vehemens tempe-
stas Xerxis classem oppressisset , anchoris , & aliis (si qua forte fuerant infra a-
quas) nauium retinaculis abscessis , perni-
ciem triremibus apportarunt. Eius in

Græc.

Græcos vniuersos meriti, memoriam, patri, & filia statuis positis, extare Amphitryones voluerunt: Sed ad cætera orna-
menta, quæ Delphis erupta in urbem Ne-
ro asportauit, Cyanæ statua accessit. Di-
cuntur infra mare se demergere turissi-
mè fœminæ salua virginitate. Locus ad-
monet, vt Lesbi vulgatam narratiuncu-
lam exponam, Methymnæ aliquando pi-
scatores retibus è mari extraxerūt ex oleo
ligno fabricatum caput, diuina illud qui-
dem fracie, sed peregrina, atque omnino di-
uersa quam Græcorum dij esse consue-
rint. Consulentibus Methymnæis, cuius
ea vel deorum, vel heroum imago esset,
responsum est, Bacchum Cephalenem ve-
nerarentur: Eductam igitur è mari li-
gneam effigiem sacris faciundis, & votis
nuncupandis coluerunt. Pro ea verò Del-
phos æneam misere. In ipsis fastigium
sustinentibus aquilis sunt Diana, Latona,
Apollo, Musæ, Soloccidens, Liber pater,
fœminæq; Thyiades dicuntur. Horum
omnium signorum ora elaborauit Athe-
niësis Praxias Calamidis discipulus: Nam
cum templo nondum expolito mors Præ-
xiæ oppresisset, reliqua aquilarum or-
namenta absoluuit Androsthenes, & ipse
patria Atheniensis, Eucadmi discipulus.

Affixa

Affixa sunt columnarum capitulis aurea
arma. Ex iis dedicarunt Athenienses scu-
ta, de victoria ad Marathonem. Aetoli quæ
in tergo, quæque ad lœuam sunt Gallorum
spolia. Scuta eadem prope forma sunt iis
qua Persarum gerrha. Gallorum in Græ-
ciam irruptionis nonnulla mentio nobis
fit, eo etiam loco, quo de Atheniensium ci-
ria agimus. Latius autem, & planius in
hoc, qui de rebus Delphicis conscriptus
est, commentario, rem totam explican-
dam putaui, quod in hac maximè orbis ter-
ræ parte, Græci virtutis contra Barbaros
egregia documenta dederunt. Expeditionem primâ Galli extra suos fines Cam-
baule duce suscepserunt. Iij in Thraciam
usque progressi, de via ab instituto itinere
loca attingere non sunt ausi, quod planè
intelligebant, minores esse, quas eduxer-
ant copias, quam ut numero Græcorum
populis parés esse possent. Cum itaque
exteris nationibus iterum bellum inferre
decreuissent, iis incitantibus, quos ante
Cambauen secutos lucrè cupidiras, & gu-
stata prædæ amor, ac rapiendi licentia im-
pellet, ingens peditum manus, neque
multo equitum minor in unum conuene-
runt. Tripartito verò agmine duces in
Græciam mouerunt. Ac sua cuique para-
ti

ti prouincia attributa: In Thracas, & Tricballorum gentem, copiae ducentae. Cetero Thrio traditae sunt: In Pannoniam contentibus Brennus, & Acichorius praetulerunt: In Macedonas, & Illyrios agmen duxit Bolgius: Is cum Ptolemaeo Macedonum rege signa contulit. Hic nempe ille fuit Ptolémæus, qui Seleucum Antiochi filium, & si ad eum supplex confugerat, dolo tamen occidit: cognomento Fulmen appellatus, ob immodicam audaciam. Ipse certe in eo prælio Ptolémæus cecidit, & cum eo non minima Macedonici roboris pars deleta. Sed cum neque tunc Galli aut essent ad Græcos armis lacessendos longius progrederi, breui intra fines suos rediere. Non desinebat Brennus modo publicè vniuersos conuentus, modo verò Gallorum principes ad nouam in Græcos expeditionem solicitare, cum & longe esse illos quam ante virtute inferiores diceret: Et cum publicæ singularium ciuitatum pecuniae magnitudinem, tum donaria templorum, ac alaboreti argenti, & auri vim commemoraret, per pulit eadam repetita saepius oratione: ut nouas ad inuadendā Græciam copias mitterent: Collegas ex Gallorum primis tribus, tum alias, tum verò Acichorium

quendam sibi cooptauit. Nomina in hanc iam tertiam expeditionem dederunt, peditem centum, & quinquaginta milia. Equites vices mille, & quadrinventi. Atque hac quidem equitum manus tota ad pugnam idonea. Nam verior numerus fuerit supra sexaginta equitum milia amplius mille ac c. c. Nam singulos equites famuli sequebantur duo in equis & ipsi, & equestrium artium maximè gnari. Iij prælianibus dominis in extrema acie consistentes, ei erat vsui, vt si forte equus esset amissus, statim suum submitterent: Si vir concidisset, seruus in eius locum succederet: Quod si vtrunque bellum impetus euertisset, iam præsto erat tertius, qui pro demortuis locum teneret: Iam verò si vulnera primarius ille accepisset, è secundariis alter ex acie illum subducebat, alter verò saucijs vicem obibat. Hæc vt mea fert opinio, apud Gallos ad imitationem Persarum militia fuit instituta. Nam & illi selectos habent milites decies mille, quos Immortales vocant. Tantum interest, quod commisso demum prælio illi succenturiant: Galli inter pugnandum integros, vel casis, vel saucijs supplemento esse iubent. Atque hanc quidem equestris pugaz institutionem voce patria Trimarcis-

sian nominant, equum enim Marcum appellant. Hoc apparatu & ea, quam ante diximus, fretus confidentia Brennus, in Græciam exercitum duxit. Græci si protus animis conciderant, imminentia tamen periculi terror facile in eam sententiam vniuersos adduxit, ut laboranti patriæ opem ferre sibi necessarium esse decerent. Perspicue videbant non de liberitate (ut olim cum Persis) decertandum. Neque enim si aquam, & terram hostibus dedidissent, reliquæ incolumitati, & securitati propterea consuli posse sperabant. Recens erat eorum memoria calamitatum, quibus priore excursione Barbari Macedonas, Thracas, & Pæonias affixerant. Quam iniuriose Theffales pavloante tractassent, ex certis nunciis cogoverant. Fuit igitur cum priuatim singulis hominibus, tum publicè ciuitatibus una, & communis omnibus sententia, aut funditus per eundem, aut bello hostem superandum. Potest non difficillime, qui velit, enumerando persequi, cum eas Græcorum ciuitates, quæ ad Thermopylas Xerxi restiterant: Tum verò quæ contra Gallos arma cepere. Aduersus Persas quidem hi Græcorum populi cùmque hoc militum numero prodire. Lacedæmonij

monij Leoniden secuti, haud plures quam ccc. fuere, Tegeatae D. totidem è Mantinea. Ab Orchoomenis ex Arcadia missi cxx. Ex aliis Arcadiæ ciuitatibus mille & lxx. Mycenis, & Phliunte c.c. Hunc numerum duplicarunt Corinthij. Iam vero præsto fuere ex Boëtia d.c.c. è Thefisia, & Thebis c.c.c. Octæ quidem trahitatem custodiebant Phocenium M. Si horum etiam ratio in hac Græcorum recensione sit habenda. Nam Locros, qui sub Cnemide monte sunt, in hoc delectu Herodotus non comprehendit: Venisse tantum eos ex omnibus ciuitatibus scripsit: Horum tamen proxime ad veium quam magna numerus fuerit facile possis concire. Athenienses enim ad Marathonem hosti occurrerunt, non maiore numero, quam nouem milibus hominum, in quo & inutilis ad pugnam artas & servi censebantur. Quare existimandum relinquitur militarem Locrorum manum, sex milibus hominum nihil pleniorum fuisse. Fuerit itaque vniuersus illæ exercitus hominum undecim milium, & ducentorum. Satis verò constat non perficisse omnes, qui Thermopylas præsidio occupauerant, præter Lacedæmonios enim, Thespenses, & Mycenæos, re-

532 PAVS. PHOCICA SIVE

liqui non expectato pugnæ euentu recessere. At contra Barbaros, qui ab ultimis Oceani finibus in Græciam irruperant, ad Thermopylas præsidium ex his Græciae populis missum. Ex Bœotia peditum grauis armaturæ decem milia, equites D. His duces IIII. præerant, Bœotarchi appellati, Cephissodotus, Thearidas, Diogenes, & Lysander. A Phocensibus missi equites D. pedites ter mille: Duces fuere Critobulus, & Antiochus. Locros, qui sunt ad insulam Atalantam, Midias duxit, pedites ccc. equestris hi copias nullas habuere. A Megarensibus adfuere grauis armaturæ pedites ccc. Equitatum Megareus duxit. Aerolorum agmen, cum numero præstiti: tum verò fuit ad omne pugnæ genus instructissimum: Quæ fuerint equestris eorum copiae non est proditum: Sed partim expediti, partim verò grauis armaturæ fuere, haud minus peditem septem milium, & nonaginta. His imperarunt Polyarchus, Polyphron, & Læcrates. Atheniensium imperator fuit Callippus Mæroclis filius, quod est à me superius etiam expositum. Copiae ipsorum fuere, primum triremes omnes, quæ deduci potuerunt: Equites deinde ccc. Pedites in acie steterunt mille, Atque

Athe

Atheniensibus quidem ob veterem dignitatem est imperium omnium consentienti voluntate decretum. Misere reges conductitum militem. Quingenti ex Macedonta, totidem ex Asia venere. Fuit vniuersa huius delectus summa, peditum viginti tria milia centum, & nonaginta: Equitum plus minus tria milia. Ab Antigono rege Aristodemus Macedo, ab Antiocho ex Asia missis auxiliis Telearchus præfuit: E Syria is fuit, quæ ad Orontem flumen est. His in vnum ad Thermopylas copiis congregatis, vbi cognitum est Gallorum exercitum intra Magnesiae, & Phthiotidis terræ fines castra iam habere, mitti placuit expidorum globum hominum mille, & cum his optimam equitatus partem ad Sperchium amnem, quo difficilem, & periculosam Barbaris traiectionem ostentato certamine redderent. Hic cum eo peruenissent, pontes, quos Galli fecerant, soluerunt: Solutis pontibus, ipsi quoque ad Iuninis ripam castra posuere. Erat Brennus haud quaquam incallidus, aut rudis, quin, ut Barbarus homo, satis acutus & experiens ad eas artes, quibus hostem falleret, excogitandas. Ea igitur, quæ cōsecuta est, nocte, relusto vetere pontiū trāstū, ad inferiores

amnis partes militum decem millia nata
di peritissimum quenque, & corporis sta
tura (vt sunt Galli præ ceteris hominibus
eximia corporum magnitudine) eminen
tissimum misit: Quid ageretur, hostes,
qui longius aberat, animaduertere non po
tuerunt: Et inferior amnis per campos la
te stagnans, non vt superiore alueo rapi
dus, & altus deuoluitur, sed in paludem
se, ac stagnum diffundit. Ea igitur ex
parte per paludes manus illa, noctu trans
auit: Eorum partim scutis patriis, quos
Thyreos vocant, pro ratibus vtentes, par
tim pedibus vada, quæ fuit corporum
proceritas, transmeantes. At Græci, qui
ad Sperchium constiterant, re statim co
gnita, ad exercitum, qui ad Thermopy
las erat retrocesserunt. Brennus popu
lis Maliaci sinus accolis imperauit, vt
ponte Sperchium iungerent: Qui sanc
summa celeritate opus perfecerunt, tum
quod illum vehementer metuebant, tum
verò quod Barbaros discedere e suis fini
bus quamprimum cupiebant, ne si lon
giora haberent statua indies detrimentis
maiорibus afficerentur. Fluuio per pon
tes transmisso, ad Heraclean accedentes,
agrum quidem depopulati sunt, & depre
hensos in agris homines occidere: Vrbem
certe

TIT. A. L. Y. B. R. M. X. 27A 535

certe non ceperint, quod superiore proxi
mo anno Aetoli Heracleotas, vt secum fa
cerent, coegerant: Opem igitur tunc il
listanquam suæ ditionis hominibus im
pigre tolerunt. Sed & Brennus minus
omnino de Heracleoris in suam potesta
tem redigendis laborabat: Verum hoc ma
xime fuit ei periculum caendum, ne, qui
de muris pugnabant, obfisterent, quomiu
nis ad eam Græciæ partem, quæ intra
Thermopylas est, peruaderet. Heraclean
igitur prætergressus, cum de perfugis qui
busdam cognouisset quæ copiæ ex singula
rum ciuitatum delestibus in unum conue
nissent, contempnit planè Græcorum appa
ratum, ac postero die sub ipsum Solis or
tum pugnam statuit committere, nullis ille
quidem, vel cuiuspam Græci aruspiciis
vlsis consilio, vel dis vllis per sacra patrio
ritu suscepta, consultis. Si tamen vlla est
Gallis res futura diuinitus præsentendi
ars. Græci cum silentio, & æquabili, ac tem
perato gressu, in pugnam processerunt.

Vbi ad manus ventum est, grauis ar
maturæ peditatus, tam longe ab acie ex
currit, vt suam ipsi phalangem laxatis
ordinibus turbauerint: Leuis armatura or
dinem conseruavit, & hostem eminus, iacu
lis, sagitis, & fundis lacesivit. Equitatus

in vtroq; exercitu prorsus nulli fuit vsui, neque id solum propter montis (quæ porta appellatur) angustias, sed quod etiam in lubrico saxo cum loci ipsius natura, tum verò ob aquarum interfluentium crebritatem equorum vestigia hære re non poterant. Erat Gallis armatura infirmior: Nam præter suos illos Thyreos, nullo armorum genere corpora munierant. Et quod caput fuit, tui militaris scien tia multo erant hoste inferiores: Furore tantum, & animi impetu oppressa ratio ne, ritu ferarum ruebant. Neque verò aut bipennibus diuisos, aut gladiis concisos, sua illa efferatae mentis concitatio, dum animam agerent, deficiebat: Aut sagittis, & missilibus confixi, quandiu vita reli quia supererent, saevire nō desinebāt. Fuerunt qui è suis ipsorum vulneribus euulsa spicula in Græcos retorserint, vel communis imprexerint. Interea Atheniensium classis, vix, neque omnino sine periculo, per paludis coenum, quo late etiam procul à littore maris pars ea obducitur, quam proximè ad Barbaros appropinquans, latera, & frontem hostilis agminis omni iaculorum genere, & sagittis feriebat. La borantes igitur vehementer Galli, quippe qui in illis angustiis Græcis parum omni-

no obessent, multis verò ipsi partibus ma joribus afficerentur incommodis, suis re ceptui cani iusserunt: Temere illi, & vndique conturbatis ordinibus, cum in castra se recipere conarentur, in ipsa fugæ trepi datione multi sunt inter se collisi: Multi etiam in paludem collapsi, cæca sunt lim voragine absorti. Quare non minore retrocedentes clade affecti sunt, quam quam tam ante in ipso prælij discrimine plagam accepissent. Atheniensium in primis eo die virtus enituit: ipsis verò Atheniensibus antecelluit Cydias, qui peradolescens, ac planè Tyro, prima eo bello militiae rudimen ta posuerat. Eius à Gallis occisi, cum hac inscriptione propinqui scutum Ioui liberatori dicarunt.

Cydias erat parma hac iuuenili corpore clarus

Hospes quam sacram conficis esse Ioui:

Huic cubitum inservit flammato corde sinistrum,

Cum premeret Mauors armipotens Galatas.

Mansit ea inscriptio usque dum Syllæ milites, & alia Atheniensium insignia, & scuta è Liberatoris Iouis porticu sustulerunt. Hic fuit pugnæ cum Gallis ad Thermopy las initia euentus. Postero die, Graci suorum cadavera sepulturæ mandarunt, & hostibus spolia detraxerunt. At Barbari nulla omnino per caduceatorem, quantisper

suos ad sepulturam tollerent, inducias poscerunt: Ac planè ostenderunt se nihil interesse putare, humōne regerentur, an verò à feris, & volucribus, iis quæ solent infestæ ad cadavera aduolare, dilaniarentur. Ac duplex opinor causa est quamobrem nulla illis cura sit, eos, qui in pugna ceciderint, sepeliendi: Vna, quod maiorem ex hac de immanitate sua opinione iniici hostibus terrorem existimant: Altera, quod non est omnino ipsis cum cæteris communis, in eos, qui è vita excesserint, miseratio. Desiderati sunt ex omni Græcorum numero x l. Nam qui cæsi sunt ex Barbaris, accurate recenserū non potuerunt, cum nuspiciā apparuissent, quos palus absumperat: Atque is quidem magnus fuit homitum numerus. Septimo à pugna die reliquæ Gallorum cohortes, secundum Heraclean Oetam ascendere conatae sunt. Verūm per angusto & hac in parte tramite iter erat faciendum, supra quem Trachinis ruinæ fure: Et ultra Trachinæ terræ fines Mineruæ templum, in quo donaria multa. Ac certe per arctissimum illum callem sperarunt tamen se Oetæ iugum Galli occupaturos, & simul si bi, dum aliud agerent, templi diripiendi potestatem fore. Sed cum illis præsidium,

quod

quod in aditu montis collocatum fuerat, Telesarcho duce occurrit, altero prælio Barbari vici sunt: Telesarchus quidem ipse dimicans cecidit, vir ut qui maximè in Græcorum causa acer. Hic cum alios iam Gallorum duces hostium virtus exterruisse, & de futuris rebus animos despondarent, nempe quibus prima quæque aduersa euenissent: Brenno in mentem venit, facilem sibi fore belli confiendi rationem, modo Aetolos cogere posset ut domum redirent. Delectis itaque è toto exercitu peditum quadragies mille, equitibus octingentis, iis Orestorium, & Combutin præficit, quibus mandat, ut per Sperchij pontes, in Thessaliam primum venniant, atque illinc in Aetoliam inuadant. Fuerunt duo hi, quos nominaui, qui in Callienses dira, & omnium, quæ vñquam ad aures nostras peruererint, atrocissima edidere facinora, & quæ omnino ausos vñquam homines fuisse veri neutiquam simile videri possit. Quidquid marium fuit ad internicionem exciderunt: Senes & paruulos ab ipsis matrum vñeribus abreptos immaniter trucidarunt. Horum, si qui erat lactis alimonia melius curati, sanguinem hauserunt, & ipsis etiam carnis in cibum sunt abusi. Mulieres, &

nubiles

nubiles puellæ, vrbe expugnata, quæ fuerunt elatoris animi, sua libi manu mortem consciuerunt: Quæ superstites fuere eas Barbari omni cuiusvis exquisitæ contumeliaz genere affectas lacerarunt, gens scilicet tam amoris, quam misericordia expers. Et earum sane multæ, Gallorum enses noctæ, in eos vltro incubuerunt. Aliae non ita multo post immaniter Barbaris in eas viciissim irruentibus, inedia, & vigilia mortem oppetiere: Quibus neque spiritum exhalantibus, neque iam exanimis, quominus libidinem explerent suam, illi parcebant. Aetoli audita ex certis nuntiis domestica clade, quam celerime potuerunt, cum suis copiis à Thermopylis in Aetolian contendenterunt: tum ob Calliensium exitium vehementi ira incensi: Tum verò maximè consulendum rati, eorum vrbium saluti, ad quas nondum hostiis furor peruersisset. Confluxit vndique in castra ex oppidis omnis militaris ætas, & ei etiam permisti fenes, cum necessitate, tum pristina virtute impulsi. Fœmina certe ipsæ, maiore quam viri in Gallos ira incensæ arma cepere. Iam Barbari dominibus, & sacræ ædibus direptis ac spoliatis, immisique ignibus, Callioque exusto, præda onusti, eadem via ad suos redibant,

cum

cū soli Patrenses ex omnibus Achæis Aetolis opere ferentes cū graui armatura, qua omnium scientissimè vtebantur, illis occurrere. Sed cum ob ingentem hostium numerum, jam debilitatis animis prope affligerentur, Aetoli neque minus fœminæ quam viri, via vtrinque armatorum ordinibus obsessa, iaculis Gallos figebat, quos petere Thyreis tantum suis protectos non erat difficile: Atque insequentes quidem Gallos quam facillimè effugiebant: Eosdem simulac insequi desisiens missilibus vrgenthal. Effectum certe est, vt Callienses calamitatum suarum, quæ tantæ fuerunt, vt quæ ab Homero de Læstrygonibus, & Cyclopiis dicta sunt, fabulosa videri iam non possint, vindicem tamen non magnopere desiderare debuerint. Siquidem ex eo Gallorum numero, qui fuit, vti ante diximus, hominum quadraginta milia, & octingenti, vix dimidia pars ad Thermopylas in castra se sua recepit. Reliquæ Græcorum res apud ipsas Thermopylas ad hunc modum gestæ sunt. Tramites duo furere, per Octam montem unus, supra Trachinem præruptus, & arduus valde: Per Aeolianas alter multo, vel cum exercitu iter facientibus, facilior. Hic nempe ille fuit, quo vsus Medus Hydarrhes, Græcorum

§ 42 PAVSAN. PHOCICA SIVE
rum præsidium, cui Leonida præerat, à ter-
go circunuenit. Nuntiatum est eadem via
duci Brennum ab Heracleotis, & Aenianib-
us: Non quod in Græcos animo essent
infenso, sed quod bene secum aeterni iri pu-
tarent, si è finibus suis Barbari discessis-
sent, priusquam omnia pessum darent.
Quare verissime (ut mihi quidem videtur)
Pindarus cum

Vehementer suis quenque malis affici dixit.
Calamitatis vero alienæ sensum haud utiquam
grauem.

Tunc enim excitatus Aenianum, & Hera-
cleotarum monitu, ac promissis, Brennus
Acichorium in castris reliquit, docens tem-
pestuum ei fore in hostes inuadere, ubi à
tergo à se oppressos certior esset factus.
Ipse cum delecta è toto exercitu manu ho-
minum quadraginta milium, per trami-
tis monstratum sibi diverticulum, ut Græ-
cos à tergo adoriretur, contendit. Forte ita
accidit, ut mons totus ea die densa nebula
obduceretur: Quo factum ut ea caligine
Sole obscurato, Phocenses, qui eas angu-
stiarum fauces cum præsidio obtinebant,
non ante Gallos adesse animaduertere po-
tuerint, quam se propè circunuentos sen-
serunt. In ea trepidatione pugnam alij ini-
ze, alij strenue hostis impetum sustinere:

Postr

Postremo loco pulsi, per easdem illas an-
gustias retrocedere coacti sunt. Cum fe-
stinatione itaque, & cursu ad socios reuer-
si, antequam ex omni parte Græci circun-
uallarentur, qui foret reruni status nuntiaturunt. Athenienses re cognita, exerci-
tum Græcorum è Thermopylarum castris,
in triremes receprum, periculo eximere
maturarūt. Atque illi sanè omnes in suam
quisque patriam dilapsi sunt. At Brennus
neque tantisper quidem commoratus,
dum Acichorius constitutum tempus obi-
ret recta Delphos contendit. Oppidanos
ad oraculum configuentes, bono animo
esse, ac nihil formidare iussit Deus se sua
defensurum pollicitus. Qui pro aris, & fo-
cis pugnaturi arma cepere, hi fuerunt
Græcorum populi. Phocenses ex omnibus
undecunque ciuitatibus. Ab Amphissa gra-
uis armaturæ pedites c c c. Ab Aetolis
pauci quidam ad primum de Barbarorum
progesione nuntium. Mille deinde, &
quingentos duxit Philomelus. Græci ea-
rum, quas habuerunt, copiarum robur,
in Acichorij agmen conuerterunt: Neque
tamen acie dimicarunt, sed iter facien-
tium tergum lacescebant, cum impedimen-
ta diripientes, tum homines ipsos,
qui clittellaria iumenta agebāt, trucidātes.

Quam

Quam ob causam fuit Barbaris iter illud tanto tardius. Relicta verò est ab Accichorio pars copiarum apud Heraclian, quæ pecuniam in castris depositam asseruaret. Aduersus Brennum qui Delphos conuenerant Graci in acie stetere, prodigia verò repentina, & omnium, quæ vñquam audierimus, euidentissima, in Barbaros diuinitus extitere. Primum enim terra quantum soli Gallorum acies occupaverat ingenti motu ad multas horas contremuit: Crebra deinde tonitrua, & fulmina Gallos non solum acriter exterruerunt sed ad exaudienda, quæ dabātur à duabus, signa hebetato auriū sensu propè at tonitos reddiderunt. Neque verò singuli tantum homines cœlestibus ignibus corripiebantur, sed loco etiam proximi qui que, cum ipsis armis conflagrabant. Vnde præterea in eos consurgere heroum species, Hyperochus, Laodocus, & Pyrrhus quibus Phylachum ciuem suum Delphi quartum adnumerant. Con siderunt tamen in prælio è Phocensibus & alijs complures: & Aleximachus: qui in ea pugna, cum animi egregiam quandam alacritatem ad florentis artatis vigorem, & corporis robur adiunxit, magnas ediderat hostium strages. Eius effigiem Phocenses ad

vuentis

vientis imaginem expressam Delphos ad Apollinem misere. Atque huiusmodi quidem interdiu Galli terroribus, & Cladibus percussi, ea quæ diem illum consecuta est nocte, funestioribus percussi fuerunt casibus. Acerillum frigus eos cum niue plurima vehementer affixit. Saxa præterea ingentia, & montis crepidines sponte è Parnasso auulsa, in Barbaros, quasi vnicū illud esset quod peteretur signum propositum, corruerunt. Neque verò aut singuli, aut bini opprimebantur: Sed triceni, & eoplures, ut forte simul, aut ad certi loci præsidium constitissent, aut vna quiescerent, collidebantur. Ac prima quidē luce Graci Delphis erumpentes, cæteri recta in ipsam hostilis exercitus frōtem impetum fecerunt: Phocenses verò locorum notitia freti, per medias niues, ex arduis, & præruptis Parnassi anfractibus descendentes, ac de improviso Gallos à tergo adorti, misilis illos, & sagittis impune figebant. Initio prælio cum omnes, tum præcipue prætoria Brenni cohors, vt erant eminentibus corporibus, & omnium fortissimi, præsenti animo restiterunt: Ij enim, & si vndique iaculis petebantur, neque magis vulneribus quam frigore erant iam prope confecti, non tamen prius loco sunt.

M.M.

deturbati, quām Brennum aliquot acceptis vulneribus, iam prope animam agentem extra aciem extulerunt. Tum Barbari vniuersi, vrgentibus ab omni parte Graecis, fugam malo suo coacti fecerunt: Ac eos quidem, qui vel ob vulnera, vel aliqui corporis imbecillitatem sequi non possent, occidere. Fugientes, castra habuerunt, quo loco nox eos primum opprescit. Ea nocte Panicus illis incessit terror. Quibus enim nulla subest causa trepidationibus, eas Panos numine immitti autumant. Coepit enim hoc furoris genere agmen exagitari imtempora iam nocte: Et pauci sane ab initio eo mentis errore conturbati, ut audire sibi viderentur sonum pulsati equorum pedibus soli, ac iam prope cernere insultantes hostes: Non ita multo post ad omnes eadem peruersit infania. Areptis igitur armis, & inter se facto agminis dissidio, viciissim & occidebant alij alios, & occidebantur: Cum neque per tenebras, & amentiam illam patriam linguam intelligerent, neque vultus inter se, nec scutorum signa possent agnoscere: Sed contrariis ordinibus vtrique per cæci illius erroris recordiam, Graeci esse, qui contra pugnarent, viderentur: & Graeca esse arma putarent. Quid in

&

& Graecam esse vocem crederent, quam homines mitterent. Primi hanc rem animaduertere, qui ē Phocensibus in agris relicti fuerant, ad pecoris custodiam: Ij igitur, quæ Barbaris per noctem accidissent, Graecis nuntiarunt. Excitati eo nuntio Phocenses, alacrius multo in hostes irruerunt. Greges præterea accuratione multo custodia seruarunt, ac ne commeatus ex agris sine pugna sumi possent, prouiderunt. Quo factum ut ingenti cum frumenti, tum cibariorum omnium penuria vniuersus Gallorum exercitus vehementer laborarit. Fuere eorum, qui in Phocide perierunt, non multo pauciores, quām sex hominum milia: Nocturno gelu, & Panico terrore confecti amplius decem milia: Non minor numerus fame consumpti. Qui ex Atheniensibus Delphos speculatum missi sunt, & alia, quæ Gallis euenerant, & quibus casibus percussi fuerant, renuntiarunt. Cum iisdem verò Atheniensibus dum castris motis per Boeotiam iter faciunt, se Boeoti coniunixerunt: Vtrique verò Barbaros insectantes, passim ex insidiis extremos interficiebant. Brenni agmen Acichorij copiæ superiore tantum nocte asseditæ fuerant. Siquidem Aetolis incessentibus cum iacalis, tum for-

tuitorum quo quis missilium genere, len-
tius iter fecerant: Quare ad ea castra, qua
ad Heraclea metati fuerant, non magna
omnino ipsorum manus effugerat. Bre-
no certe vulnera reliquam fecerant ali-
quam vitæ spem, metu tamen, vel podo-
re potius, Quod author ipse ciuibus suis
fuisse suscipienda in Græciam tam cal-
mitosæ expeditionis, vltro aiunt hanc
mero post accepta vulnera mortem oppre-
tiisse. Eo mortuo. vix, & periculo maxime
itinere, Aetolis acriter virginibus,
Barbari ad Sperchion retrocessere: Ibi eos
ex insidiis Thessali, & Malenses adorci-
ta sunt hostium cæde satiati, ut ex tanto
hominum numero ne vñus quidem saluus
domum redierit. Facta in Græciam irru-
ptione, Galli deleti sunt, summum. Atheni-
nis magistratum gerente. Anaxicrate, an-
no altero Olympiadis centesimæ quinta
& vicesimæ, qua de stadio vicit Ladas Ae-
giensis. In sequenti verò anno, Damocle
Athenis eundem honorem gerente, in
Asiam Galli transmisere. Atque hac ad
historiæ fidem exposita haec tenus fuerint.
Pro templi foribus leguntur perutilia vi-
tae hominum documenta, ab iis homini-
bus conscripta, quos Græci sapientes, &
habuerunt, & appellarent. Fuerunt illi et

Ion.

Ionia quidem Thales Milesius, & Prienen-
sis Bias: Ex Aeolica verò natione, è Lesbo
insula Pittacus Mitylenæus: Ex iis, qui
in Asia sunt, Dorienibus, Cleobulus Lin-
dius: Atheniensis præterea Solon, & Spar-
tanus Chylon: Septimum Plato Aristonis
filius, pro Periandro Corinthio Cypseli
filio, enumerat Chenensem Mysonem.
Incolitur in Oeta monte vicus Chenæ.
Hi sancti Delphos profecti, celebratas il-
las hominum sermone sententias Apolli-
ni dedicarunt. Cognosce te ipsum. Ne
quid nimis. Hæc inquam illi scripta eo
in loco reliquerunt. Videas ibidem &
ream columnæ superimpositam Homeri
statuam: Incisum est in ea columna
illud Apollinis responsum, quod ipsi
poëtae de patria sua suscitanti editum me-
morant.
*Felix atque miser, te fors ad rtrunque creavit,
De patria queris tibi Matria, nō patria illa est:
Insula Ios matris patria est, qua colligit ossa
Exanguis: Sed enim puerorum enigma caneto.
Monstrant Ietæ in insula Homerii sepul-
chrū, & seorsum Clymenes: Homerii Cly-
menen matrem fuisse dictitantes. Ciprij
verò (nam & hi sibi Homerum vindicant)
Themistò indigenā fœmi nā Homerii fuis-
se matrem dicunt: Euclum verò de ipsius*

550 PAVS. PHOCICA SIVE
ortu hisce versibus fuisse vaticinatum.
Fluēsona in Cypro tunc ratem Dia Themis
Altiloquum pariet Dilis Salaminos in agri.
Posthabita hic Cypro, longe proectus in altū
Graugenū terras lūstrabit. Carmine saui
Heroum casus, & tristia funera dicens
Nec senium metuet, nec inexorabile fatum.
Hęc nos de Homero partim audiuimus,
partim etiam ex oraculis quibusdam colle
gimus, nihil omnino quod de eis vel pa
tria, vel ætate scribamus, certi ex nobis
ipſis habentes. Intra templum dicata fuit
Neptuno ara: Erat enim iam tum ab initio
id oraculum, propria Neptuno sedes.
Extant & Parcarum duarum simulacha
tertiæ locum Iupiter, Mærargetes, & item
Mærargetes Apollo, id est Parcarum duces
tenent. Ostenditur ibidem locus ille, in
quo Achillis filium Neoptolemum Apol
linis sacerdos occidit: Qua de re multa
alio loco exposuimus. Non procul hinc
Pindari sella sita est, è ferro fabricata: In
ea Pindarum quoties Delphos venisset, se
dere, & cantica omnia, quæ fecit in Apollini
honorem decantare solitum tradunt.
In templi recessu, quo paucis admodum est
aditus, alterum positum est aureum Apol
linis signum. E templo egressis, & ad la
uum conuersis, circunsepta quedam est

LIBER X. 551
area, in qua Neoptolemi Achillis filij se
pulchrum, cui parentant quotannis Del
phi. Ab eo monumento cum sursum ascen
dere incoperis, lapidem videoas modice
magnum. Hunc singulis diebus, & festis
maxime, Oleo perfundunt, & succida lana
velant. De eo lapide percrebuit opinio,
illum ipsum esse, quem pro puerō apposi
tum, ac deuoratū. Saturnus per vomitum
eieisset. Vbi lapidem spectaueris, si pe
dem retuleris quasi ad fanum redditurus,
fontem videoas, cui nomen Cassotis: Mu
rus ei obiectus est: Per murum ad fontem
ascenditur: A quam credunt eius fontis sub
terrā mergi: In templi penetrali fatidi
cas foeminas versibus aiunt responsa dare:
Quæ fonti nomen dederit, fuisse de nym
phis vnam Parnassi accolis. Supra Cas
tottenham ædificium quoddam est: In eo pictu
ra aliquot Polygnoti, quas Gnidij dedi
carunt: Locum Delphi Leschen vocant,
quasi confabulationem, aut stationem di
cas, quod è conuenientes priscis olim
temporibus, seria, & ioca inter se confere
bant. Talia fuisse multa in omni Græ
cia conciliabula Homerus docuit, quo lo
co Melathis in Vlyssem conuitiū exponit.
Non somnium ut capias eratis te adibus infers:
Non Leschon celbras, stine tā multa locutus.

Vbi introieris pictam vidas in dextero templi pariete: Ilij euerisionem, & Græcorum classem domum soluentem. Menelao deinde sunt qui omnia ad redditum adorant: Nauis ibi picta, & inter nautas permisti viris pueri. In media naui cernitur Phrontis gubernator contos disponens. Nestorem Homerus, & alia Telemacho dicentem fecit, & nonnulla de Phrontide: Onetoris scilicet filium fuisse, gubernandi peritissimum: Quodque is è vita deceperit, cum sumum Atticæ terræ promontorium iam præterueret essent: Et sane Menelaum secum vna illuc usque nauigasse: Eo verò in loco commoratum, dum tumultum Phrontidi extruendum curat, & alia pro viri dignitate iusta facit. Spectatur ille quidem in Polygnoti opere: Paulò infra ipsum, Ithæmenes nescio quis vestimentum portans, & Echaax per naticum pontem cum vna ænea ingrediens. Tollunt Menelai tabernaculum, quod fuerat non longe à naui collocatum, Polites Strophius, & Alphius: Et aliud tabernaculum refigit Amphialus. Sub Amphiali pedibus sedet puer, eius nomen nulla indicat inscriptio. Barbatus unus ex omnibus Phrontis est. Et huius unius ex Homeri de Vlysse carminibus nomen sumpsit: Nam alia ut op̄i

opinor, nomina ipse sibi Polygnotus finxit. Stat Briseis, Diomedes supra ipsam, & Iphis, Helenæ formam admirantibus simili. Sedet ipsa Helena, & prope eam Eurybates. Vlysis esse hunc præconem concicimus: Est tamen adhuc imberbis. Ancilla ibidem sunt duæ, è quibus Panthalis Helenæ assilit: Electra Herae calceū subligat. Diuersa ab his nomina sunt, quæ Homerus in Iliade usurpat quo loco Helenam, & cum ea ancillas ad muros eentes facit. Sedet supra Helenam vir purpureo velatu amiculo, mœstus ut qui maxime. Helenum esse facile intelligas, vel priusquam inscriptionem legas. Prope Helenum Meges est brachio saucio, quod iis versibus mandauit Lescheus Pyrrhæus Aeschylus filius, quos de Ilij populatione fecit: Et vulneratum quidem ab Admeto Argiuno in ea pugna, quam Troiani postrema excidij sui nocte commiserunt. Pictus est proxime ad Megetem Lycomedes Creontis filius, & ipse saucius in eo articulo, quo cum lacerto manus iungitur, καρπόν, Græci vocant: Ea enim in parte vulneratum scripsit Lescheus ab Agenore: Quod ut pingeret non fuisse Polygnoto in mente venturum facile credi potest, ni Leschei poësin legisset. Sed alia etiam duo vul-

nera accepit Lycomedes, quæ penicillo expressit Polygnotus: In talo vnum, in capite alterum. Euryalus etiam Mecistei filius, vulneribus affectus est duobus, in capite, & manus iunctura. Sunt hi omnes in ea pictura, supra Helenæ caput. Adiunctæ Helenæ sunt Aethra Thesei mater, deponso ad cutem capillo, & Thesei filius Demophon, meditans (quantum oris figura ostendit) num qua ratione queat aviam paternam in libertatem afferere. Argui Theseo è Synnidis filia Melanippum genitum ferunt, qui de cursu palmam tulerit, quo tempore, qui Posteri sunt appellati, Nereorum Iudicra, edita primum ab Adrasto, retulerunt. Lescheus carminibus prodidit suis, Ilio captiō elapsam è medio tumultū Aethran in Græcorum castra venisse: Ibi à Thesei filiis agnitam, Demophontemque eam ab Agamemnonē repetisse: Et illum quidem cum gratificari Demophonti maxime vellet, non prius tamen se id facturum dixisse, quād Helenæ idem placere intellexisset. Missō igitur caduceatore, facile Helenam exorasse. In ea certe pictura apparet Eurybaten ad Helenam Aethra causa, vt quæ mandata fuerat perferret, venisse. Troianæ ibidem mulieres, captiuarum, & Iugentium habitu agnoscuntur.

Andromache primum, cui adhæret parvulus filius ab ybere abstractus: Hunc è turri præcipitem abiectum scribit Lescheus: Non tamen Græcorum decreto in eum sicutum, sed priuato Neoptolemi odio, qui sibi eius necem depoposcerat. Picta præterea est Medesicaste: Una hæc Priami filiarum, non illa quidem ex legitimo toro genita, nupta fuit Pedæi (vrbs ea est, vt inquit Homerus) cum Imbrio Mentoris filio. Andromache, & Medicaste velato sunt capite: Polyxena virginum more collecto in nodum crine: Mactatam illam fuisse ad Achillis tumulum, & poëtæ decantarent, & tabulæ testantur, quas cum Aethenis, tum Pergam, quād vrbs supra Caycum est, mihi ipsi contigit intueri: Sunt verò in illis expressi Polyxenæ casus. Pinxit eodem in loco Polygnotus etiam Nestorem, pileo velatum, hastam tenentem. Equus prope, se voluntantis speciem ostentat. Solum equo, litoris forma, passim iacentibus calculis. Reliqua area non qualis mari proxima esse videtur. Supra eas feminas, quæ media sunt inter Aethram, & Nestorem, captiuar cernuntur: Clymena, Creusa, Aristomache, & Xenodice: Clymenen Stesichorus iis, quos fecit de Ilii excidio, carminibus, inter captiuar numerat.

rat. Aristomachen Priami filiam Eniūs
poēta scripsit, Critolaōque nuptam fuisse
Icetaonis filio. Xenodices qui mentionem
fecerit, neque carminis, neque solutæ ora-
ttonis authorem ullum compéri. De Crea-
fa memoriae proditum est, à Deūm ma-
tre, & Venere Græcis erectam, & in liber-
tatem vindicatam: Fuisse verò eam Aeneā
vxorem. Lescheus tamen, & qui Cy-
pria carmina scripsit. Aeneā vxorem Eu-
rydicen nominant. Supra has, in lectu-
lo decumbentes pīctæ sunt Deinome, Me-
tioche, Pīsis, & Cleodice. Harum ynius
mentio Deinomes sit, in eo opere, quæ Par-
ua inscribitur Ilias. Aliis (vt i ego sentio)
Polygnotus ipse nomina imposuit. Pinxit
vero etiam Epeum Troiæ muros æquan-
tem solo. Prominet inter ruinas caput
solum equi Duratei. Adeſt & Polypores
Pirithei filius vitta præcincto capite: Adſi-
ſtit Acamas Thesei filius caput cristata ga-
lea tegente. Adeſt & Ulyſſes lorica indu-
tus. Ajax Oilei cum ſcute ad aram acce-
dit, iuſfirandum concepturus, priuquam
Cassandrae vim afferat: Sedet ipsa Cassandra
humi, Palladium cōplexa, quod ipsum
è ſuis fedibus virgo auellit, cum ſuppli-
cem ab arā Ajax abſtraxit. Picti etiam
ſunt Atrei filij, & ipſi cum galeis, Mene-
laus

Iaus ſcutum tenet. In eo expreſſus dra-
co, is nempe, qui Aulide inter ſacra re-
pens, pro ostento fuit. Aiaci iuſfirandum
hi deferunt: Ex aduerso illi equo, qui Ne-
stor: proximus eſt, Neptolemus conſpici-
tur Elaſſum occidens: Quisquis ille Elaſſus
fuerit, iam prope expiranti ſimilis eſt.
Aſtyooum etiam, cuius Lescheus memi-
nit, in genu collapſum Neoptolemuſ fer-
rit. Ac ſolum quidem ex omnibus Græ-
cis Neoptolemuſ fecit Polygnotus, non-
dum deſinentem Troianos cädere: Quod
totum eius pīcturæ argumentum Neopto-
lemi maxime tumulo conuenire voluit.
Achillis quidem filium ubique Homeruſ
Neoptolemuſ nominat: Testantur
Cypria carmina, à Lycomede Pyrrhum,
à Phœnicio deinde nomen ei Neoptole-
muſ impositum, ex ea ſcilicet re quod
Achilles admodum iuuenis ad bellum ve-
nerit. Ad hæc ara pīcta eſt, & paruulus
puer præ metu aram prenſans. Super ara
poſita eſt lorica ænea, forma planè hiſtem
poribus inuilitata: Sed tali vrebantur pri-
ſci illi heroēs. Duæ ſunt fibulis iunctæ
ænea Laminæ: Earum altera peſtori, &
ventri: Dorſo altera muniendo erat apta.
Et partem quidem anticam Gyalon, Pro-
ſegon poſticam vocabant. Satis id firmum
effa.

esse corporis munimentū videbatur etiam
sine clypeo ob eam rem Homerus Phor-
cyneni Phrygēm sine clypeo pugnātem
fecit , quod habili vtrinque lorica vtere-
tur , quam Gyalothoracem appellat . Ego
eius loricæ imaginem in Polygnoti ope-
re conspexi . Et in Dianæ Ephesiæ Calli-
phon Samius Patroclo fœmitias nescio
quas pinxit loricæ gyala aptantes . Laodice-
m pinxit Polygnotus stantem ultra arā.
Hanc neminem poëtam inueni , qui inter
captiuas Troianas recensuerit . Neque
consentaneum mihi illo pacto videri po-
test , non fuisse eam statim à Græcis dimis-
sam . Sanè Homerus in Iliade ab Ante-
nore hospitio acceptos Menelaū , & Vlys-
sem memoravit . Et cum Helicaone Ante-
noris filio , Laodicen matrimonij causa
fuisse . Lescheus vulneratum tradidit in
pugna nocturna Helicaonem , & ab Vlyssē
agnitum , viuentem periculo liberatum : In
Antenoris domum , vt facile credi possit ,
neque in Helicaonis vxorem quidquam
Agamemnonem , & Menelaum fuisse ho-
stili animo commissuros : Et si Eupho-
rion Chalcidensis , de Laodice commen-
tus est , quæ protus ab omni veri abhor-
rent similitudine . Statim post Laodicen
est

est fulcrum lapideum , cui æneum labrum
impositū est : Medusa vtraque manu fulcrū
id sustinens , in imo solo sedet : Hanc etiam
inter Priami filias numerauerit , qui Hi-
meræ poëta canticum audierit . Prope
Medusam est anus ad cutem detonsa , sine
ille Eunuchus est : Nudum infantem ge-
nibus sustinet : Manum infans præ metu
ob oculos opponere videtur . Mortui il-
lic , Pelis nomine , pronus in dorsum ab-
iectus : Infra eum Eioneus , & Admetus
iacent , nondum detractis loricis . Eio-
neum à Neoptolemo , à Philoctete Admetu
m imperfectos scribit Lescheus . Alia su-
pra hos iacent cadavera : Sub ipso labro
Leocritus Polydamantis filius ab Vlyssē
occisus : Supra Eioneum , & Admetum Co-
rrebus Mygdonis filius . Est nobile Myg-
donis monimentum intra Phrygum fines
in Tectorenis : Et ab eo poëris translati-
tum , Phrygas Mygdonas appellare . Ve-
nerat Corœbus ad Cassandrae nuptias , quæ
ipsi desponsa fuerat : Interemptum à Neo-
ptolemo fama vulgauit . Lescheus à Dio-
mede occisum carminibus prodidit . Sunt
supra Corœbum Priamus , Axion , & Age-
nor . Priamum non fuisse ad aram Her-
tei Louis maectatum scribit Lescheus : Sed
ab

ab ara abstractum, cum pro regiæ foribus
obuius esset Neoptolemeo factu, ab eo ob-
truncatum. De Hecuba Stelchorus iis car-
minibus, quæ de Ilij euersione scripta reli-
quit, fuisse eā ab Apolline in Lyciam trans-
portatam cecinit: Axioem Priami filium
fuisse, & ab Eurypylo Euæmonis filio occi-
sum tradidit Lescheus. Agenoris idē poëta
testatur, Neoptolemum interfectorē fuisse.
Ita autem accidit, vt huius Agenoris
filius Echeclus ab Achille, Agenor ipse à
Neoptolemo fuerint interficti. Laome-
dontis cadaver Sinon Vlyssis locius, & An-
chialus efferunt. Est & alius illic inter-
cæsos, cui nomē Eresus. De Ereso quidem,
& Laomedonte, quod sciā, nihil quisquam
versibus mandauit. Pro Antenoris ædibus
suspensa est Pardi pellis supra vestibulum.
Tessera fuit ea Græcis, ne Antenoris do-
mum violarent. Picta Theandæ etiam est
cum filiis. Eorum Glaucus, loricæ bipar-
tita lamina excusæ, saxo insidet Euryma-
chus: Huic adiulcit Antenor, & contine-
ter Autenoris filia Crinò: Infantem ea pue-
rum gestat. Is est omnium vultus, qui
aduersis perculsus casibus esse consue-
uit. Cistam aselli dorso, & alia impe-
dimenta imponunt serui. Insidet paru-
lus puer. Sunt in totam eam picturam Si-
monis

monidis elegi.

*Sacra Polygnotus Thasios satus Aglaophonte
Argium pinxit Pergama capta manu.*

Habet altera picturæ pars, quæ ad laeum
est, Vlyssem ad inferos descendenterem, vt
Tiresiæ manes de suo domum reditu, & sa-
lute consulat. Est verò talis eius picturæ
forma. A qua conspicitur, quem Acheron-
tem esse fluum facile existimare possis.
Plurimæ in eius luto palustris arundo, &
piscium formæ quædam adeo exili corpo-
re, vt piscium potius sublustres umbras,
quæm pisces ducas. Nauis est in eodē am-
ne, & ad remos portitor. Secutus est, ni fal-
lor, Polygnotus Minyadem poësin, in qua,
vbi de Theseo, & Pirithoo agitur, hi sunt
versus.

*Atq; hic exangues longævus portitor umbras
Puppe vehit patula: Sed non & Pleiade natu
His adductus Polygnotus, iam grandem
natu pinxit Charontem. Qui nauis vehun-
tur, non satis internosci possunt, ita parum
sunt evidenti specie. Inter eos tamen, Tel-
lini videas, atque puberem: Cleobæan verò
adhuc virginem. Cistam sustinet genibus,
eadem forma, qua Cereri fieri cistas solene-
ne est. De Tellini aliud nihil compertum ha-
beo, præterquam quod Archilochus poëta
seipsum inter Tellidis posteros tertium nu-*

merat. Cleobœan verò primam tradunt ex Paro insula Thafon Cereris initia transstilisse. In Acherontis ripa expressa est res exempli non contènendi: Paulò infra Charontis nauem, iniquus in patrem filius, ab ipso parente suo laqueo strangulatur. Priisci enim illi, parentes præcūtis rebus plurimo dignabantur honore. Quod facile cum ex aliis exēplis colligas, tum verò ex eorum facto, & eventu, qui apud Catanea Siciliæ vrbe, Pij sunt cognomento appellati. Cum enim ex proxima Aetna eam urbem flamma corripuisse, nulla vel argenti vel auri habita ratione, fugières natrè hic patrè ille, humeris sustulerunt. Sed enim cum haud quaquam ociose festinantes, incendium tamē vrgeret, neque illi propter ea parentes dimitterent, ita illum flammorum quasi torrentem in duas aiunt partes discessisse, ut per medios ignes cum ipsis parentibus adolescentes incolumes evaserint. Iis apud Cataniæos hac etiam aitatem certi, & solennes honores pietatis ergo habentur. Prope eius effigiem, qui quod patrem insolensius tractasset, apud inferos pœnas luit. Est id eodem Polygnori operi homo, qui ob sacrilegium plectitur: Aparet mulierem, cui ille pñniendus traditur, cum medicamentorum omnium, tum

vne

venenorum, quibus homines per cruciatus enecantur, esse maximè gnaram. Egregie sanè, & supra quām dici possit, in religiosis studiis homines incumbebant. Præclara eius rei documenta Athenienses dedere, cum capro Iouis Olympij Syracusis templo, nihil quidquam ex omnibus dona riis amouerunt: Syracusanum etiam sacerdotem, qui ea custodiret, reliquerunt. Declarauit & Dates Medus homo, quām impense deos reveretur, neque magis oratione, qua ad Delios usus est, quām re ipsa: Nam cum Apollinis signum in Phœnissa naui reperisset, illud statim Tanagrais Deum reportandum tradidit. Erat enim uero omnibus olim gentibus præcipue curæ deorum cultus: Cuius rei non inscius Polygnotus, facrorum expilatorem ad eum modum pinxerat. Supra eos, quos iam enumerauimus, est Eurynomus. Inter deos inferos, qui Delphis sunt, facrorum interpres Eurynomum numerant, & circumrodere cum dicūt mortuorum carnes, ita, ut nuda relinquant ossa. Sed neque Homeri de Ulysse carmina, neque poësis ea, quæ est Minyas appellata: Nec postremo, quæ Noſti, idest Reditus, inscribitur (in iis enim potissimum libris, de Otco déque inferū terroribus multa exposita sunt) ullum esse

564 PAVS. PHOCICA SIVE
 indicant inter manium deos Euryno-
 mum. Illud mihi fuerit reliquum, ut qua-
 lis hic sit, & qua adumbratus forma osten-
 dam. Colore est inter cœruleum, & ni-
 grum medio, quales musæ esse solent, que
 carnibus infederint. Dentes ostentat: Se-
 denti, vulturis est substrata pellis. Conti-
 nenti post Eurynomum spacio, proxima
 sunt Arcadicæ puellæ, Auge, & Iphimeda,
 Auge in Myssiæ oram eam, quæ Teuthran-
 ti proxima est, venit: Ibi vna præ ceteris
 omnibus, quibus cum familiarius fuerit
 Hercules congressus fœminis, patri simili-
 lum filium peperit. Iphimedæ vero in
 Mylassis, Cariæ is populus est, magni fue-
 runt honores tributi. Loco in ea tabula su-
 periores iis, quos nominauimus, sunt socij
 Vlyssis Perimedes, & Eurylochus, hostias
 afferentes. Nigri ex hostiæ arietes sunt.
 Secundum illos vir quidam sedet: Inscriptio
 indicat Ocnum esse: Texit è iuncu re-
 stim: Adest asella totum id, quod ille iam
 texerit, pertinaciter abrodens. Hunc
 Ocnum aiunt gnauum, & industrium
 hominem fuisse, qui vxorem sumptuo-
 sam, & prodigam habuerit, quæ quid-
 quid ille opere faciendo per summum
 laborem queritasset, profundere solita-
 esset: Eam rem credunt per ambages vo-

luisse Polygnotum significare. Satis scio
 ionum verbum esse, quoties hominem
 viderint, ad laborem quidem vehementer
 propensum sed cui suus nulli emolumen-
 to labor sit, vir ille, inquit, Ocnus funi-
 culum torquet. Inter præpetes etiam vo-
 lucres Ocnum augures numerant: Est ea
 in ardearum genere maxima, & pulcher-
 rima, & quæ tam raro, quâm auis alia
 quævis, aspicitur. Iam verò Tytius ita
 se in ea pictura habet, ut non plecti
 amplius, sed ipsa pœnæ diurnitate iam
 prope absumptus, & confectus videatur.

Subobscura enim quædam umbra est, ac
 vix iam sub oculorum sensum cadens. Re-
 liquas oculis picturæ partes persequentibus,
 proxime ab eo, qui funem torquet, Ariadna in conspectu est. E faxo, super
 quo sedet, Phædram sororem aspicit, re-
 liquo pendente corpore, catenam verò
 utraque manu prensantem. Nimirum,
 quæ de Phædræ nece prodita memoriarum
 sunt, videntur honestiore argumenti spe-
 cie significata. Ariadnam certe vel fortui-
 to rei euentu, vel consulto insidiis factis
 Theseo eripuit Liber pater, cum esset illo
 classe multo superior: Neq; fuit opinione
 meâ hic Liberalius ab eo, qui primus ad
 Indos cum exercitu penetravit, cū Euphra-

tem ponte iunxit, quo loco rbi Zeugma nomen fuit: In ea ad ætatem hanc seruat funis, quo ad pontem religandum vñs dicitur, vitigineis, & hederaceis contortus garmentis. De Libero quidem parte multa sunt priscarum rerum monimentis, & à Græcis, & ab Aegyptiis mandata. Inferius aliquando quam Phædra est, recumbit. Chloris ad Thyiae genua. Nibil omnino fallitur, qui eas, dum viuerent, eximia quadam se mutuo benevolentia prosecutas putat. Fuit Chloris ex Orchomeno, quæ est in Boeotia. De ipsis vulgatus est etiam sermo, Thyiam à Neptuno vitiatam: Chlorin cum Neleo Neptuni filio nuptam fuisse. Adstat proxime ad Thyian Procris Erechthei filia, & post ipsam Clymene: Sed auertit se Clymene. In ea poësi, cui Nostri nomen, scriptū est Minyæ filiam Clymenen fuisse, ac Cephalo Deionis filio nuptam, è qua ille Iphiclus genuerit. De Procri vero sunt passim peruagata, fuisse illam cum Cephalo multo ante Clymenen, & ab eo ipso viro suo fuisse interemptam. Interius post Clymenen Megaram Thebanā videoas: Fuit hæc Herculis vxor: Sed postea quam iis, quos ex ea ille suscepérat, filii est orbatus, mulierem, sibi ratus non satis faustis coniunctam auspiciis,

spitiis, dimisit. Supra eam, quas recentissimus foeminarum caput, est Salmonei filia, saxo insidens, prope adstante Eriphyle: Ea per tunicam summos digitos ad collum exerit. Facile vero coniicias intra tunice sinus manibus eam occultare celebratum illud poëtarum versibus monile. Supra Eriphylem, Elpenorem pinxit, & Vlyssem pronum demissò poplite, & supra scrobem gladium stringentem, Ad scrobem accedit Tiresias vates, secundum Tiresiam saxo insistit Anticlea Vlyssis mater. Elpenor pro vestimento, nautarum more, tege te velatur. Infra Vlyssem in solio sedent Theseus, & Pirithous: Theseus Pirithoi ensem, & suum ipsius ambabus manibus stringit. Ad gladios respicit Perithous: Indignari viderunt, quod ad facinus capessendū, quod animo agitabat nulli sibi sint illi enses vñi. Panias sis versibus testatus est suis, non fuisse illos tanquam captiuos ad solium religatos, sed quasi agnatum adhæsse pro vinculis corpori saxum. Celebrem hominum sermone eorum amicitiam utraque poësi nobilitauit Homerus. Vlysses enim apud Phœcas sic est de ipsis locutus.

Vidi etiam iuvit quos tunc vidisse priores.
Thesea, Pirithœumq; Deum desemine cretos.

Et in Iliade cum alia Nestor, Agamemnon, & Achillem ad redditum in gratiam adhortans, tum illa memorat, quæ sunt verisibus illis perscripta.

*Nanque viros nunquam vidi, talesne videbo,
Qualem Pirithoum fortè regemque Dryanta,
Coenea & Exadaum, & superi similem Polyphemum.*

Tbſaq; Aegiden disimmortalibus equum.

Pinxit deinceps idem Polygnotus Pandari filias, de quibus Penelope Homerus dicentem fecit. Dum virginēs etiamnum essent, erectos illis deorum ira parentes orbas à Venerē educatas. Tribuisse verò illis & alias deas certa munera: Iunonē certe prudentiam, & formositatem, corporis proceritatem Dianā, elargitas. Iam verò à Minerua edoctas lanificium, & qui quid mulieribus didicisse in laude ducitur. Postremo Venerem in cœlum ascendisse, quo à Ioue puellis fatus nuptias conficeret: Cum interea Venerē absente ab harpyis abreptæ, diris traditæ fuerint. Hæc de illis Homerus. Sed Polygnotus corollis eas exornauit, & talis ludentes fecit. Nomina puellarum fuere Camirè, & clytie. Pandarum eorum patrem constat Milesium, è Miletō Crœvrbe: Tantaloque cum in furto per sum-

num

mum scelus committendo, tum verò iurevando subdole concipiendō socium fuisse. Post Pandari filias, Antilothus cernitur, saxum altero pede premens, os, & caput utraque manu sustinens. Agamemnon Antilecho proximus sinistra ala sceptro innititur: Manibus virgam tenet. Proteilaus Achillem sedens aspicit. Stat supra Achillem Patroclus. Imberbes omnes, excepto Agamemnone. Phochus superior loco pictus est, impuberi adhuc ætate, præclara admodum indeole: Annulum ei de digito demit Iaseus: Id cuiusmodi sit iam exponetur. Cum Phocus Aeaci filius ex Aegina transmisisset in eam regionem, quæ nunc Phocis dicitur, ibique, vindicato sibi eius continentis terræ imperio, domicilium suum statuisset, cum eo Iaseus singularem quandam amicitiam conciliauit: Et alia quidem illi prodigitate dona dedit, & calatum lapidem annulo aureo inclusum. Sed cum postea Phochus in Aeginam reuertisset, Pelei insidiis vitam amisit. Veteris igitur amicitiae monumentum ex annuli signo in ea tabula Iaseus postulat agnoscere: ac facile quideni Phochus patitur gemmam inspici. Supra hos est Mærafax insidens: De ea scriptum in iis libris

TIJUS

NN 5

reperias, qui Noſti appellantur, virginem adhuc è vita excessisse: Filiā Prceti fuſſe, qui Thersandro genitus est Sifyphi filio. Proxime abest Actæon Aristæ filius, & ma-
ter eius Iouleum manibus preferens, ac cer-
tior ē iofidens pelli, Adſitit venaticus ca-
nis: Ad vitam hæc omnia, & Actæonis in-
teritum pertinent. Iam ſi ad inferiores
tabulæ partis oculos demiferis, Orpheum
videas, ſtatim post Patroclum, in ſummo
tumuli vertice ſedentem. Læua citharam
contingit, altera ſalicis frondes congre-
stat. Ipſe arboris trunko accliuiſ eſt: Lucus
ille Proſerpinæ ſacer existimari potest: In
eo (vti viſum eſt Homero / verſibus man-
dare) nigrae populi, & ſalices exurgunt.
Orpheo Græcus eſt ornatus: Nam neque
veſtimentum, neque capitis integumentum
quidquam Thracium p̄r ſe ferunt.
Auerſæ ſalicis parti innititur Promedon.
Sunt qui nomen hoc in picturam, tan-
quam in poëſia inductum à Polygnoto
arbitrentur. Tradiderunt alij Græcum
fuſſe hominem, cui præcipuum fuerit stu-
dium, tum omnes vocum numeros, tum
maxime Orphei cantus audire. In eadem
tabulæ parte eſt Schadius, qui Phocenses
ad Troiam duxit, & poſteum Pelias in fo-
lio ſedens, cana æquè barba, ac capite. In-

tuetur

tetur is Orpheum. Schadius pugnuncu-
lam stringit, gramine coronatus. Afſider
Pelie Thamyris iam calamitate oculo-
rum affectus: Fracto illum eſſe, & abieci-
to animo ſindicat, habitus corporis ob ſo-
letus, promiſſa caſatric & barba. Iacet ante
pedes lyra fractis cornibus, disruptis o-
muibus neuis. Pavlo ſuperius eſt Mar-
ſyas, prope Olympus, habitus eſt pueri iam
pubescentis, tibiis diſcre videtur. Phryges,
qui Celenaſ incolunt, amnem præterfluen-
tem, qui Marsyas dicitur, tibicinen olim
illū nobilem fuſſe dicitant. Addunt Mar-
ſyaſ inuentum fuſſe eū tibiarum cantum,
quem Matroū vocant: Credo ob eam cau-
ſam quod in Magnæ matris ſactis vſurpa-
retur: Eundem vero Marsyam contra Gal-
los ſibi opem tuliffe, cū irrūpentis in Phry-
giam, & amnis late stagnantibus aquis, &
tibiarū modis exterruit. Quod si tursus
oculos ad ſuperiores tabulæ partes ſustule-
ris, carnes illic cōtinenti ſerie Actæoni pro-
ximum Aiacem Salaminiū. Mox Palame-
den, & Thersites tefleris, quod Iudicrum
iiple Palamedes excogitauit, luſtantes. Al-
ter Aiāx aspicit: Huic idem eſt, qui naufragis
eſſe ſolet, color perfuso etiamnum cor-
pore multa maris aspergine. Videtur Po-
lygnotus dedita opera Ulyſſis inimicos

vno

vno in loco constituisse. Ecce quo vero Ajax
Oilei filius cum Vlyffe inimicitias exer-
cuit, quod post nefarium Cassandrae stu-
prum, sententia sua censuerat Vlysses Aia-
cem lapidibus obruendum. Nam Palame-
dem cum pescatum issit, Ab Vlyffe, & Dio-
mede demersum, in aquis periisse, ex iis
carminibus cognoui, quæ Cypria dicun-
tur. Aliquanto superior loco est, quam
Ajax, Oenei filius Meleager: Is Aiacem
intueri videtur. Cum barba cæteri So-
lus Palamedes imberbis. De Meleagro
scriptum Homerus reliquit, Althææ im-
precationibus diris confixum è vita ex-
cessisse. At iij libri, quæ sunt Magnæ
Eœæ appellatae, & Minyas, in idem vtraq;
poësis consentit, adiuros ab Apolline con-
tra Aetolos Curetas, In eo bello ab ipso
Apolline occisum Meleagrum. Torrem
verò à Parcis Althææ datum, quo de-
mum igni consumpto, Meleagrum ex-
tingui necesse foret, & illum torrem ab
Althææ acri ira concitata exustum: Eam
rem primus omnium versibus mandauit
Phrynicus Polyphradmonis filius, cum
Pleuronem fabulam docuit: Versus in ea
fabula sunt.

*Atræ neque ille mortuus laqueos
Effugit. Vorax perdit virum*

Inext

Inextincti flammula stiptis

Insidiose matris heu dolo.

Non tamen pluribus est eam rem versi-
bus persecutus: Quod facturus fuisse vide-
ri possit, si peculiare ipsius hoc inuen-
tum fuisset. Satis vero, opinor, habuit, uti
rem inter Gracos peruagatam, locum
hunc paucis perstringere. Infima tabula
post Thracem Thamyrin, Hectorem ha-
bet sedentem, & vtraque manu lœvum
genu prementem: Tristi admodum facie,
& lugubri habitu. Et post Hectorem
saxo insidens Memnon: Adhæret Sarpe-
don: Alteram manum eius humero impo-
nit Memnon. Promissa est his omnibus
à mento barba. In Memnonis chlamyde
aues pictæ, quæ sunt Memnonides appel-
latæ. Eas volucres dicunt Hellespontij ad
Memnonis sepulchrum statis diebus quo-
tannis aduolantes euerrere soli aream,
quæ circa tumulum pura, & arboribus un-
dique, atque herba nuda sit, & eam, col-
lecta pinnis ex amne Aesepo aqua, asper-
gere. Prope Memnonem nudus est puer
ex Aethiopia: quod nempe Aethiopum
rex fuit Memnon. Venit tamen ad bel-
lum Troianum non ex Aethiopia, sed à
Suis Persarum vrbe, debellatis iis om-
nibus nationibus, quæ mediæ sunt usque
ad

ad Choascum flumen. Monstrant Phryges, quo itinere exercitum duxerit, dum locorum compendia consecraretur. Interfecta verò est per mansiones via. Supra Saperdonem, & Memnonem est Paris impuber adhuc: Plausum dat magis qualem agrestes homines solent: Facile conicias ea manuum complosoine Penthesilean accersiri. Aspicit Paridem Penthesilea, & eo sane vultu, ut appareat contemni illum, & omnino pro nihilo habeti. Virginis in morem ornata est: Arcum gerit Scythicis persimilem, pardi pelle ab humeris demissa. Quæ supra eum locum, vbi Penthesilea est, aquam pertusis fictilibus vrnulis portant, earum altera specie adolescentula est, altera ætate iam adultior: Neutri est quidquam priuatim adscriptum: communis testatur inscriptio, esse de numero earum, quibus interdictum sit sacris arcanis, quod initiatæ non fuerint. Superiori res iis loco sunt, Lycaonis Callisto, Nomia, & Perd Nelei filiae. Pro hac Neleus sponsalium nomine Iphiclis boues popofcit. Callisto pro stragula ueste vrse pellem habet: Pedibus imminet Nomia genibus. Expositum est superius, vulgatum Arcadum sermone Nomiam vnam fuisse de nymphis, Arcadiæ indigenis. Ac nymphas quidem

quidem annos viuere penè innumerabiles, non tamen esse mortis immunes poëtarum est carminibus decantatum. Post Callistò, & eas, quæ cum ipsa sunt mulieres, rupes consurgere viderunt, in cuius summum verticem Sisyphus Aeoli filius saxum nititur subuoluere. In eadem parte tabulae dolium. Insident saxo senex vir, adolescentulus deinde, & feminæ aliquot. Earum una seni illi est æqualis. Haustam alij aquam portant. Anus illa, fracta verna, quod reliquum est aquæ è testa in dolium transfundit: Quantum conjectura aſſequi possum, significatos eos putarim, qui in opero, quæ Eleusinæ fiunt sacra, naucifaciant. Vereores enim Graci initia Eleusinia religione, quanta nō alia quævis sacra sanxerunt: Tantòque cæteris initiis augustiora duxerunt, quanto herōibus preſtent. Infra dolium est Tantalus, inter eos cruciatus, quos versibus suis exposuit Homerus: Ad quos accedit silicis impendētis, & iam casuræ terror. Ab Archilocho id sumptuſe Polygnotum perspicuum est. Accepit utrumque vero Archilochus ipſe de saxo quod dixit ab aliis, an ipſe primus id in poëſin induxerit, non satis mihi liquet. At tam multa sunt numero, tamque decore, & eleganter expressa, quæ Thasius pictor tabulis.

376 PAVSAN. PHOCICA SIVE
tabulis illis mandauit. Adiunctum est sa-
cro septo insigni opere theatrum. Quà dis-
ceditur à septo, superiore loco, est Libe-
ri patris signum, Coidij dedicarunt. Est
in suprema vrbis parte stadium, è saxo,
quo Parnassus mons abundat, extrectum:
Sed illud postea Pentelico lapide exorna-
uit Herodes Atticus. Atque ea quidem,
quæ literarum monumentis cum aliqua
dignitate mandari posse videantur, neque
plura illic, neque aliter se habentia, ad æ-
tatem vsque meam vetustas reliqua fecit.
Qua Delphis ad Parnassi iuga iter est,
inter uallos stadium ferme .i. x. est æneum
signum.* Et facilior iam
expedito viatori, mulis etiam, & equis
cliuius ad antrum Corycium. Huic antro
nomen inditum à Corycia nympha paulò
superius docui. Omnium verò, quæ un-
quam viderim, antrorum, quod spectetur
dignissimum hoc mihi visum est. Et sanè
in oris maritimis ac litoribus, in profun-
dis maris recessibus, quàm sit magnus hu-
iustmodi cauernarum numerus, facile quis
vel accuratè commentando consequatur.
Sed maximi sunt nominis quædam cum in
Græcia, tum in Barbarorum terris. Nam
Phryges amnis Peucellæ accolæ, oriundi
ab Arcadię Azanū gente, ad se venientibus
antrum

LIBER X. 377
antrum monstrant, Steunos nuncupant.
Pater ostium orbiculato ambitu. Descendi-
tur molli, & ameno cliuo. Intus Magnæ
matris fanum cum simulacro suo. Thé-
misonium vrbis supra Laodicæan est: Inco-
lunt Phryges. Cum Gallorum exercitus
Ioniam, & finitimas Ioniæ oras, cuncta fe-
rens & agens vexaret, Herculem, Apolli-
nem, & Mercurium Themisonenses nar-
rant ad ferendum auxilium præsto fuisse:
Eorum numinum monitu, per somnium
iussos qui summæ reip. præerant, popula-
ribus suis imperare, vt in antrum, quod
iidem dij ostenderant, & ipsi descenderent,
& in eo uxores, & liberos occultarent. In
huius rei memoriam signa non sanè ma-
gna pro speluncæ fauibus Herculi, Apol-
lini, & Mercurio erecta. Et ea sigilla Spe-
laitæ appellati, abesse aiunt ab oppido sta.
xx x. Intra speluncam sunt perennis aquæ
fontes. Ad eam neque semita vlla viam in-
dicat, neque Solis lumen peruadit: Et for-
nicis utique pars maior non valde se supra
solum attollit. Est præterea apud Magne-
tas ad flumen Lethæum vicus, cui nomen
Hylæ. In eo specus Apollini facer: Ea ma-
gnitudine, quæ sanè nullam afferat admira-
tionem. Intra specum verò signum Apol-
linis valde priscum. Ex eo corporibus mi-
litis
OO

rificum ad omne opus robur afflari autu-
mant: Quo sit, ut sacri Apollini homines
desiliant illæsi de summis rupibus, præru-
ptisque saxis: Idemque præcelsas arbores
radicibus anulatas haud magno negotio
portantes, per angustissimos tramites, &
anfractus iter faciant. Verum hæc omnia,
quæ eoumerauimus, magnitudine facile
superat antrum Coricum: Qui introie-
rit sine vlla face longius progreedi possit:
Ab imo solo ad superiorē partē, quæ
pro teſto est, satis multū interest spatij:
Multi hinc illinc è viuis fontibus fluitant
riui: sed humoris multo plus ex ipsa, quasi
antri testudine destillat. Cernuntur verò
pallidim in ipso solo guttarum vestigia.
Parnassi accolæ sacram Coryciarum nym-
pharum, & Panos putant. A Corycio an-
tro vel expedito, iter arduum, ac difficile
ad Parnassi iuga. Sunt enim ferè ea supra
nubes, & illic Thyades per furorem sacra
Libero, & Apollini faciunt. Abest à Del-
phis Tithorea stadia plus minus LXXX.
iter per Parnassum facienti: Viam verò
non prorsus montanam, sed qua vehicula
etiam agi possint, tenenti aliquot stadiis
longior esse dicitur. Quod ad vrbis nomi-
na pertinet, diversa ab Herodoto, quo lo-
co agit de Persarum in Græciam irruptio-
ne,

ne, dicta scio ab iis, quæ Baccidis oraculis
prodita sunt: Baccis enim hunc populum
Tithorenses vocavit. Herodotus inuaden-
te Barbaro milite, horum locorum inco-
las in montis verticem effugisse dicit: Vr-
bem Neonem: Parnassi iugum Tithorean
nominat. Quare credibile fuerit, totā ali-
quādo regionem Tithorean nuncupatam.
Temporis verò longiore curriculo ita ac-
cidisse. vt cum ex vicis in vnam se vrbem
contulissent, ea quæ Neon antea fuerat,
vſus peruerterit Tithorean vocari. Sum-
pturn hoc nomen incolæ dicunt à Titho-
rea nymphæ, de iis vna, quas priſci poëta-
rum sermones, cum ex cæteris arboribus,
enī vero è quercubus maximè genitas
prodiderunt. Aestate sanè vna ante me na-
tum, Tithoreæ res aduersæ fortunæ impul-
su pessum ire cooperunt. Manet adhuc thea-
tri pristina superficies, & vetustioris fori
ambitus. Intra oppidum sunt non indigna
quæ literis mandentur, Mineruæ lucus, fa-
num, & signum: Et in memoriam Antio-
pes, & Phoco monumentum. Iam tum cum
res Thebanorum stylo persequeremur,
Antiopeñ ira Liberi in furorem astam,
quaque fuerit culpa eam noxam commeri-
ta, commemorauimus. Ostendimus eodem
loco Phoco Ornytionis filio eam nupsisse,

& vnā cum eo sepultam fuisse: Et simul indicauimus quæ cecinerit fatidicus Baccis eodem carmine tam de hoc, quam de Zenithi, & Amphionis sepulchro. Et hæc in eo oppido extant, quæ merito fuerint historia comprehendenda: Aliud præterea nihil. Præter Tithorea mænia labitur amnis, aquatum adeius ripas descendunt opidani. Fluui o nomen Cachales. Tithorea stadia L x x distat Aesculapij fanum. Congnomento deus, Archagetas, id est originum author, vocatur: Colitur multa cum religione à Tithorensibus, atque omnino pari à cæteris Phocensibus. Intra sacrum aræ septum, qui supplices ad deum confugerint, & simul sacrati deo serui domicilia habent. In medio templum, & marmoreum simulachrum cum barba, duum pedum altitudine. Ad simulachri dexteræ lectus collocatus est. Deo quibusuis hostiis præterquam capellis faciunt. Ab Aesculapij stadia ferme x L, abest circunsepta area, cum penetrali sacratio Isidis: Religione sanctissimum hoc est eorum omnium, quotcunque Græci Aegyptiæ deæ consecrarunt. Neque enim, quantum soli in ambitum patet, habitari Tithorænse fas ducunt: Neque ad id penetrale accessus est aliis, quam quos Isis ipsa per somnio-

rum

rum visa sibi præ cæteris delectos aduocauerit. Quod ipsum in iis, quæ supra Mæandrum sunt vrbibus, faciunt subterranei dij. Quos enim intra penetralia descendere facile patientur, per nocturnas imagines exuscitant. Et Isidi sanè Tithoreæ binæ celebrantur quotannis nundinæ: Vere scilicet anni, & autumno. Tertio verò ante nundinas die, quibus introire penetralia fas, arcano illi se quodam ritu lustrant, & eorum, quæ porrecta fuerant superioribus nundinis, extorum reliquias, in eundem semper locum deportatas, defodiunt: Abest locus ille (quantum coniicimus) à penetrali stadia duo. Solennis hic est illius diei ritus. Postero die institores tabernas sibi erigunt, ex arundine, & alia fortuita quauis materia. Postremo tertio die, qui ad eum mercatū conuenere, emunt mancipia, & quoduis genus pecudes: Vestem etiam, argentum, & aurum. Pomeridianis iam horis ad sacra animum adiiciunt: Immolat lauiores, boues & ceruos: Tenuiores, antefers, & Meleagrides aues: Impuras hostias suem, & capram ducunt: Eas iccirco non cædunt. Summa est religio, vbi adoleuerint, victimas intra adytum, vbi extructa iam pyra est, demittere. Colligare verò illas necesse habent lineis,

vel byssinis vinculis. Est hic sacri apparatus ab Aegyptiis traditus. Cum pompa verò quæ immolatur omnia transmittuntur: Ac iam intra adytum sacris receptis, qui sunt foris tabernis exultis propere abeunt. Hominem aliquando aiunt non illum quidem ex eorum numero, quibus non est adyto interditum, sed plane profanum, cum coepit esset iam Pyra iocendi, præ curiositate, & confidentia ingredi asumi: Ac sibi illum visum videre Lemurum plena omnia. Reuersum tamē Tithorean, cum quæ viderat cuncta enarrasset, statim animam efflasse. His consimilia de Phœnicio quodam homine audiui: Isidi Aegyptiæ festos dies agitare, qua anni parte lugeri ab ea Osirin dicunt: Ac per illos sanè dies incipere Nilum anniuersario auctu excrescere: Quo sit, ut incolarum turba dictitet, augeri Nilum atque impletari, latèque ex eo artua irrigari, Isidis lachrymis. Eo ipso tempore Romanum hominem, qui Aegyptum prouinciam obtinebat, quendam mercede conductum insisse: Isidis adytum intrare, quod Copti erat: redisse illum, sed mox ubi quæ conspercerat exposuit, è vita discessisse. Homeri igitur illud facile existimari potest nihil à vero abhorrere: Non posse cuiquam

hominum bene vertere, cui deos cerne re perspicue contigerit. Abundat oleo Tithorea, minus omnino quam vel Atticus, vel Sicyonius ager: Colore, & saporis bonitate anteit id, quod ex Hispania, quod item ex Istria mittitur. Hoc varia incoquunt vnguenta. Hoc ipsi Cesari munus gratissimum perfertur. A Tithorea via altera Ledontem dicit: Et hæc olim in urbium numero fuit. Sed hac ætate, rebus prorsus accisis, oppidum relinquere Ledontij coacti sunt. Eorum ad xxx. ad Cephissum accolunt. Manet nomen vico, ubi domicilia habent, Ledon. Recepti & hi it Phocensium conuentum sunt, sicuti Panopenses. Ab eo vico, ubi nunc ad Cephissum habitant, qua ad superiora iter est, absunt priscæ urbis ruinæ stadia xl. Nomen urbem accepisse tradunt ab homine indigena. Multas enim verò alias urbes magnis affecit calamitatibus ciuium suorum scelus. Sed funditus quidem perierunt: Ilium ob Alexandri in Menelaum contumeliam: Milesij etiam urbis sua excidio libidinem, & fœdos amores Etiæ luerunt: Dum ille modo in Edonis urbi cum imperio, & potestate præsidet: Modo se Darij consilium gerit: Nonnunquam verò in Io-

niam se recipit. Sic propemodum Le-dontiis Philomelus sacrilegij sui piacu-lum reipublicæ inflixit. Lilæa iter dun-taxat abest vnius vel hyberni diei à Del-phis, per Parnassum contendentibus viæ spatiū esse coniici potest, stadiū c. lxx. Hanc ciuitatem, posteaquam restituta est, alterum è Macedonia infortunium op-pressit. Obsessi verò à Demetrio, cum ad pacis conditiones adacti oppidani fuissent, quin præsidinm intra mœnia accipe-rent, recusare non potuerunt. Neque prius ea calamitate liberati sunt, quam de ciuibus vnum, cui fuit nomen Patron, ad arma omnibus, qui militari essent ex-te, concitatis, victos pugna Macedonas, pacto fœdere abire coegerit. Ei Lilæenses ob tanti erga se meriti memoriam sta-tuam Delphis posuerunt. Est Lilæa theatrum, forum, lauacra. Deorum ve-rò templo duo, Apollinis vnum, Diana alterum. Signa recto statu. Attici operis, è lapidicinis Pentelicis. Lilæan de Na-iadibus vnam, Cephisi filiam fuisse, & ab ea vrbi nomen datum putant. Hic sunt amnis ipsius fontes: Erumpit è ter-ra non omnibus locis quietus: sed ple-tuque meridiana maximè hora, cum sonitu, & taurinis mugitibus persimili

voce.

voce. Vtitur Lilæa cœli temperie, anni tri-bus, vere, æstate & autumno: Quo sit hy-ems minus clemens efficit Parnassus. Ab-est stadia ferme x x. castellum in præcelsa rupe situm, nomine Charadra. Aquæ il-lic suinma penuria homines laborant. Quod potent, è fluvio Charadro peten-dum. Labens is per declivia, tria procul stadia in Cephissum influit. Nomen sum-pisse oppidum à flumine crediderim. Sunt Charadræis erectæ sub diuo aræ, iis, quæ apud ipsos heroës appellantur. Gemel-los alij esse existimat: Patrios alij heroas. Ager circa Cephissum, solum omne Pho-cidis vberitate superat, ferendis arboribus idoneus, frugibus fœcundus, & pabulo. Iure itaque tractus hic diligentissime colii-tur. Hinc extitit eorum sententia, qui ab Homero Parapotamios, id est fluminis ac-colas, non esse ciuitatem, sed Cephiso ad-iacentem agrum qui colerent, nominatos, eo nempe versu putarunt:

Quiq; habitant propter Cephisi flumina amani.
Sed eorum opinio cum ex Herodoti histo-ria, tum verò ex iis quæ de victoriis Py-thicis memorant, facile arguitur. Amphi-lyones enim primi instituerunt Pythi-cos ludos, & in iis Aechmæas Parapota-mius pugillatu pueros vicit. Herodotus

OO 5

item vrbes Phocenium enumerans, quas Xerxes exulsit, inter eas Parapotamios re censuit. Non tamen sunt sij ab Atheniensibus cum Bœotiis restituti: nam aduersis, ac duris rebus debilitati, & ad magnam pecuniae egestatem redacti, in alias dissipati sunt ciuitates: Oppidi vestigia nulla iam relicta: Neque omnino quo maximè loco fuerit quisquam iam ostenderit. A Lilea ducit Amphiclean, via stadiūm l. x. Vrbis vocabulum ciues ipsi immutarunt. Nam Herodotus veterem famam secutus, Ophitean nominauit. Amphictyones de crero de Phocenium vrbibus deletis edito, Ophitean eius nomen prodiderunt. Incolæ hac de ea memorant. Potentēm quendam, & factiosum hominem inimicorum metuentem insidias, parvulum filium in cistam impositū in eum locum abdidisse, vbi tum maximè fore confidebat: Contra lupum in puerum iam impetum facturum, præualidum draconem cistam spiris complexum, puero præsidio fuisse: Patrem cum filium reuiseret, à draconे puerum appeti suspicatum, misso itaque iaculo vnā cum draconē filium etiam confixisse. Verū vbi de pastoribus cognouit à se pueri custodem occisum, communi draconem, & filium rogo cremasse, & adhuc locum illum

illum busti vestigia retinere: Vrbem certe de serpentis nomine Ophitean nuncupatam. Quod species illic dignum est adytum, in quo arcana Libero patri sacrâ sunt: Acceditur certa semita: Signum in confetu nullum. Narrant Amphicleenses, & futura sibi deo authore prædicti, & contra morbos in promptu esse remedia. Quod & in somnis cum ipsi, tum finitimi de morborum medelis moneantur: Et sacrificulus diuino afflato instinctus, de futuris consulentes certiores faciat. Stadia x v. ab Amphiclea abest Tithronium situm plano loco oppidum. Nihil in eo ad memoriam insigne. Ad Drymæan stadia intersunt x x. Quo loco viæ iunguntur, quæ Drymæan, illinc ab Amphiclea, hinc à Tithronio deducunt: lucus, & aræ Apollinis intra Ththropensium fines sunt: Delubrum etiam fine vlo simulachro. Quod si ad læuam flie xeris, ab Amphiclea stadia fermè l. x x x. abest Drymæa: Id ei nominis in Herodoti historia: Naubolenses antiquiore nomine appellati. Origines referunt suas ad Phocum Aeaci filiū. Habent Drymai peruetus Legiferæ Cereris fanum. Signum in eo è lapide stantis habitu. Thesmophoria sacrum anniuersarium faciunt. Elatea omnium, quæ in Phocide sunt, vrbium, except

exceptis Delphis, multo est maxima. Amphileæ ex aduerso sita est: Inter ualIo ab est ab ea stadiuM LXX. via magna ex parte plana: Molliter assurgit proxime ad Elateæ mœnia. Fluit per campos Cephis sus: Circa eum frequentes paſcuntur aues, Otides appellatæ: siue tardæ ſint aues, ut nonnulli eas à Latinis appellari poſſe crediderunt. Inter ea, quæ de Elateenibus ad laudem commemorari poſſunt, ea mini me obſcura, quod Cassandri Macedonum regis exercitum repulerunt: Quódque ſe Taxilo Mithridatis præfecto non dediderunt: Quo merito ſunt à Romanis & libertate, & agri immunitate donati. Con trouerſia eſt de eorum originib⁹. Ipsi quidem ſe eſſe affirmant inquilinos ex Arcadia. Elatum enim dicunt Arcadis filium quo tempore Phlegyæ cum exercitu Delphici Apollinis templum adorti ſunt, præsto fuiffe ad arcēdam iniuriam, ac de inde cum suis copiis in Phocide permaneffe, vbi fuerit ab eo primum Elatea mu nita. Inter Phocensium vrbes, quas Perse incenderunt ipsa etiam Elatea numerāda. Ac multæ ſanè fuerunt ei ciuitatis cum reliquis Phocensibus communes calamita tes: Multas etiam propria ſua iſius fortuna dum à Macedonibus oppugnaretur, impo

importauit. Factum verò eſt Olympio do ri opera, vt Cassandro, & Macedonibus ob ſidio irrita fuerit. At Philippus Demetrij filius ciuitatis principibus largitione corruptis, facile multitudinem inieicto me tu in ordinem redegit. Interea Titus Flaminius cum imperio ad Græciam liberan dam miſſus, redditurum ſe Elateenibus priſtinam rempub, per legatos edixit, mo do vt à Macedonibus deficerent: Sed siue vniuersi populi vecordia, siue magistra tum ſuorum perſuasi in Philippi fide per manētes, obſideri ſe à Romanis paſſi funt. Interiecto dein tempore Taxili Mithridatis præfecti, & Barbarorum è Ponto ob ſidionem ſuſtinuerunt. Quod factum Ro mani libertate data remunerati ſunt. Cum verò ætate mea Costoboci (latronum hæc manus fuſit) excursionibus in Græciam fa etis Eleatean uſque penetrarſent, Mnesibu lus, comparata voluntariorum cohorte, cum stragem Barbarorum edidiffet, & ipſe fortiter dimicans cecidit. Idem hic Mnesibulus, & alias de cursu victor palmas tulit, & Olympiade quinta, ac tricesima ſupra ducentesimam, duplaci cum clypeo curri culi. Erecta eſt cursori Mnesibulo ænea sta tua Elateæ in ipsa militari via. Forum egregiè conspicuum eſt: In eo columnæ cum

cum Elati statua. Mihi certe non satis constat, utrum honorem habitum voluerint conditori suo, an verò sepulchro insigne columnam illam imposuerint. Aesculapius templum erexere, in quo signum imberbis dei. Opus qui fecerunt iis nomina fuere Timocles & Timarchides, genus illis ex Attica terra. In extrema urbe ad dexteram est theatrum, & Mineruæ peruetus ex ære signum. Deam hanc opem sibi tulisse aiunt contra Taxili copias. Dicunt ab Elatea stadia ferme xx. Mineruæ cognomento Cranæ. Via ipsa qua ad templum iter est, paulò acclivior sed ita ut qui progrediatur, ne ascendere se quidem sentiant. In extrema via vertex consurgit præruptus magna sui parte, non tamen late patens, aut valde eminens. In eo vertice templum exedificatum est, & porticus, in quibus cellæ per interualla, ubi & alij habitant deæ ministri, & is etiam, qui sacris præfest. Eum ex impubertum numero deligunt: Prudent verò religione summa, ut eo munere se abdicet, prius quam pubescere incipiat. Annis ferè quinque perpetuis sacerdotium terminatur, quo toto sanè tempore viuit apud deam. Et in soliis verò veterum more lauat. Simulachrum fecerunt Polyclis filij, eo sanè habitu, ut dea

